







Ioannis Bapt. Spinetti

ALBERTINI BOTTONI

NOBILIS PATAVINI.

PHILOSOPHI AC MEDICI.

Theoricam ordinariam in Academia Patauina interpretantis.

DE MORBIS MVLIEBRIBVS.

LIBRI TRES.

AD SISTVM QVINTVM PONTIF.

Sapientiß. & Max.

SECVNDA EDITIO.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS,

Apud Paulum Meietum Bibliopolam Patauinum.

M D LXXXVIII.

SISTO V. PONTIF. SAPIENTISS. ET MAX.

PERPETVAM FOELICITATEM.

ACCIPE, quæso, SANCTISSIME PATER, hoc opus meum, Sanctitati tuæ idcirco dicatum, quòd Tibi non solum summo Christianorum Principum Principi ad Christianam Remp. tuendam, locupletandam, ornandam, augendam nato, verum etiam Supremo optimarum Artium Patrono, quæ à te tamquàm à numine aliquo propitio pendent, Christianorum omnium plane scripta deberi videntur; rem quidem exiguam, maxime si dignitas tua Altissimo loco sita spectetur: Sed, si propensio mea cernatur, fortasse non leuem, quæ à propensissimo in sanctitatem tuam animo proficiscatur; satisq; magnam ex eo, quod felicissimum, & omnium Amplissimum nomen tuum inscriptum habeat. Id quod delegi singulari benignitate

fretus batitudinis tuæ, Medicorum quidem minimus, Sed EXCELSO Medicorum Principi, & eximio in terris Animarum Medico maxime deditus. Quam deuotionem meam, vt mansuetudine tua complectare, Te suppliciter oro; Tibiq; vt fœlicitatem nomini tuo respondentem perpetuet, à Deo Opt. Max. precor. Patauij.

Albertinus Bottonus Patauinus, Philos. ac Med. & in Gymnasio Patauino Theoricæ ordin. interpres.

ALBER.

ALBERTINO BOTTONO.
PHILOSOPHO AC MEDICO
EXCELLENTISSIMO;

Hocce plurimorum eius Meritorum, suiq; grati animi fortasse tenuius, quam pro re Testimonium, statui fecit Medicorum Germanorum Collegium.

ERGO ades expectate liber pridem? Ergo iuuandi
Nos, ea BOTTONI, mens tibi prompta manet?
O sensus docti? ò meditata fidelia? VIVAT
Italia, & Græcus cedat Arabsq́, Tibi,
Euganei VIVANT Medici, quos vesper & ortus
Miratur, Morbi quos genus omne timet.
Et tu BOTTONI, non vltima gloria gentis
Asclepiadeæ, VIVE VIREQ; diu;
Vt fructus quoq; sæpe Tuos GERMANIA posthac
Sentiat, & Merito semper honore colat;

INDEX

INDEX CAPITVLORVM OMNIVM,

QVÆ IN HIS TRIBVS LIBRIS HABENTVR.

PRIMI LIBRI INDEX.

INDEX CAPITVLORVM LIBRI SECVNDI.

De iura

INDEX CAPITVLORVM LIBRI TERTII.

SECVN-

SECVNDVS INDEX
RERVM NOTABILIVM QVÆ IN TOTO OPERE CONTINENTVR.

D

E

F

L

Lac

M

††† Mem-

N

O

P

Q

Signa

Tem-

ALBERTINI BOTTONNI NOBILIS PATAVINI, PHILOSOPHI AC MEDICI,

Theoricam ordinariam in Academia Patauina interpretantis.

DE MORBIS MVLIEBRIBVS. LIBRI TRES.

Proemium tractationis. *Cap. 1.*

SI in arte medica tractatio aliqua utilis reperitur, vel futuro medico omniũ maximè necessaria mente excogitari potest, illa certè quæ de Morbis Muliebribus agit constanter & citra aliorum controuersiam censeri debet: Hæc.n. illorum malorum doctrinam continet, quæ Symptomatum magnitudine & frequentia, numero & uarietate, resistentia & actiuitate, latenti malitia & manifesta sæuitate, cognoscendi denique obscuritate, & curandi difficultate cætera omnia, quæcunq; naturalem humani corporis statum euertere possunt, longè lateq; superare uidentur. Quod sanè fuit in causa, ut de his ad scribendum magis potuerint meorum studiosorum assiduæ hortationes, quàm à tanto ac tali negocio me auertendum proposito rei difficultas & grauissimæ occupationes, quibus & publico docẽdi munere iam diu detinent, & ægrotantium assiduis visitationibus distrahor. His igitur, vt animi mei propensionem significarem, & pro uiribus aliqua ex parte satisfacerem, Deo duce institutum aggredior; ea tamen ratione, vt prætermissa omni dicẽdi obscuritate & difficultate, quæ Iuuenes à legendis veterũ libris dehortari plurimũ solent, ea solũ prosequar, quæ ad scopum consequendũ magis pręstare uidebũtur. Quod facturum

Vtilitas tractandorum.

Morborum muliebr. magnitudo.

Scribẽdi occasio.

Scribendi ratio.

Quæ et quot sint explicāda.

mihi facilè persuadeo, si uanis quæstionibus neglectis, duo tantum in examinandis singulis affectibus explicanda proposuero. Quorum primum ad illorum cognitionem attinebit, secundum verò ad eorundem rectam curandi rationem magis spectabit: quæ duo in hoc dicendi genere, tanta sunt affinitate coniuncta, vt ab eximio Medico, non nisi frustrato fine separari, & patientis iactura diuelli possunt.

Quanta sit necessitas explicandorum.

Quis enim oblatum sibi morbum profligare audebit, nisi illius naturam, speciem ac vim ante omnia calluerit? Quis medica præsidia salutariaque remedia cognoscere, vel in vsum deducere propria laude profitebitur, si ea ignorauerit, quæ illorum certam inuentionem & congruam administrationem lucidè patefaciunt? Quis deniq; morborum euentum, hoc est, longitudinem & breuitatem prædicere, salutemque vel mortem vaticinari poterit, si illa neglexerit, quæ ad id præstandum, non solum summè necessaria sunt, verùm etiam Medicum venerandum & admirandum reddere possunt? Hinc iurè & non aliundè præsidiorum omnium inuentio oritur: hinc inuentorum recta administratio deducitur: hinc demq; in debellandis morbis cita

Ordo in rebus tractandis.

tuta & iucunda curatio tantùm prodibit. Sine his igitur vana omnino erit omnis nostra medela, inanis quicunque labor, frustra conatus nostri in operando apparebunt. Quapropter futuræ orationis exordium erit, rerum tractandarum ac proinde muliebrium morborum numerum in primis explicare. Secundo numeri huius necessitatem ostendere. Tertio de vnoquoque particulariter differere. In quorum explicatione nominum æquiuocatione prius sublata, singulorum naturam diligenter expendam, species, causas, signa, euentum, & curandi rationem inuestigabo & demonstrabo: vt hinc proponendorum malorum integra cognitio & absoluta curatio facilè haberi possit.

Nominis explicatio.

Quæ sint partes propriæ mulie.

Intelligo autem per morbos muliebres illos, qui huic tantum sexui contingunt, ac proinde earum partium naturalem constitutionem corrumpunt, quę viris minimè sunt communes, cuiusmodi extant mammillæ & Vterus: quarum altera, vt formationi fœtus dicata fuit: ita mammillæ illius conseruationi postquam in lucem editus est incumbere videntur. Quam vniuersam tractationē in tres libros diuidam, in primo agam de affectibus vteri, ratione qua conceptionem fętusque formationem quo uis modo lædere possunt; in secundo illos explicari aggrediar, qui illius parturitioni secundum naturam contingunt. in tertio ad eos accedam qui mammillas magis occupant, ratione qua instrumenta sunt lactis generandi, quo ęditus partus nutriri & conseruari debet.

Quid

Quibus affectibus vterus subijciatur. Cap. II.

AB vtero autem exordiens imprimis satis constare debet, eam esse corporis partem, quæ cuilibet morborum ac Symptomatum generi subijci potest, vt ex parte morbi illa afficiatur intemperie quacunque, simplici inquam & composita, sine materia & cum materia, viuente & non viuente, quæ rursus esse potest vaporosa & humorosa, alimentalis & excrementitia, biliosa denique, pituitosa, Melancholica & sanguinea aquosa saniosa & seminalis. Hæc eadem pars corripitur etiam morbis instrumentalibus, qui naturalem illius conformationem immutant, figuram videlicet, superficiem, vias, situm, colligantiam, magnitudinem & numerum. Ad quod morbi genus referri potest peruersa vteri figura, rotunda inquam, quadrata, curua & aliorum generum, quæ pro naturæ modo illi non conueniunt. Immutata eiusdem superficies siue superior & durior illa fuerit, siue mollior & leuigata extiterit, vt ex indurata cicatrice contingere solet. Cauitatum etiam aberratio secundum nimiam dilatationem vel constrictionem. Proprij loci mutatio, sursum videlicet, deorsum, ante & retrò, dextrum sinistrum, foris intus; Ad quod genus pertinet vteri procidentia ascensus & eiusdem ad latera reclinatio. In colligantia pariter vterus alteratur, quoties vicinis partibus naturaliter alligatus, à proprio loco dimouetur, & alienum occupat. Magnitudo præterea aucta & diminuta laudabilem vteri conformationem corrumpit. Ad imminutam magnitudinem spectabit tum illius tabes, siue alimenti defectu, siue alia de causa oborta fuerit, tùm eiusdẽ particula aliqua dempta. Ad auctam verò magnitudinem referri debet, non solùm illius auctio, quæ per additionem nouæ substantiæ familiaris & cognatæ oritur: verum etiam illa, quæ per affluxum materiæ, copia qualitate & motu peccantis producitur: secundum quam rationem, quocunque tumorum genere detineri potest, flatulento inquam & humoroso; atque hoc rursus inflammatorio, Erysipelaceo, œdematoso, scirrhoso, & cancroso. Huc pariter referri possunt morbi illi, quicunque numerum partium constituentium vterum immutant, siue augendo siue minuendo id effecerint, vt merito aucti numeri possit esse Mola: merito verò imminuti oritur defectus alicuius partis ad constituendum vterum necessariæ, siue illa ex toto fuerit abolita siue diminuta & mutilata. Tandem vterus illis etiam morbis subijcitur, qui in soluta vnitate vocantur, cuiusmodi sunt vlcus ruptio, euulsio, vasorumque diæresis. Si deinde vteri Symptomata consideremus, nullum erit pariter reperire genus, quo miseræ mulieres sæpius non affligantur, actione inquam læsa, qualitate mutata, & excunte mutato. Vt merito læsæ actionis siue hæc princeps fuerit, siue inseruiens, triplex symptoma illi occurrat, in actione videlicet ablata, diminuta, & deprauata.

Vterus cuicunque generi morb. subijcitur.
Morbi in intemperie.
Morbi instrum.
Figura.
Superfici.
Via.
Situs.
Colligantia.
Magnitudo.
Tabes.
Tumor.
Mola.
Morbi in soluta vnitate
Symp. uteri.
Lesa actio.

Sterilitas imbecillitas rara conceptio.
Mostruosa.
Partus frustratus.
Partus deprau.
Partus difficilis.
Qualitas mut.
Exiens mutata.
Supp. mest.
Immoderata fluxio.
Gonor.
Melan.

Huc spectant sterilitas, rara & imbecillis conceptio, nec non etiam monstruosa: quibus accedunt concepti fœtus frustratus partus, deprauatus & magna cum difficultate factus. Penes qualitatem mutatam idem vterus afficitur calore, frigore; quemadmodum etiam in exeunte mutato læsio contingit, dum per vterum exit, quod intus detineri deberet: vel è contra intus detinetur, quod secundum naturam effluere oporteret: hinc oriuntur varia Symptomatum genera, qualia sunt supresio menstruorum, diminuta expurgatio difficultas & ablatio partus stillicidium, profluuium muliebre immoderatum, siue seminis fuerit, vt in gonorrhoea contingit, siue alterius humoris, sanguinei videlicet, pituitosi, biliosi, serosi & ex his permixti; quæ igitur & quot sint vteri vicia explicauimus, huius autem numeri necessitas vnde habeatur, sequens cap. explicabit.

De necessitate & origine propositorum malorum. *Cap. III.*

Vteri essentia.
Tempera.
Structura.
Vnitas.

EX tot enumeratis malis, quædam vtero conueniunt, ratione qua communicat cum alijs partibus corporis: quædam verò secundum propriam rationem. Conuenit autem cum alijs partibus, penes illa quæ eius essentiam constituunt, ab eisdem verò differt, secundum ea, quæ eius essentiam consequuntur, nempe penes actionem vtero propriam. Constat autem vniuersa vteri essentia, quemadmodum & cætera omnia corporis instrumenta, ex duobus, partium scilicet similarium temperatura, quæ ex Elementorum mixtione oritur, vnde prima compositio partis habetur, quæ temperaturæ subiectum dicitur: & partium similarium inter se conformatione, quæ secunda compositio structura partis vocatur; secundum quam morborum malę compositionis est subiectum. His accedit continnitas vel partis vnitas, per quam singula quæque pars siue similaris siue dissimilaris fuerit, vna denominatur, & functionẽ vnam & vsum habet, quæ tertia compositio æquè conuenit vtrisque partibus, & secundum hanc vterus subiectum est morborum in soluta vnitate. Horum autem trium componentium constitutio secundum naturam, vt in qualibet alia parte sanitas est: ita eorundem præter naturam euersio morbus erit: Quare quot erunt compositiones genere discrepantes, totidem etiam sanitatis ac morbi genera statuenda erunt, vt mirum esse minimè debeat, si vterus in primis ratione qua triplici hac cõpositione præditus est, triplici etiam morborum genere detineatur: in intemperie videlicet, quæ partium similarium eius immoderata & præter naturam constitutio est, in vitiata deinde cõformatione, quæ partium dissimilarium inconcinna compositio dicitur, & in soluta vnitate, quæ vtrisq; partibus communis existens, illarum continuitatem soluendo, morbum efficit, ambabus partibus communem: quæ triplex vteri constitutio cum alijs corporis instrumentis cõueniat, meritò in hoc triplici mor-

Vterum triplici genere morbi affici posse.

borum genere cùm eisdem cōmunicabit : imò ob eandem rationem, consentiet idem vterus cùm cæteris partibus, secundum singulas differentias, quæ sub singulis tribus generibus collocantur : sicut enim ex triplici allata compositione præter naturam, tria primorum morborum genera nascebantur: sic in vnoquoque morborum genere, pro multiplici ac diuerso componentium numero, aliæ differentiæ ducentur, ita vt quot ea sunt, quæ singulam compositionem constituunt, totidem morbi oriantur. At similarium partium natura & compositio tribus potissimum constat, propria forma seu facultate de prædicamento substantiæ, propria tēperatura & materia: quapropter morbus in istis tribus ponendus esset, videlicet in propria forma mutata, & ratione huius statuunt plerique, oriri morbum à tota substantia: quamuis ego aliter sentiam: nam forma ista, cum nec contrarium habeat, nec maius & minus suscipiat, ideò per internam suam naturam eadem semper manens, morbo aliquo affici non poterit, sicut etiam nec sana propriè dici potest: sed sanitas & ægritudo passiones sunt corporis compositi ex contrarijs & magis & minus suscipientis, sed si forma substantialis sanitati & ægritudini subijcitur, hoc illi conuenit ab extrinseco, nempe ratione corporis, in quo & per quod opera sua exercet & manifestat. In partis verò temperatura alterationem contingere, illamque multiplicem ac variam, nemo est qui dubitet: quemadmodum etiam ex parte materię eadem pars immutari potest, vt materiæ vitia sint, nimia partis laxitas vel constrictio, tenuitas vel crassities, raritas vel densitas: per has enim partes, quibus similaria omnia constant, forma substantialis, vt per sua instrumenta in composito membro agit, & pro illarum varietate diuersimodè operatur & patitur: Ex laudabili enim temperatura primarum qualitatum, integra oritur actio, dictis partibus propria, attractio videlicet, retentio, coctio, expulsio & nutritio. Ex eiusdē recessu à naturali statu eædem actiones partium similarium vitiantur. A pari dicendum de secundis qualitatibus à materia ortis, quarum pariter commoderatio vel incommoderatio, est causa integrarum læsarumque functionum, de quibus Galenus loquens libro artis medicinalis, statuebat, tenuem substantiam cerebri boni ingenij causam esse: eiusdem densitatem, bonæ memoriæ, contrarijs autem qualitatibus affectum earundem functionum lesarum subiectum erit. Dum igitur vterus corripitur hoc primo genere morbi, quod aduenit componentibus partes similares, secundum communem rationem afficietur, non autem secundum propriam. Quapropter vteri intemperies secūdum primas qualitates, morbus erit communis & partium similarium gratia illi adueniens, siue hæc intemperies fuerit sine materia & cum materia. Idem statuendum est de morbo eidem vtero contingente ob excessum vel defectum secundarum & materialium qualitatum. Si pariter idem vterus consideretur penes secundam compositionem, quæ ex parti-

Morbi vteri alijs partibus communes.

Similarium cōpositio ex tribus.

Forma substantialis nō est subiectū morbi.

In probatio aliorum.

Morbi in intemperie.

Morbi materiales.

bus similaribus conflata est, & ex qua oritur vteri structura seu conformatio, facultatem formatricem sequens, hæc vbi naturalem conformationem quouis modo amiserit, secundo morbi genere afficietur, quod in vitiata partis structura consistit. Structura autem & conformatio est quid cōmune cæteris omnibus partibus dissimilaribus, vt in hoc pariter morbi genere cum alijs plerisque partibus vterus communicet. Tandem idem vterus non solùm conuenit cum dictis partibus per structuram simpliciter, & consequenter per morbum etiam talem structuram vitiantem: verùm etiam secundum speciales morbos sub hoc genere contentos, communionem habebit. Sunt autem huiusmodi morbi plures ac diuersi, pro multiplici ac diuerso cōponentium numero: at vniuersa vteri conformatio constat ex determinata forma, magnitudine, partium numero, situ, colligantia, & similibus, ex quibus aptè compositis, tota vteri naturalis conformatio consurgit: singulorum autē lapsus à naturali conformatione morbos speciales faciet, sub vitiata vteri conformatione contentos, vt in primis si vteri forma lęsa fuerit, triplici morbi genere detineri possit, pro ut forma huius partis, vt etiam reliquarum omnium, in tribus potissimum consistit, in figuræ concinnitate, in conuenienti superficie, & viarum debita latitudine & constrictione, ex quorum recessu à naturali statu, triplex species morbi oritur, in figura scilicet vitiata, in superficie, & vijs. Vt ex parte vitiatæ figuræ vteri, morbus oriatur, qui in peruersione eius figuræ consistit, siue vterus figuram planè rotundam acquisierit, aut rectam, curuam vel alterius generis diuersi à propria & naturali sui figura, quæ instar alicuius cucurbitæ habetur. Ad morbum verò in superficie, ordinabitur nimia asperitas vel lenitas vteri. Ad morbum in cauitate reducitur nimia vteri constrictio, vel eiusdem excedens amplitudo. Merito numeri subijcitur morbo tùm in numero aucto, vt cum in illo caro superflua adnascitur, vel imminuto, vt cùm aliqua pars vteri constitutiua desideratur. A conuenienti verò magnitudine recedere solet dupliciter, prout plus iustò auctus vel imminutus est, siue talis mutata magnitudo natiua fuerit, siue adsititia. si morbus fuerit in magnitudine aucta, multiplex esse potest, pro varietate materiæ vterum in tumorem attollentis, quæ si flatulenta fuerit, tympanite detinebitur: Si minera flatus extiterit, esse potest quilibet humor, atque is tùm impermixtus tùm permixtus. Si impermixtus fuerit, & sanguis extiterit, tunc subijcietur inflammationi exquisitæ. Meritò pituitæ tumori oedematoso, meritò bilis erisypelaceo, & meritò Melancholiæ scirrho. Si humores fuerint permixti, orientur illæ eædem species tumoris, sed noti, & spurij, denominationē semper suscipientes à prædominante humore. Si idem vterus à proprio naturali loco & situ dimoueatur, poterit secundum omnem loci differentiam dimoueri, supra videlicet, infra, ante, retrò & secundum latera, ad quod genus morbi reducitur procidentia vteri, eius-

Morbi in mala confor.

Vteri structura.

In forma vteri 3. species morbi.

Morbi in figura.

Morbi in superficie.

Morbi in cauitatibus.

Morbi in num.

Morbi in magnitud.

Tympanitis

Inflam. exq.

Erisypel.

Scirrhus.

Tumores spurij.

Morbi in situ.

ri, eiusdem ascensus & ad latera declinatio. Præterea idem vterus pati etiam potest solutionem continuitatis. tùm ratione vnius & eiusdem partis similaris. tùm plurimum inter se, & prout vterum cõstituunt: ad quod genus morbi ordinabuntur vlcus, fractura, ruptio, auulsio & huiusmodi. Quò vero ad ea mala vteri, quæ propria magis videntur, & huic soli parti cõpetunt, ea potissimũ erũt, quę illius propriã actionẽ lædunt: hæc aũt duplici a sunt pro duplici vteri functione, quarũ altera respicit conseruationẽ indiuidui, altera verò speciei. Prioris ordinis sunt illa symptomata quæ consuetam menstruorum purgationẽ lædunt: quæ sanè vteri euacuatio, post annum duodecimum incipere solet, & magno corporis beneficio, cum per hanc mulier ab omnibus superfluitatibus emundetur, vt quamdiu illa secundum naturam fit, & conueniens genus materiæ euacuatur, atque id in debita etiã quantitate, qualitate, tempore, loco & modo exeundi, tam diu etiam integra valetudine fruitur: quamprimũ verò illa eadem aberrabit in vno, pluribus vel omnibus iam dictis, totum etiam corpus patietur, & à naturali statu recedet. Læsio autem, quæ dictæ functioni contingit, triplex esse potest, pro vt vel aufertur vel deprauatur vel imminuitur: hinc triplex symptoma ortum habet, vt meritò ablationis oriatur suppressio, quæ si solius materiæ menstrualis fuerit, exquisita dici potest: si etiam seminis, spuria vocabitur, quæ duplex materia intus cohibita, si non solum copia peccauerit, verum etiam praua & venefica qualitate, orietur illud Symptoma, quod præfocatio matricis nuncupatur. Meritò autem non integræ suppressionis, diminuta expurgatio fiet. Si deinde aliter efficiatur, quàm pro naturæ modo conueniat, orietur deprauata expurgatio, quæ multipliciter adhuc deprauari potest, pro vt vel diutius illa protrahitur, quàm par sit, & ita oritur illud Symptoma, quod vocatur immoderatum profluuium mensium, vel modus exeundi consuetus non seruatur, quod contingit quando menses ægrè, cum difficultate, aut dolore effluunt, & ita nascitur illud Symptoma, quod stillicidium mensium dicitur: vel quia exiens materia alterius est generis ab illa, quæ secundum naturæ ordinem exire deberet, & tunc oritur aliud genus profluuij, quod sub se continet diuersas species, pro exeuntis materię diuersitate, tùm in essentia, tùm in modo essendi: Si namque hæc materia seminalis fuerit, Gonorrhoeam faciet: si humoralis hæc modò alimentalis modò excrementitia erit, si alimentalis extiterit, consequenter cum noxa patientis facta, & à toto prodeat, orietur profluuium muliebre immoderatum; cuius species multæ esse possunt, pro diuersitate succi exeuntis, à quo etiam nomen accipient. Quare si exiens materia fuerit sanguis, nascetur profluuium muliebre immoderatum sanguineum & rubeum. Si à succo pituitoso fiat, profluuium album denominabitur. A Melancholico obscurum & nigrum: A bilioso flauum & ruffum. Si autem ab vtero potius, prodierit fit illud sympt. quod dicitur stillicidium

vteri.

Vteri procidentia.
Vteri cõtractio.
Vteri soluto vnitas.
Vlcus
Fractura.
Ruptio.
Auulsio.
Vteri symp. propria.
3. de symp. causis 4.
Supressio integ. mestr.
Profocatio vteri.
Suppressio diminuta.
Deprauata expurg.
Profluuium immoderatum.
Stillicidium mensium.
Gonorrhoea.
Profluuium muliebre immoderatũ.
Sympt. vteri, vt ad spe:

ciei conseru. ordinatur. vteri. Si deinde vterum ac vteri actionem consideremus, pro vt respicit conseruationem speciei, orientur alia duo symptomatum genera, pro duplici actione & facultate, qua vterus præditus esse debuit, pro specie conseruanda: Altera est fœtum concipiendi & conformandi, Altera verò est, eundem formatum fœtum pariendi. Quo ad facultatem concipiendi hæc intra naturæ leges se continet, quotiescunq; fœtum debito tempore continet, donec secundùm omnes sui partes perfectus fuerit: in qua concipiendi functione si error contingat, triplex esse potest, prout vel aufertur, vel diminuitur vel deprauatur. Si auferatur, oritur illud symptoma, quod sterilitas dicitur. Si diminuatur, dupliciter contingit, prout fœtus imperfectus & non ex omni parte integer concipitur, vel si perficitur, diminuta dici potest actio, quia fœtus imbecillior generetur, vel si robustus producitur, rarius tamen conceptio fit. Quare hinc oritur conceptio rara & tarda & imbecillis. Si autem conceptio deprauetur, multipliciter pariter deprauari potest, prout fœtus, modò plurimum distat à parentū similitudine, à quibus si rationibus omnibus distaterit, ac proinde genere, specie & indiuiduo, tunc nascetur illud symptoma quod Mola dicitur, quæ nil aliud est, quàm frustrum carnis informe, nullam similitudinem cum parentibus seruans: non quidem in genere, quia animal adhuc dici non potest: non in specie, cum humanam figuram & formam non habeat, longè minus indiuidualem similitudinem obtinebit, cùm nec in toto corpore, nec in aliqua illius particula cū parentibus affinitatem præseferat. Vel secundò fœtus deprauatur quia seruata similitudine generica & specifica, desideratur solum Indiuidualis, siue penes corpus vniuersum siue partem determinatam id contingat. Hoc autem fit, quoties fœtus in vtero ita conformatur, vt homo quidem generetur, at nulla seruata proportione cum parentibus, in figura, numero, magnitudine partium, situ & alijs, vt in specie humana talis conceptio monstruosa habeatur secundum totum corpus; vel fœtus dicitur deprauatus, si cum parentibus seruauerit similitudinem, genericam, specificam & indiuidualem, desideratur tamen similitudo partis determinatæ, quemadmodum si fętus nascatur claudus vel monoculus, quorum tamen vitiorum neutrum in parentibus reperiatur; & ita oritur conceptio monstruosa sed ratione partis. Si denique eundem vterum consideremus, vt est pariendi instrumentum, multiplex adhuc symptoma oriri poterit, quorum numerus oritur ex multiplici recessu partus à naturali statu. Est autem partus secundum naturā, quoties fœtus in vtero formatus, non solum foras exit, sed debito suę maturationis tempore, & præterea exeundo debitum modum ac ordinem seruat: hinc tria errata illi aduenire possunt, prout dictus partus vel penitus non fit, & ita nascitur illud symptoma, quod vocatur detentio, & formati fœtus cohibito: vel secundò male fit, quod tripliciter contingit, Primò, quia tardius fiat, quàm partui

Sterilitas.
Imperfectus fętus.
Imbecillis fętus.
Rara conceptio.
Mola.
Conceptio mostruosa totius.
Conceptio mostruosa ratione partis.
Vteri vicia ut est pariendi istru.

naturali

naturali conueniat, & oritur alterum symptoma, quod tardus partus vocatur: vel celerius fit, quàm fieri conueniat, & tunc oritur illud symptoma, quod vocatur Aborsus, vel Tertiò partus lædi potest, quia deprauatè fit, & oritur diffi. pariendi quod contingit, quando peruertitur ordo, & naturalis pariendi exeundiq; modus; quemadmodum si fœtus ordine naturali peruerso, exitum primò quęrat secundum pedes vel latera, non autem secundum caput, si præterea cum dolore, & labore fiat, si etiam fœtus mortuus & laceratus exeat, si secundina intus detineatur. Hæc igitur dicta sint de numero & numeri necessitate malorum omnium muliebrium, quæ ratione uteri illis adueniunt, siue communioribus malis afficiatur, siue proprijs: & si communioribus, siue illi contingant ratione partium similarium vel dissimilarium, siue vtrarumque, & si malis proprijs, siue illa adueniāt eius functioni, quæ dirigitur ad conseruationem speciei, aut indiuidui, & rursus siue in vtraque, functione ablatio contingat, aut imbecillitas vel deprauatio. Communioribus ergo malis prætermissis, propria potissimum aggrediar, tum quia scopus est, de affectibus muliebribus tractare, ac proinde de illis, qui viris non sunt communes, tùm magis quia agentes de muliebribus affectibus, simul etiam communiores complectemur, vt pote illos, à quibus tanquam à causis propria vteri symptomata dependent.

Detentio fętus. Tardus partus. Aborsus. Diffic. pariendi. Epilogus.

De Suppressione Menstruorum. Cap. IIII.

A Suppressione igitur, immoderatoque mensium profluuio exordior, vt potè ab illis affectibus propriis, quorum curatio non solum respicit indiuidui conseruationem, cui omnium maximè incumbendum est: verùm etiam, quia eorundem cognitio & curatio summam lucem allatura est plerisque aliis vteri symptomatibus, tum propriis tùm communibus, in quorum tractatione, sicut etiam in cæteris omnibus, eum ordinem mihi seruandum propono, qui ad docendum omnium maximè aptissimus futurus est. Ideò ab essentia propositi symptomatis incipiam, ac proinde de forma, materia & causis efficientibus agam, internis inquam externis mediatis & immediatis: Vnde generationis modus clarè etiam elucescet. Secundò ex proposita essentia colligam omnes species ac differentias propositi mali. Tertiò de proprietatibus talem essentiam consequentibus tractabo, signa adducendo, quibus propositum nobis affectum, non solùm in genere cognoscamus, verum etiā singulas eius species distinguamus, mox ad curam descendam, eamque non Empyricam, sed Dogmaticam, eliciendo in primis indicationes curatorias, præseruatorias & vitales; quibus sermo de prognostico succedet: tandem de auxiliorū materiis diligenter tractabo, chirurgicis inquam, pharmaceticis & diæteticis. Cur autem tot & non plura vel pauciora consideranda sint,

1. ad tras. cap. 1. Ordo tractādorum in singulis affectibus. Eßentia. Differentiæ. Signa. Indica. Prognost. Curatio.

sint, in propositis malis remouendis, artis medicæ finis clarè ostendere potest. Cùm enim in omnibus morbis propositis scopus sit præsentes remouere, imminentes præcauere, & vires custodire, atque hos scopos consequi minimè liceat, nisi vsu & recta administratione materierum medicinalium: hæ autem & si infinitæ propemodum sint, omnes tamen ex triplici fonte hauriuntur Chirurgico, pharmaceutico & diætetico, & proinde circa singulos sigillatim discurrendum erit, vt ad fontem Chirurgicum illæ præcipuè spectare videantur, quę in externis instrumentis consistunt, & vt administrentur, manuum operatione indigent. ad quem ordinem referri poterunt venæ sectio, cucurbitulæ scarificatæ & non scarificatæ, hirudines, cauteria, vesiccatoria, sinapismata, ligaturæ, frictiones, partium in pristinum locum repositiones, vstiones, & huiusmodi. Ad fontem pharmaceuticum ordinantur lenientia, præparantia, purgantia & cætera eius generis quęcunque alterant & locum affectum roborant, siue hæc intus præbeantur: siue extra admoueantur. Ad fontem Dieteticum diriguntur recta administratio sex rerum non naturalium, aeris inquam cibi & potus & reliqua. Horum autem omnium vsus quandoq; habetur cum prædictione, quandoque non. Cum prædictione habetur in morbis lethalibus. citrà verò in salubribus, in quibus futuræ salutis certa spes haberi potest, vt hinc prognosticum ortum habuerit de quo loquens Hypoc. in initio primi prognostic. hanc premitit sententiam, Medicum vti prouidentia, vt mihi videtur, optimum est. Nam ex præteritorum commemoratione, futurorumq; prædictione, etiam beneficia oriri censuit, primum quod egri & astantes propensius pareant, secundo medicus longius prospiciens quæ ægro mala ventura sunt, de longinquo etiam illis obuiam ire potest. postremo euasuros prænoscens, apud omnes immortalitatis nomen sibi acquirit, & morituros prænúcians, solis prognosticis futuræ mortis, relinquit; vel operando, se ipsum ac medicinam ab omni infamiæ nota vendicabit: quibus de causis prognosticum in morbis negligendum minimè erit, sed cum Hypoc. multis nominibus semper magni faciendum vt iure in quadam epistola ad Philopomenen hanc ipsam cum vaticinatione comparauerit & æquauerit, vt non immeritò hæc medicinæ pars medicum etiam expostulet non vulgarem, sed eximium, nō Empyricum sed dogmaticum, non scientificum tantum, sed valdè exercitatum: ac proinde non sola ac nuda obseruatione rerum peritum, sed ex ratione & summo iudicio omnia operantem, is autem ille est, qui nihil temerè agit, sed illa solum prosequitur quæ à subiecti morbi essentia & natura indicantur, vt hinc orta fuerit indicantium & indicationum inuentio, prohibentiumque permittentium consentientium & moderantium cognitio, quæ sola, auxilia rectè operandi nobis demonstrant: quare de indicationibus & annexis, agendum. Cæterùm indicatio, cum de genere eorum sit quæ ad alterum referuntur, nempe ad

Necessitas agendorum.

Auxiliorũ materiæ ex triplici fonte capiũtur.

Materiæ auxilij chirurgici.

Materiæ auxilij phar.

Materiæ auxilij dietetici.

Prognosticũ

Eximius medicus qui.

Indicatio.

ipsum indicans, tale autem triplex potissimum sit, morbus scilicet, causa morbi & virtus: ideò ante omnia cognitio suppressionis, causarum & virtutis præmittenda est, vt ex morbi cognitione, indicationes curatorias hauriri possimus, ex causis, præseruatorias, & ex virtute conseruatorias. Tandem cum rei cuiusque essentia per vocem propriam significetur, sæpeque contingat, quid nominis latere vel æquiuocationem continere, ideò ad tollendam nominis multiplicitatem vel obscuritatem, ab ipsius notione exordiendum erit.

Indicantia.

Indicatio 3.

De Voce. *Cap. V.*

CVm nomina temerè non sint rebus imposita, iure cogitandum est, morborum ac Symptomatum voces non à casu sed consulto fuisse inuentas, vt non immerito Gal. 2. Methodi 2. dixerit, quòd omnia mala, quæ humano corpori adueniunt, nomen desumunt vel à loco affecto, vt pleuritis à membrana pleura ita vocata, quæ in hoc affectu inflammatoria compunctione afficitur, sicut peripneumonia à pulmonum inflammatione, podagra à pedum uitio, nephritis à renibus, arthritis ab articulis, opthalmia ab oculis, cephalalgia à capite, & Dysenteria ab intestinorum vlcere: Secundò capiuntur nomina ab aliquo symptomate, vt ileos à tenuiori intestino affecto, paralysis à resolutione neruorum, apnoea à difficultate spirandi, Tenesmus à cupiditate deijciendi. vel capiuntur ab vtrisque, id est, à loco affecto & symptomate, ut Cephalalgia & Othalgia id est, aurium dolor, Estiralgia id est, meri dolor. Rursus affectus, qui à symptomate denominantur, nomen accipiunt ab actione læsa, à qualitate mutata, & exeunte mutato. Si à læsa actione tripliciter, ablata videlicet, vt Syncopis & Apoplexia: vel diminuta vt lypothymia & cruditas, uel à deprauata, vt tremor, tussis, singultus. Si ab exeunte mutato, denominatio fiat, erit vt sputum sanguinis, lotium cruentum, & huiusmodi. Si à qualitate mutata erit vt febris, icteritia & cætera eius generis. Prætereа capiuntur etiam nomina ab externarum rerum similitudine, vt cancer, Elephantiasis, Polypus, satyriasis, Ophiasis, Alopecia & tinea. Vel denique nomina capiuntur à materia faciente morbum, vt calculus, cholera, melancholia, & reliqua. In quo genere collocatur etiam suppressio menstruorum: quod nomen ita proprium est huic affectui, vt cùm alijs rebus præter naturam nullam cōueniētiam habeat. At si secundum communiorem sui notionem acciperetur, facilè cum alijs conueniret: si enim capiatur, vt est quid distinctum à rebus naturalibus, cōmunissima uoce res præter naturam vocaretur, & hoc modo non distingueretur à morbo, causa & symptomate. Si autem consideretur vt est ex eorum genere quæ morbum sequuntur symptoma nuncupabitur: sed tunc non distinguitur ab alijs symptomatum generibus, nempe à læsa actione, qualitate mutata & exeunte

Nomina affect. omniũ à quibus.

A loco affecto.

A sympt.

A lesa actione.

Ab exeunte mutato.

A qualitate mutata.

Ab externorum similitu.

A materia.

mutato. Si consideretur vt consequitur opus, materiam videlicet genitam, dicetur symptoma secundum, ad differentiam primi, cuiusmodi est symptoma in læsa actione. Vt verò hæc materia genita præter naturam intus detinetur, symptoma dicetur in exeunte mutato, in quo intus cohibetur, quòd foras exire deberet. Cuius uox adhuc communior est, quoniam cum plærisque alijs symptomatibus eiusdem generis conuenit. Tandem hoc symptoma vt respicit determinatam speciem materiæ cohibitæ, nempe menstrualis, proprium nomen desumens, vocabitur suppressio menstruorum, quæ vox ita est propria huic affectui vt per hanc à cæteris omnibus clarè distinguatur. Vocatur antem mensium suppressio, quia in muliere secundum naturam se habente materia istá singulo mense effluere debet, cuius materiæ fluorem, quidam flores appellant, ea ni fallor, de causa, quia mulier cùm nata sit ad procreandam sobolem, non prius est apta concipere, quàm appareant menstruæ purgationes, quæ sunt vt flores arborum, qui fructus antecedunt, quæ sicut prius fructum producere nequeunt, nisi flores antea appareant: sic mulieres nunqnam antea concipiunt, nisi menses fluxerint. Vulgares tempora vocant, quoniam hæc purgatio in mulieribus statutis quibusdam temporibus obseruatur. Alij vocant malam septimanam, vel quia hæc fluxio septem diebus perdurare solet, vel etiam, quia per integram hebdomadam mulier aliquid molestiæ tunc patitur. Cæterum vt omnis æquiuocatio circa hanc vocem tollatur, illud etiam adijciendum erit: hic sermonem futurum esse de suppressione mensium morbosa, & præter naturam, ad illius differentiam, quæ naturaliter fit, quemadmodum contingit in prægnantibus & lactantibus, in quibus hæc materia degenerat in alimentum vel concepti fœtus, vt in prægnantibus, vel pueri nuper nati & lactantis, vt in lactantibus contingit, & si accidat, vt in ijs menstrua quandoque fluant, alterum duorum fieri solet, vt ex parte prægnantium abortum patiantur, vel saltem fœtus imbecillior formetur quorum vtrumque ob alimenti defectum cnntingit. In lactantibus verò generatio lactis cessat, vel saltem imminuitur. Hæc de nomine.

Vocis explic.

Suppressio dupl.

14. de usu par.

De Essentia. Cap. VI.

AB explicatione vocis deuenio ad subiectæ rei essentiam explicandam, quæ cum in forma & materia consistat, ideò quæ sit propositi symptomatis forma & quæ materia, expendere oportet: deinde verò quæ eiusdem sint causæ effectrices omnes & occasiones diligenter inuestigabo. De finali autem causa nihil dicendum occurret, quia in rebus prę̨ter naturam locum habere non videtur cuius tamen gratia menstrua secundum naturam fiant suo loco declarabo. Quo ad formam spectat ex dictis satis constat, quod hæc suppressio est quid

Forma.

præter

præter naturam, non tamen in genere morbi vel causæ, sed symptomatum, & in eorum genere, quæ in exeunte mutato consistunt, in quo scilicet intus cohibetur, quod pro naturę modo effluere deberet. Cæterum hæc materia, quæ præter naturam intra corpus retinetur, cum esse possit vapor, & vaporis minera, constat etiam eam non esse vaporem, sed potius mineram, cum exeundo sensibus conspicua illa appareat, non propterea negandum est, quòd talis materia intus detenta, caloris vi in vaporem assiduo non attollatur, hacque ratione sensim minuatur & dissipetur, quod certè si non fieret, breui tempore in tanta copia aggregaretur, vt necessarium esset, mulierẽ frequentius pati menstruorum fluxum, vel à nimia illorum copia suffocari, aut ex superueniente putredine & malignitate, febribus, lypothymiæ, Syncopi, apoplexiæ, & aliis eius generis symptomatibus perpetuò subiici, vt sæpè etiam aliquibus contingere videmus, & illis præcipuè, in quibus ob vitam ociosam talia excrementa multiplicantur, præsertim si in viuendi ratione etiam plurimum delinquant: rarius verò aut nunquam illis accidunt, quæ in victu rectè se gerunt, vel saltem plurimis exercitiis aggregationem superfluitatum prohibent, aggregatasque dissipant atque dissoluunt: vel etiam purgantibus medicamentis illas educunt. Cum igitur hæc materia intra corpus cohibita corpulenta sit & humorosa potest corpori aduersari, vel secundum totam substantiam, vel aliter, si prima modo, ita erit materia omnino putrida & venefica: si autem alterius generis fuerit esse potest alimentalis vel excrementitia. Satis autem constat, alimentalem esse non posse, quia succus esset sanguineus, pituitosus, biliosus vel Melancholicus: quorum quilibet in corpore proprium habet vsum, ideò retinetur, quoniam ex dictis succis corpus & partes eius nutriuntur: pro quarum diuersitate in substantia & temperatura, necessaria fuit succorum alimentalium diuersitas, quorum nullus esse potest materia hæc menstrualis, quod fuit in causa, vt prouida natura in muliere nec prægnante nec lactante, tale genus excrementi statutis temporibus expurgaret. Cæterum materia ista excrementitia cum duplex esse possit, vtilis & inutilis, prioris generis minimè erit: quoniam vel vtilis foret pro conseruando indiuiduo, vt lac, vel pro conseruanda specie, sicut est semen, quorum neutrum est materia ista menstrualis, non tamen negauerim, quòd post partum materia illa, quæ in menstrua verteretur, in lac non degeneret, quod puero nutriendo accommodatissimum est alimentum. At hoc loco sermo est de suppressione menstruorum præter naturam, consequenter in muliere non lactante aut prægnante, quæ singulis mensibus aggregata tanquam inutilis per vterum naturaliter expelli debet; cuius autem coctionis illa sit opus, sequens caput declarat.

L. de differentis symp. ult.

3. de sympt. capsis 4.

Essentia materiæ cohibitæ.

Materia corpulenta.

Materia inutil.

Menstruum esse excrementum secundæ coctionis. Cap. VII.

Excrem. triplex.

CVm igitur hæc materia sit excrementum inutile, oportet esse primæ, secundæ aut tertiæ coctionis excrementum. Primæ esse non potest, cùm non sit nec tenue nec crassum, accedit quòd hoc genus excrementi intestinis recipitur, & per infernum os expurgatur, per vterum verò neutrum euacuatur. An verò excrementum sit secundæ vel tertiæ coctionis, dubium esse videtur apud medicos, vt Galenus quandoque in ea re, sibi inconstans videatur, quam difficultatem hoc loco non examinabo, satis erit rei veritatem ostendere, & quibusdam rationibus illam confirmare. Statuendum erit igitur, talem materiam excrementum esse secundæ coctionis, quæ in Epate & venoso genere habetur. Commune enim est omnibus partibus corporis, humores generantibus, eos vtiles producere, vel sibi ipsis vt conseruentur, aut pro aliis partibus generationis gratia vt semen, vel pro fœtus nutritione vt sanguis menstruus, ita vt humores, qui post cuiusque partis nutritionem supersunt, earum partium sint superfluitates, & cum illis similitudinem naturæ seruant; huiusmodi erit in testibus semen, in mammis lac, in ventriculo pituita, in articulis humor glutinosus, in ossibus humor albus in cauernis contentus, in carne pulmonis humor spumosus: sic denique in Epate erit sanguis, cuius superfluitas, quæ pro reliquarum partium alimento, necessaria futura non est, menstrualis materia euadit, quæ per vterum debitis temporibus expurgatur. Quod ipsum confirmat etiam rubeus color, quo materia hæc menstrualis prædita est; quare erit superfluitas sanguinis, consequenter excrementum secundæ coctionis. Præterea si locum consideremus, vbi sanguis menstrualis continetur, & per quem expurgatur, cum in venis contineatur & per venas, Vteri expurgetur, non aliter dicere possumus, nisi excrementum esse primorum humorum, qui in venis continentur, & membris nutriendis nondum sunt delegati. Hinc fit, quòd mulieres quamdiu consuetas vteri purgationes seruant, nullam aliam sanguinis euacuationem sponte naturæ factam patiuntur, nec per nares nec per mariscas, at consueta menstruorum purgatione cohibita, illius copia & qualitate natura grauata & irritata, consueuit per alias partes talem superfluitatem euacuare, vt quandoque experientia compertum fuerit, quasdam mulieres, quibus menstrua erant suppressa, copiosum sanguinis vomitum habuisse, & maximo naturæ iuuamento, at mẽstruis denuo superuenientibus solutio fit. Quapropter materia hæc menstrualis, sicut alia quæcunque sanguinis fluxio per alias partes facta, primorum humorum superfluitas erit, qui in secunda coctione generantur. Tandem etiam ea confirmatio addi potest, quæ sumitur ab obiecto tertiæ coctionis & excrementis eius, nam obiectum tertiæ coctionis sunt humiditates

Mestr. excrem. esse secundę coc.

Lib. de for. fętus. c. 4.

5. aphr. 39.
Ratio prima

Ratio secunda.

Ratio tertia

Ratio quarta.

Hyp. 5. aph. 32.
Ratio quinta.

secundæ,

secundæ, quæ ex capillaribus venis exeuntes nutriendis membris delegantur, à quibus nouam coctioné acquirentes, longè aliam formam ac speciem suscipiunt, ab illa quam antea retinebant, dum in venis essent, & secundæ coctionis opera subibant, quoniam amittunt substantiam fluidam & in membris consistentem acquirunt, rubeum colorem deponunt, & album induunt, partibusque nutriendis omninò similes fiunt: cuius tertiæ coctionis excrementa tenuia per halitum insensibilem vel sudorem expurgantur, crassiora verò in pilos vel in sorditiem degenerant. Quorum excrementorum neutrum accommodari potest sanguini menstruo, vt tandem ijs omnibus rationibus concludendum sit, sanguinem menstruum excrementum esse secundæ coctionis nec propterea multum videtur referri, si concessum etiam fuerit tertiæ digestionis excrementum esse, quia tota ea sanguinis portio, quæ per tertiam digestionem super est, & in substantiam corporis verti non potest, illius etiam superfluitas dici potest, at huiusmodi est sanguis menstruus ergo. Qua verò ratione peccet, & peccando expultricem excitet, statim declaro.

Menstruum excrementum esse quantitate & qualitate peccans. Cap. VIII.

Mestrũ peccare copia. Ratio prima. Ratio secunda. Ratio tertia

QVòd autem materia hæc menstrualis per vterum singulo mense expurgata, quantitate inprimis peccet, plura ostendunt. Primò quia intus à natura nõ retinetur, sed potius singulis men sibus tanquam sibi onus euacuatur. Secundò, quia cùm beneficio totius corporis talem euacuationem molitur. Accedit, quòd ex illius retentione natura multa & molesta symptomata patitur, vt quemadmodum per illius copiosæ materiæ præsentiam corpus totum grauatur: ita per eiusdem absentiam sponte naturæ factã subleuatur, quod est materiæ copiosæ argumentum. Quod autem tale menstruum non solum quantitate verum etiam qualitate peccet, atque illa tum manifesta tum occulta, multa testari possunt. Inprimis quòd manifestis qualitatibus peccet, exeundi modus patefacit, posteaquam non sine molestia & viarum aliqua mordacitate effluat, quod certè illius excessum in calore ostendit. Id ipsum confirmare etiam potest coitus per illud tempus factus: quoniam ex contactu huius materię, virile membrum non modò ruborem, verùm etiam excoriationem circa præputium pati solet, quod pariter excedẽtis caloris indicium manifestum esse potest. Cum igitur hæc materia quantitate & qualitate peccet, mirum esse non debet, si sensim illa aggregata & ad determinatum suæ quantitatis terminum peruenta, quem citra maiorem molestiam diuti us natura sustinere non potest, expulsionem per vterum tentet & m oliatur, ad quod peragendum natura excitatur, tum ab illius copia grauata, tum ab eiusdem qualitate acriori irritata, quod munus

Mestrũ peccare qualit. manifesta. Ratio prima. Ratio secunda.

quam-

quamdiu integrè & statutis temporibus absoluerit, deputata vniuersa humorum massa, tàm diu etiã corpus hoc integra sanitate potitur.

Sanguinem menstruum peccare occulta qualitate. *Cap. IX.*

Mestruũ an sit ueneficũ.

AN verò sanguis menstruus præter manifestas qualitates, occulta etiam & venefica præditus sit, & secundum illam agat, difficultas esse potest. Si namque hæc materia venefica esset, mirum videri deberet, quomodo integro mense in corpore detineatur, citra aliquam illius corporis molestiam insignemq́ue noxam. Augetur adhuc magis difficultas, quia dum consuetum suæ purgationis tempus pertransit, maiorem prauitatem acquiret, ex hac etiam diuturna mora vehementiorem agendi corrumpendiq́ue vim sibi ascisceret, ratione cuius, non solum corpus, in quo illa retinetur magis immutare deberet: verùm etiam corrumpere & interficere, quod tamen minimè obseruamus, cum multæ mulieres reperiantur, quibus talis consueta euacuatio supprimitur, quæ tamen à propriis negociis non desistunt, sed sanitate fruuntur, & diutius viuunt. Ex altera verò parte non defuere, qui affirmauerint, menstruum sanguinem, nõ solum esse excrementum inutile, quantitate & qualitate simpliciter peccans, sed etiam corruptum, malignum & veneficum esse, vel saltem agendi potestate ac viribus veneno valdè affine: nam præter id, quòd statis temporibus per consueta loca luna decrescente, non effluit à puriorique sanguine, cui est permixtus non secernitur: Accedit etiam ratio desumpta ex illius operationibus vitæ corruptiuis, quæ certè non eius modò inutilitatem ostendunt: verùm etiam malignitatem & veneficam naturam detegunt: quo enim tempore mulier menstruam purgationem paritur, non solùm illius vniuersum corpus discoloratum redditur: verùm etiam imbecillius efficitur. imò in alienum corpus agens naturalem illius dispositionem euertere & corrumpere potest: nam tempore quo menstrua hæc fluunt, vapor, qui ex tali materia cleuatur, obiectum sibi speculum fœdare, inficere, eborisque nitorem obscurare solet: & vino pariter permixtus, totum corrumpere videtur: imò quòd maius est, si ab hac ipsa materia semina tangantur, vel in lotio menstruatæ mulieris prius infundantur, & terræ mandentur, nihil generant, sed sterilia euadunt: & plantæ adhuc tenellæ ab hac ipsa materia contactæ, læsionis semel susceptas notas perpetuò seruant, vel potius arescunt & moriuntur. Præterea hic sanguis si à canibus gustatus & deuoratus fuerit, rabie afficiuntur, homines verò ex eodem epoto in comitialem morbum, Elephantiasin, pilorum defluuium & huiusmodi incurrunt. Et conciliator testatur pariter quòd ex hoc menstruo epoto homo euadit veluti præstigiatus, maleficiatus, obliuiosus & lunaticus, cuius cura inquit, est potare margaritas frigidas tritas ad ℈ I. cum aqua Melissæ, & in aqua tepida balneari,

Ratio prima.

Ratio secunda.

Fernelius 7. suæ physiologiæ. c. 7.

Mestruum esse veneficum.

Ratio prima.

Ratio secunda.

Ratio tertia

Arist. lib. de somnijs.

Ratio quarta.

Lib. de Venen. c. 73.

cum

cum puella coire, & cum puellis conuersari, & eius Bezoar est commedere viperas præparatas. Hoc ipsum denique magis confirmatur ex illarum etiam rerum euentu, quæ ipsismet mulieribus contingere solent. si namque prægnans mulier fuerit, & alterius mulieris menstruum partes ad vterum pertinentes obliniatur, abortum patietur: si autem vtero non gestauerit, concipiendi vis ei adimetur. Pro huius difficultatis resolutione distinguendum nobis est, de sanguine menstruo, de quo cum quęritur, an excrementum sit vel alimentum: & si excrementum, an utile uel inutile, & si inutile, an sola copia uel qualitate peccet, & si qualitate, an Elementali solùm, uel etiam uenifica, sermo esse potest, uel in muliere non prægnante nec lactante, uel pręgnante & lactante. Si primo modo dupliciter adhuc intelligit potest, de muliere uidelicet, in qua ratio temporis à natura constituta seruatur, pro tali purgatione facienda, vel de illa in qua eadem purgatio præter naturam cohibita est, si de muliere primo modo intelligatur, statuendum erit, talem sanguinem excrementum esse, quantitate & qualitate peccans, ad differentiam pręgnantis, & lactantis mulieris, in quarum altera euadit alimentum fœtus in vtero gestati, & aliqua ex parte excrementum sola quantitate peccans, est quidem alimentum secundum eam portionem ex qua fœtus toto gestationis tempore nutritur, augetur & perficitur. Est autem excrementum sola copia peccans, respectu eiusdem mulieris, in qua generatur, & per id gestationis tempus aggregatur, quòd deinde tempore partus expellitur: quæ videtur fuisse clara Galeni sententia, 14. de vsu partiũ cap. 8. 2. de semine cap. 4 5. aphor. 60. hanc eandem sententiam habet Auic. 21. tertij cap. de gener. embri. & Aristol. 2. de gener. animal. statuentes sanguinem menstr. triplici parte constare, vna sola quantitate peccat, & hæc est alimentum embrionis, secunda peccat in quanto & quali, & hæc reseruatur in proprijs recepta talis vsq; ad horam partus, tertia ad mammillas tendit, sub lac vertatur]. In muliere autem lactante idem sanguis vertitur in lac, quo fœtus in lucem iam editus alitur, qua ratione erit pariter alimentum & excrementum vtile sola quantitate redundans, ita vt respectu pueri lactantis alimentum sit, respectu autẽ mulieris in quo generatur, excrementum erit. Si verò sermo fuerit de muliere nõ lactante nec prægnante, & de illa imprimis, in qua menstrua secundum naturam fluunt, hic sanguis non solum erit excrementum, sed etiam excrementum simpliciter inutile, ac proinde quantitate ac qualitate peccans. Declaro vtrumque, & primò quòd excrementũ sit patet, quia alimenti ratio & vsus illi non competit: siquidem alimentum ratione similitudinis quam cum ipso alito habet, intra illius corpus nutritionis conseruationisq; gratia retinetur. Contra excremẽtum propter dissimilitudinem cum alito ab illo secernitur, nullumque nutritionis vsum in corpore retinens, tanquam inutile foras propellitur, cuiùs expulsio cum in his

Ratio quinto.

Solutio quæstionis.

Sang. mẽstr. 2. posse consid.

mulieribus, singulo mense per vterum à natura fiat, iurè concludendum, talem sanguinem excrementum esse inutile. Accedit & ea ratio quòd si esset excrementum vtile, vel vtile foret pro speciei propagatione, cuiusmodi est semen, vel pro indiuiduo nuper genito sicut est lac: at hic sanguis in his mulieribus neutrum præstat, sed sponte naturæ à corpore se paratur. Idem confirmatur argumento desumpto à iuuantibus & lædentibus: quandoquidem illud excrementum inutile existimatur, quod in corpore per sui præsentiam est onus ipsi naturæ, & per sui absentiam & euacuationem illa eadem exonerata subleuatur huiusmodi autem est talis sanguis, Ergò &c. vbi enim tale genus excrementi, præter debitum naturæ modum in corpore retinetur corpus hoc multum grauatur, & molestia afficitur: eiusdem verò expurgatione peracta, ab omni pondere ac molestia liberatur, pristinumque robur acquirit, quod planè argumentum est, huiusmodi sanguinem, non solum excrementum esse verum etiam inutile. Tandem si sermo fuerit de eodem menstruo in muliere, nec prægnante nec lactante. ratione qua intra corpus præter naturam retinetur, non solum erit simpliciter excrementum, sed praua etiam qualitate affici, & vndique præter naturam reddi poterit, quorum omnium veritas lucidius adhuc ex dicendis manifestabitur.

Cōfirmatio.

Cōfirmatio.

Sanguinem Menstruum inutile excrementum esse ratione copiæ & qualitatis. Cap. X.

CÆterùm excrementum inutile cum multis modis molestiam corpori inferre possit, præcipuè verò si in quanto quali & motu peccauerit, omni ratione hic sanguis excrementum inutile erit, & primo ex parte copiæ, quod illius generatio & copiosa euacuatio ostendit: vt merito generationis, constet generari, & tanquàm inutile excrementum in eodem corpore copiosius aggregari: nam post sanguinis distributionem, in omnes corporis partes nutriendas mediantibus venis factam, quod superfluum futurum est, & post venarum nutritionem superest, retinetur, & vnius mensis spacio, in venæ caua copiosè coaceruatur, vt illius pondere grauata natura post illud tempus ipsum expellat, cuius copiosam expulsionem molitur per venas vteri, vt in quibusdam mulieribus talis euacuatio septem & octo diebus perduret, quod certè non nisi magnam copiam demonstrat: quod autem idem sanguis mala qualitate affectibus sit, & primò manifesta & calidiori, illius exeundi modus ostendit, deinde verò effectus molestus inde productus, si modum exeundi consideremus excrementa omnia, à corpore separari solent cum iucunditate vel cum molestia: cum iucunditate illa exeunt, quæ omnem naturæ modum seruant in quanto quali & opportuno exeundi tempore: hinc est quòd in sanis corporibu s excrementorum omnium secundum naturam

Quantitas.

Qualitas.

ram facta euacuatio non solum cum iucunditate fit, sed etiam cum beneficio corporis expellentis, vt patet discurrenti per excrementa singularum coctionum. Contra verò excrementa, dum præter copiam malam etiam qualitatem coniunctam habent, fieri nullo modo potest, quin eorum exitus, non sit aliqua ratione molestus, sicut clarè obseruatur in mulieribus, tempore quo per vterum menstrua exeunt, quoniam non nisi cum molestia effluunt, quæ aliunde non causatur, quàm à caliditate & acrimonia materiæ exeuntis: ideò mulieres, quo tempore sua hæc purgatio perdurat, aliquid noxæ patiuntur, floridumque calorem magna ex parte amittunt. Aliquæ dolore dorsi mirifice torquens: nonnullę circa caput conquerunt: aliæ alijs symptomatibus detinebunt, quorum omnium varietas, non aliunde fieri posse videtur, quam ex maiori & minori malitia dicti menstrui exeuntis, quo enim calidius & biliosius fuerit, eo etiam acrius erit, ac perinde in exitu suo molestius; eiusmodi autem & tam multiplex euadit, per diuersitate aeris, regionis temperaturæ habitus ætatis, & totius viuendi rationis. Nam in aere & regione calidiori, in tempora calida & sicca corporis habitu gracili ætate iuuenili, & ceteris eius generis, sanguis menstruus secundum qualitates primas, calidior producetur, in secundis mordacior & tenuior, contra à causis refrigerantibus idem sanguis erit minus calidus & minus mordax, quare concludendum, quod in muliere integra valetudine fruente, eaque non prægnante vel lactante, menstruum excrementum erit inutile, tum ex parte copiæ, tum qualitatis.

Qui sanguis menstruus praua & occulta qualitate peccet. *Cap. XI.*

SI autem sermo fuerit de illo sanguine menstruo, qui statutis temporibus & secundum naturam non expurgatur, sed intus & prę- ter naturam diutius detinetur, tunc alia prauiorem & occultam qualitatem concipiet, ex illius enim longiori in corpore mora, ita alterari quandoque solet, & à propria natura recedere, vt veneficam etiam naturam acquirat, ratione cuius, non solum alienis corporibus nocet, specula fœdando, eboris nitorem turbando, vina corrumpendo, tenellas herbas & semina comburendo, & sterilia reddendo, brutisq; animantibus ac denique ipsis hominibus varijs mirisque modis nocẽdo, sed maximas etiã molestias proprio corpori, in quo generatur, & diutius retinetur, afferre solet: vt hinc nauseæ, inappetentia, dolores, vertigines, apoplexia, syncopes, matricis denique præfocationes ortum habeant: quæ omnia contingere etiam solent, quando mulier tempore fluxionis menstruorum viro cõgiungitur, & imprægnatur: tunc enim susceptum semen ab huius menstrui permixtione ita alteratur & coinquinatur, vt prauam illius qualitatem recipiens, vitiatæ eiusdem naturæ impressionem vim ac proprietatem diu seruet ac retineat, ratione cuius fœtus tali qualitate informatus bonum alimentum

Quod menstruum uene ficum sit.

Hereditariorum morborum origo.

Morbillorũ origo. *Aristo. 7. de natura animal. cap. 1.* *Auer. 3. col. cap. 7.*

mentum sibi aduenieus in prauum etiam conuertat, hinc morbilli, variolæ & pleræque aliæ cutaneæ infectiones non aliunde in natis corporibus nascuntur, q̃ ex huius sanguinis impuritate ac prauitate: siquidé sanguis iste in fœtus formatione ita vitiatus, suę prauitatis naturam in eo diu seruat, & occultè custodit, donec tandem per longam sui digestionem exaltetur, in variolasq́ue, morbillos & cætera id generis, tandem efflorescat, qui tamen sanguis non æquè in omnibus & semper hanc suam occultam prauitatem patefacit, nec eandem prauitatis speciem in omnibus ostendit. sed in quibusdam longiora, in alijs breuiora suæ digestionis tempora retinens, pro prauitatis intensione symptomata etiam, modò tardius, modo citius modo huius modo illius generis, nunc uehementiora, nunc remissiora per producit, quod contingere solet, quando vis illa menstrui in vniuersa sanguin ea massa delitescens, exaltari incipit, & maiores agendi vires in calor em acquirere, qui deinde ita excitatus aduersus hostem pugnã aggre ditur, & pugnando omni conatu innititur, vt superet, quod tunc fit, quando in totam sanguineam massam agens, partes omnes hæte rogeneas, & praua illa qualitate infectas, separat, & instar musti illius quasi spumam tenuioresque halitus à centro ad circumferentiam transmittit, & per cutim vniuersam in variolas & morbillos degenerat: crassiora verò illius sedimenta per vomitum & aluum deijcit, quam prouinciam si integram absoluerit, & sanguinem ab omni impuritate desecauerit, superato interno hoste victoriæ & sanitatis insignia deportabit: ab hac verò prouincia si natura ex toto vel maiori ex parte impedita fuerit, succumbet & vitam cum morte commutabit.

Qualis sit prauitas menstrui sanguinis. *Cap. XII.*

Prauitas Menst. 2.

QVamuis sanguis menstruus praua qualitate præditus sit, non tamen in omnibus mulieribus eiusdem est rationis & malitiæ, sed alia est prauitas in muliere quæ singulo mense expurgatur, alia verò in illa, quæ vltra præscriptum naturæ tempus eum detinet. In priori siquidem muliere vitium est mite & manifesta potius qualitate peccans, quàm occulta & venefica, vt ob id mirum etiam non sit, si in eodem corpore, in quo generatur & aggregatur, sui præsentia exiguum vel nullum nocumentum inferat: nec obstat si quis obijciendo dixerit, huius etiam sanguinis effectus prauos admodum esse, cum suo contactu semina sterilia reddat, virentes herbas exicet, vinum corrumpat, & cætera id generis mala apertè faciat, quæ venenis conuenire videntur; quia non inconuenit, vt id quod vni est familiare & simile, alteri sit inimicum & contrarium: helleborus enim homin i est medicamentum, coturnicis alimentum, & in eodem corpore b ilis est vesicæ familiaris, cæteris verò partibus dissimilis, & sua

Obiectio.

Solutio.

contra-

contrarietate molesta: A pari dicendum de sanguine menstruo, qui in eo corpore in quo generatur, & secundum naturam expurgatur, nullam, noxam illi inferre videtur: in alieno autem corpore, quod no ceat, mirari non debemus, ob dictam rationem. Si autem sermo fuerit de illo sanguine menstruo, qui secundum naturam non expurgatur, sed diutius & præter naturam intra corpus cohibetur, hic certè longè prauiorem qualitatem habebit, quam ex longiori in corpore mora sibi contrahit, vt veneficam etiam naturam acquirere possit, ratione cuius, nō solum alienis corporibus nocet: sed proprio etiam minimè parcit, vt hinc oriantur præfocationes matricis, apoplexia, animi deliquia, & cætera perniciosa & lethalia symptomata enarrata. Cæterum notandum, quòd talis sanguis ita violenter in corpore detentus, licèt ei noceat, & vehementia symptomata parere possit, hoc tamen perpetuo non contingit, nec in singulis corporibus necessario aduenit, cum multæ mulieres reperiantur, quibus menstrua diu non fluunt, integra tamen sanitate fruuntur: quod dum accidit, cogitandum est illud euenire non ratione huius materiæ, quæ in diuersis mulieribus diuersæ rationis sit, vt in vna prauam retineat qualitatem, in alia verò non, cum in omnibus eandem formam habeat & agendi potestatem: Sed in alias causas diuersitas hæc referenda erit, eaque multiplex esse potest. Imprimis quia hæc materia, etiam si per vterum non expurgetur, vt expurgari deberet, à natura tamen per alia loca transmittitur, vt per fluxum sanguinis narium, per hæmorrhoides, vel etiam purgantibus medicamentis educitur, siue per secessum illa purgauerint, vomitum, lotium, sudorem, vel insensibiles habitus, siue etiam talium prauorum humorum inanitio facta fuerit, validioribus exercitijs, vt in rusticis sæpè contingit, siue ex tenuiori diæta aut ieiunijs idem eueniat. At si hæc non præcesserint, sed consueta euacuatio ita supprimatur, vt in corpore aggregata in eodem etiam detineatur, nec aliquo ex dictis modis minuatur, vel omnino expurgetur, tunc ratione diuturnioris moræ, quàm in tali corpore præter naturam habet, putredinem & malignam qualitatem concipiet, vnde etiam ortum ducent morbi pessimi, & sæua symptomata, atque hæc diuersa erunt, pro diuersitate locorum, ad quæ illa decumbit, vt si hæc materia per totam corporis circumferentiam diffusa fuerit, non solum pruritum, sed & scabiem, lepram & Elephantiasin producere potest: si in partem determinatam decuberit, vt in cor, palpitationem, lypothymiam & Syncopin facere consueuit: si caput petierit, dolorem, vertiginem Epilepsiam, appoplexiam, & varia deliorum genera efficiet, si epar aut lienem detinuerit, obstructiones, tensiones, tumores & scirrhos pariet: si vterum magis occupauerit, præter dictos morbos, conuulsionem, vulcera & canceros illi inferre poterit. Hæc igitur & similia in illis potissimum mulieribus contingunt, in quibus copiosior materia aggregabitur, & ex diuturniori

Prauitas menstrui nō semper nocet.

Causa nocumenti multip.

mora prauiores conditiones acquiret, quemadmodum illis contingit, quæ vitam suam in otio potius, quàm in negocio degunt, vel in viuendi ratione plurimum delinquunt, in genere inquam ciborum, in quantitate, qualitate, tempore & modo; præterea huius diuersitatis ratio ex eiusdem materiæ cruditate & coctione de summi etiam potest, in quibusdam enim semen sympt. breuiora habet suę digestionis tempora. in alijs longiora. in nonnullis etiam perpetuam seruat erudita hinc sympt. oriuntur tempestiua tarda, & nullo etiam tempore apparentia.

De sanguine Menstruo in Muliere prægnante & lactante. Cap. XIII.

21. tertij.
Sãguis men struus 3. Parte constat.

SI autem sermo fuerit de sanguine menstro in muliere pręgnante & lactante, longè aliter decernendum erit. Quo enim ad prægnantem mulierem spectat, cum Auicenna statuendum est, eius sanguinem menstruum, non esse omninò vniformem, homogeneum, & laudabilem, sed difformem, heterogeneum, & triplici substantia constatum, alimentali scilicet, & benigniori, ex qua fœtus nutritur, excrementitia, quæ ad nutritionem & lactis generationem nihil confert, & hæc portio ea est, quę toto gestationis tempore, sensim aggregatur in tunicis ipsius fœtus, ibique quieta seruatur, vsque ad pariendi tempus; cui eam vtilitatem afferre videtur, vt vias humectando & lubricando, faciliorem partum reddat: quæ verò post partum superest, cum nullius amplius sit vsus, per vterum expurgari tota debet, quòd cum contingit, mulier integra fruitur sanitate: at si tota hæc portio vel aliqua illius pars contra naturæ leges intus detineatur, putredinem concipere solet, & putrescendo febres & alia maiora symptomata causare consueuit: ideò in parientibus studium nostrum esse debet, vt dum sponte naturæ hæc euacuatio non succedit, omni industria & arte illam promoueamus. Cur autem natura hanc portionem ita inutilem prius non euacuet, sed toto gestationis tempore illam intus detineat, ratio esse potest, quoniam si tempore gestationis, materia ista euacuaretur abortus etiam succederet, tertia portio bona est & laudabilis, sed non in quocunq; tempore, sed magis circa finem formati fœtus, vt ex hac lac generetur pro puero conseruando; hinc mamarum cum matrice colligantia & magnus consensus ortum habuit. cum prouida natura per eadem cõmunia vasa ambas partes coniunxerit, quæ gestationis tẽpore alimenti materiam deferendo, conformando augendoque fœtui tantum inseruiunt, quo iam perfecto & edito, idem alimentum per easdem communes uenas sursum ad mammillas fertur, vbi per nouam coctionem quam ibi recipit, in lac degenerat, quod genitum fœtus conueniens alimentum est.

Monitum.
Petitio.

Responsio.
14. De usu par. 8.

Impro-

Improbatio modernorum. Cap. XIV.

HInc Fernelij sententia explodenda est, cum nullo discrimine statuerit, sanguinem menstruum in muliere tùm prægnante tum nō prægnante uitiosum esse, & à puriori ita repurgatum, ut non modò tanquam inutilis à natura separetur: uerùm etiam vt veneficus habeatur; concludens ex huiusmodi sanguine vllo modo fœtum ali posse, vel lac generari: nam si hic sanguis veneficus esset, vt censuit ille autor, quęrerē ab ipso, quomodo fieri posset, ut per id tempus in quo naturaliter aggregatur, corpori etiam plurimum non officiat, & præterea cur ex illius auctione Symptomata quoq; non augeantur: nam per te ò Ferneli sanguis iste veneficus est, Ergò corpus in quo subsistit, corrumpet, & à natutali statu plurimum euertet, ea tamen ratione & ordine, ut primis diebus, quibus incipit aggregari, ob materiæ paucitatem parum etiam corpus afficiat, sequentibus diebus in quibus talis materia augmentum suspicit, paulò magis lædere deberet, quia in maiori quanto maior est uirtus, Ergo in fine mensis, quo tempore in maiori copia materia est aggregata, magis alterabit, uehementioraq; Symptomata faciet; quorum tamen nullum obseruamus in illis mulieribus quæ naturaliter purgantur. Præterea si modica portio alicuius humoris præter naturam, & nondum uenefici tot mutationes in corpore parere potest, nauseas uidelicet, uomitus alui fluxiones, dolores, febres, uigilias, & alia id generis, cur longè maiora & uehementiora non faciet, quando in maiori copia aggregata erit, & longiori tempore cohibita, præsertim cum & ratione maioris copię, & prauitatis intensioris, quam in longiori mora sibi contrahit, ualidiores uires corrumpendi acquirat. Accedit quod alimentum & uenenum ut contraria ualdè distant, cùm alimentum sit naturæ humanæ simile, ratione cuius similitudinis potest uirtutem custodire, fouere & augere, contra venenum ob dissimilitudinem contrarias habet facultates, quarum ratione aptum est destruere, corrumpere & interficere. Ergò si sanguis menstruus est venenum, semper corrumpet illud corpus cui contrariatur, & in quo reperitur, consequenter per illius præsentiam & actionem ita in corpus corrumpendo aget, vt sublata sanitate, contraria affectio inducatur; cuius tamen oppositum in plurimis obseruamus: nec obstat si aduersarius diceret, quòd menstruus sanguis consuetis tēporibus effluens, corpus non corrumpit; imprimis quia sepè obseruatum est in multis mnlieribus hanc materiam tribus & quatuor mensibus intra corpus retineri non proptea alicui morbo subiicitur: præterea quod secundum naturam fit in sanis corporibus, non potest per se nocere corpori in quo illud fit & generatur: at in muliere prægnante menstrua per totum gestationis tempus aaturaliter retinentur: quare si sanguis menstruus veneficus

Contra modernos.

Prima ratio

Secunda ratio.

Tertia ratio

Obiectio.

Solutio.

Cōfirmatio.

esset, conceptionis tempore nullo modo retineri deberet. Præter id enim, quod huic mulieri plurimum noceret, fœtum etiam enecaret, generationemq; prohiberet. Eadem ratio & de lactante habenda est, quia ob eandem rationem sanguis iste tàm diu detentus, uel mulieri maximè officeret, uel lac alterando, & perniciosa sua qualitate afficiendo, non posset esse cõueniens alimentum pueri, & ita operatio secundum naturam facta, cederet in maleficium mulieris, in qua illa fit, & nutritionis fœtus, nec non etiam conseruationis eiusdem post quam in lucem editus esset; hoc tamen experientiæ repugnat, cum conceptionis nutritionisq; fœtus gratia, necessarium sit consuetam vteri fluxionem supprimi, quemadmodum ẽt fieri experimur postquàm fœtus in lucem est editus, aliter lactis generatione prohibita, iam conditum naturæ opus statim periret. Addo quod rationalibus esset, ut prægnantes grauius ægrotarent, quàm cæteræ quidem in ob alias causas idem sanguis retinetur: quandoquidem in non pręgnanti bus sanguis iste prauus, quia cum bono & alimentali mixtus est, sua hac permixtione facilè potest malitiam eius corrigere, ferocitatemq; aliqua ratione moderari & mitescere, at in prægnantibus secus esse deberet, quia in his melior ac purior pars ab ipso fœtu attrahitur, & portio relicta impurior & prauior remanet, ac proinde magis effrænis reditur, quare oporteret pręgnantes mulieres lethalibus Symptomatibus necessariò & semper affici? Augetur adhuc magis difficultas, quia sanguis iste menstruus si ueneficus esset, quantò in maiori copia aggregaretur, tanto efficaciorem corrumpendi potestatem acquireret; at in ultimis mensibus pręgnantis mulieris, copiosior quantitas huius sanguinis est aggregata, quàm inter initia, Ergò hoc potissimum tempore pessimè se habere deberent, cuius tamen oppositum contingere uidetur cum sæpè obseruemus, pregnantes in primis mensibus deterius habere quàm in ultimis. Quæ ueritas confirmari adhuc potest in mulieribus etiam lactantibus, in quibus toto lactationis tempore nulla huius sanguinis expurgatio apparet, quia medicorum omnium consensu habetur quòd sanguis qui menstruus fieri deberet, in lac ipsum degenerat, quod optimum, & suauissimum alimentum pueris existit: quapropter cum in istis materia generationis menstrui non desit, & illius euacuatio secundum naturam nulla appareat, per totum id tempus in quo puer lacte nutritur, concludendum iurè videtur, ex tali sanguinis redundantis superfluitate, non menstruum, sed lac potius generari: quod si negare adhuc quis ausus fuerit, ab illo ego expeterem locum in corpore mihi assignari, in tàm copiose contineri posset, cùm per biẽnium & ultra nulla illius sanguinis expurgatio in lactantibus appareat; præterea, si in hoc tempore generaretur, & locum haberet, ubi tam copiosè & longo tempore quiesceret, quęro quomodo citra euidentem & insignẽ illius corporis molestiã tàm diu in eo subsistere posset, pręsertim cum

Cõfirmatio. *4. Ratio.* *5. Ratio.* *6. Ratio.* *Saph. 38. 14. de usu par. 8.* *7. Ratio.* *8. Ratio.*

cum ab aduersarijs constitutum fuerit, non solum copia peccare, uerum etiam qualitate quadam ueneficam prӕditum esse, quòd si quis dixerit, ex tali sanguinis superfluitate lac generari, tūc quӕro de hoc lacte, an sit materia alimentalis uel non, & si non, an sit praua aut uenefica, uel alterius generis, negare non possumus, quòd non sit alimẽtum, cum illo pueri optimè nutriātur, ob quam causam statuendum est, pariter, omni vitiata qualitate carere: quare si eadem est materia sanguis menstrui & lactis, iam asserere non poterimus, venefica qualitate esse affectum, in ea tamen re, vnum est animaduertẽdum, quod in lactante muliere assiduo lac generatur, ex redundante sanguine, post nutritionem sanguinearum partium superstite, ita vt in singula coctione, portio illa quӕ post nutritionem superest, per vlteriorem elaborationem quam quotidie recipit à propria substantia mammillarum in lac vertatur, quod est in causa, vt lac sit nutritionis materia, puero valdè iucunda, & magni nutrimenti, quoniam non generatur ex sanguine menstruo diu aggregato, sensimque in corpore aucto, & alterato, sed sicut in qualibet coctione quotidie generatur & superest, ita ex eodem lac pariter producitur, qua ratione tantum abest, vt ob nimiam in corpore moram, qualitatem malam concipere possit, vt potius per nouam coctionem statim succedentem, maiorem depurationem melioremque formam acquirat, quod sanè non contingit in mulieribus non lactantibus, & ijs quӕ vtero non gerunt: quoniam in istis sanguis qui post nutritionem continuo redundat, cum debitum finem ac vsum assequi non possit, alimentumque ipsius fœtus aut pueri fieri nequeat, sed in corpore tanquam ociosus & nullius vsus diu detineatur, fit vt ex continua illius aggregatione & longa mora, sensim etiam alienam qualitatem acquirat, ab alimenti natura ac benignitate longè distantem, vt alimenti materia esse minimè possit; qui nisi consuetis temporibus expellatur, iam enarrata symptoma producere consueuit.

9. Ratio.

l. de uenarũ dissec. de usu par.

Animaduersio.

De causis generationis menstruorum in feminis, non autem in viris. Cap. XV.

CVm constet. in fœminis sanguinem menstruum generari, in viris autem nequaquam, huius diuersitatis causa quӕrenda est. Ea autem non aliundè melius summi poterit, quàm ex fine, in quem & propter quem sanguis iste à natura producitur. Ex communi autem omnium consensu constat, mulierem factam fuisse ad procreandos filios, quorum generatio fieri non potest, absque virili semine, quod in proprio vtero non solum recipere debet, sed receptum retinere, fouere, nutrire conformare, & augere: hӕc autem prӕstare non potest absque alimento, quod intra se habere debet, cuius alimenti ac nutritionis materia, non alia est, quàm sanguis ipse, Ergò ob hanc

Causa finalis gener. mẽstrui.

Arist. 2. de par. animal.

2. & 4. de gener.anim. cap. 1.

causam opportuit in muliere longè copiosiorem sanguinem generari quàm in viris, vt ratione huius copiæ non solum sufficiat, pro alendo & conseruando proprio corpore, verum etiam pro fœtu nutriendo, donec ad integram perfectionem perueniat; & postquam in lucem est editus, ex eodem sanguine adhuc nutriri debuit, quod fit per illius conuersionem in lac: at in muliere, vtero non gerente, cum sponte naturæ hæc copia absumi nequeat, præsertim si otio & somno dedita fuerit, sensim in vena caua colligetur, & statuto tempore per venas vteri foras erumpet, mares autem quia ad generandum concurrunt, vt actiua principia, ac proinde non in se ipsis, sed in alio generent, ideò necessaria non fuit productio menstrui, consequenter nec eiusdem purgatio, cui fauet etiam eorum calor robustior, non permittens aggregari talem superfluitatem, & præsertim cum multis exercitijs dediti sint, quorum causa omnes superfluitates facilè absumuntur. Ex copiosa autem sanguinis generatione & illius superfluitate, quæ in mulieribus tantum colligitur, clarè haberi potest, frigidioris esse temperaturæ quàm viri: vbi enim frigidior & humidior temperatura adest, necessarium etiam est, copiosiorem humiditatem crudorumque humorum maiorem quantitatem coaceruari, vt in fœmineo sexu contingit: hinc etiam est, vt mulier ob eandem temperaturam plus appetere videatur, & ob eandem etiam minus coquere, ac proinde crudiori sanguine redundare: fauet quin etiam huic copiæ sanguinis earundem habitus corporis densior qui non solum sequitur dictam temperaturam frigidam, verum etiam vitæ earum institutum, quoniam in quiete & otio magis degunt, quàm in motu & negocio: hinc est, vt ab earum corporibus minor resolutio fiat, & propterea largiori etiam sanguine abundabunt, atque eo frigidiori & crudiori quàm uiri. Verum quispiam dubitare posset, cur sit quòd mulier, generans filium, cum generet ratione qua animal, non autem ratione qua homo, quòd etiam non communicet cum cæteris brutis, non solum in generatione & generationis modo, verùm etiam in expurgatione huius menstrui sanguinis per vterum, eo videlicet tempore prægnantia non sunt. Cuius rei causam reddens Aristoteles inquit, bruta animantia menstrua purgatione carere, quia omnem sanguinis superfluitatem varijs modis absummunt, modo in substantiam proprij corporis immutando, in quibusdam degenerat in squamas, in alijs vertitur in pennas, in aliquibus in copiam pilorum transmutatur, in aliis in crassiores & duriores cortices degenerat, vt in testudinibus, cochleis & conchis contingit; quibus omnibus cum mulier careat, ideo omnium maximè menstrua purgatione abundabit.

Primo de generatione animal. c. 20. 4. prob. 26.

Mulier est frig. uiro. Contra Parme.

Gal. 2. de semin.

Hyp. 7. aph. 44.

Ratio secunda.

3. Ratio. Dubitatio.

Solutio. 5. de hist. anim. mal. ca. 20. & 1. de gener. animal. 19. Libro de sperm.

Quo

Quo tempore menstrua fluere incipiant. Cap. XVI.

QVo autem tempore, qua ve ætate fluxio menstruorum in mulieribus incipiat, non est ita certum, cùm in aliquibus citius, in quibusdam tardius id contingat. Commune autem omnibus videtur, vt ante duodecimum annum non appereat; & si in aliquibus anno ætatis suæ vndecimo vel paulo ante conspecta fuerit, vt in sanguineis, & latiores venas habentibus euenire potest, sciendum hoc raro contingere, & propterea hanc fluxionem non omninò naturæ modum seruare; quòd testari potest vitæ earum breuitas: contra verò in illis longior iudicatur, in quibus hæc menstrua purgatio tardius conspicitur, communiter autem & vt in pluribus ac secundum naturam consueuit hæc purgatio incipere circiter annum decimum quartum, quo tempore incipiunt etiam mammillæ intumescere, & vox paulo minus acuta auditur quàm antea, grauior tamen redditur. Hippocrates libro de septimenstri & octimenstri partu & alibi reddens causam, cur ante decimumtertium annum menses non prorumpant, ait: quia ante hanc ætatem venæ angustiores sunt, vt sanguis adhuc liberè permeare nequeat: quocunque autem tempore incœperint, solent mulieres tunc potissimum pati Venereos stimulos & ad coitum accendi; ideò incipiunt diligere iuuenes, vt hoc potissimum tempore magna etiam egeant custodia, cum semen incipiat generari, cuius præsentia & titilatione ad Venerem excitantur: hinc colligi potest mulierem non prius esse aptam ad generandum, quàm incipiunt fluere menstrua quoniam hoc solum & non alio tempore fœtus nutriri potest, qui prægnationis etiam tempore, illius gratia, intus detinetur: accedit quòd per id tempus semen etiam in fœminis generatur, cuius pariter ad generandum magna habetur necessitas: vtriusque autem carentia, quæ in extremis ætatibus sunt constitutæ, steriles & infęcundæ euadunt. & ideo Aristot. censuit mulieres ad quinquages. vsque annum, viros autem ad septuag. generare posse: secunda causa ex conceptione capi potest, quæ vt fiat, præter alia requirit etiam debitam vteri magnitudinem & capacitatem, quam cum ante annum decimum quartum non habeat, ideo sicuti ob loci angustiam nondum ad concipiendum est apta, ita non debuit natura ante illud tempus sanguinem menstruum in uanum producere, quam primum verò vterus conuenientem magnitudinem acquisierit ratione cuius concipere valeat, menstrui etiam generatio simul apparebit.

Ante annũ 12. mulier non purgatur.

7. de hist. animal. ca. 1. & 1. de gener. animal. 20.

Lib. de genitura.

Quæ sint aptæ ad generandum.

Primo de historia anim. cap. 1.

Libro de disec. vulue cap. 10.

3. de hist. animal. 14.

Quo tempore desinant fluere menstrua. Cap. XVII.

TEmpus autem quo menstruorum fluxio naturaliter desinit, non minus incertum habetur, principio fluxionis eorundem, cuilibet tamen mulieri commune esse videtur, vt post ætatis suæ annum sexagesimum purgari desistant, quibusdam verò ante sexagesimum purgatio ista desinit, plurimæ ante annum quinquagesimum, aliæ circiter quadragesimum & quadragesimum quintum dictam purgationem non patiuntur, cuius defectus causa in caloris diminutionem referri potest, ratione cuius, nec copiosus sanguis generatur, & si generaretur, non tam facilè per longinquas partes angustioresque vias expurgari posset: ideò quicunque vxorem ducunt prolis procreandæ gratia, ab extremis ætatibus cauere debent, eam non accipientes, priusquam purgari cœperit, vel tempore quo à tali purgatione desierit, quia vtroque tempore ob eandem causam infœcundæ sunt, at qui vxorem ducunt, ne vrantur, sciant ij, quòd quælibet mulier facilè potest huic negocio satisfacere, quoniam ad extremum vsque senium libenter venerem amplectuntur, nec tam facilè centum adhuc viris satiari posse videntur.

7. de hist. animal. c. 5.

Quæ etas ad cõcep. apta sit.

De periodis repetitæ purgationis. Cap. XVIII.

MVlieres quæ purgantur secundum naturam, quod nam habeant constitutum suæ purgationis tempus, non videtur ita compertum, cum in aliquibus breuiori tempore, in alijs longiori talis purgatio fiat. Si cætera excrementa, quæ in corpore generantur, spectemus, clarè constat, quòd vt singulo die generantur, vt in pluribus etiam eodem expurgantur, siue de illis sermo habeatur, quæ partem determinatam respiciunt, vt oris exputio, narium emunctio, & aurium euacuatio, quæ ad caput diriguntur, & lotij redditio, epar & totum venosum genus respiciens, & crassiora alui excrementa quæ per annum expulsa, ventriculum & intestina inaniunt. Si ad vniuersum corporis habitum ordinentur, erunt halitus insensibiles, sudor & pili, quæ omnia per cutaneos meatus assiduo expelluntur, ad quorum excrementorum similitudinem in separatione & expulsione menstrua non ita se habent, quia nec assiduo aut singulo die, vel alternis diebus effluunt, sed longioribus egent interuallis, quod à natura prudenti admodum consilio factum fuisse, existimandum est: in primis quia mulier toto suæ vitæ tempore in perpetua quadam molestia vixisset. Accedit quod si singulis diebus talis purgatio fieret, conceptionẽ prohiberet, quia simul cum materia menstruali ob viarum lubricitatẽ, susceptum quoq; semen efflueret. Præterea tunc solet optimè mulier concipere, qñ ab omni excremento vterus

Excre. diuersis temp. euacuari.

Aristo. 2. de gen. anim. 4.

Prima ratio

Secunda ratio.

Tertia ratio

mundus est, uel ab omni impuritate maiori ex parte repurgatus, hoc enim tempore ora vasorum sunt aperta, nullaq; adest præsentia menstrui obruẽtis & quodamodo susceptum semen strangulantis. Addo, quò sordidum & abominabile viris valdè foret, cum huiusmodi mulieribus coitum inire, quibus uerus tali excremẽto madesceret. Si igitur menstrua hæc purgatio nec quotidiè fit, nec fieri debuit, quęrendum vlterius, quæ temporis interualla, ut fiat, expostulet. Experientia comprobatum est, non omnes mulieres eodẽ constituto tpe purgari, sed aliæ citius ac sæpius, aliquæ tardius & rarius. Commune tamen omnibus naturalem statum seruantibus, esse videtur, ut singulis mensibus hæc euacuatio repetatur: nonnullis tamen conuenit bis, alijs etiam ter, quibusdam longè tardius purgari. Cuius diuersitatis causa ea esse posse uidetur, quæ ex coeundi desiderio desumitur, ut in quibus intensius fuerit, purgatio etiam frequentior habeatur, pręsertim in ætate Iuuenili, in corporis habitu sanguineo, in habentibus venas latiores, ac in illis deniq;, quæ uentri nimium indulgent, & in otio uitam degunt.

Quarta ratio.

7. de histor. animal. 2.

Quot diebus duret hæc purgatio. Cap. XIX.

CÆterum purgatio ista dum fit, siue per frequentiora siue rariora interualla illa fiat, non uidetur habere determinatum suæ durationis tempus, cum in quibusdam per plures dies, in alijs per pauciores perseueret: vnde tempore Hippocratis rarò contigebat unam uel alteram diem excedere, nostris verò tempotibus plures attingũt, vt ad quartum, quintum, sextum, septimum, & octauum perueniant. Immò si Paulo credimus, quædam ad duodecimum etiam ascendunt. Cuius diuersitatis ratio ea esse potest, quia nostri temporis mulieres genio nimis, indulgent, copiosius commedentes & cibos laudabilia succi, & in otio uiuentes & illis potissimum hoc aduenit, si iuniores fuerint, humidiores, venosæ & magnum Epar habentes, quibus omnibus causis ita in vnum cospirantibus, facilè contingere potest, in earum corporibus copiosum sanguinem generi, magnamq; illius copiam post totius nutritionem superesse, pro cuius expurgatione, iurè non sufficiunt duo uel tres dies, sed plures sint necessarij, & huiusmodi mulieres illæ sunt, quibus vteri strangulatus sæpius adueniunt, si consueta illis purgatio suppressa fuerit, quod non contingeret, nisi præ nimia copia aggregati excrementi, natura satis superq; grauaretur. At mulieres illę, quę erunt magis uiriles, calidiorisq; temperamenti, quales illæ extant, quæ sunt habitus neruosioris, & robustioris sicut pauciora excrementa congregant; ita breuiori temporis interuallo eadem expurgabunt: quæcunq; etiam fuerint habitus obesioris & pinguioris, angustioresq; uenas habuerint, partius purgabuntur sanguinis enim portio, quæ in his post nutritionem superest, ob

Lib. de morbis mulieb. In quibus, diu duret purg.

7. de histor. animal. cap. 2 & 3. Quibus purgatio breui duret.

venarum angustiam copiosius congregari non potest:& preterea ferè tota in adipem uertitur, quod etiam est in causa, vt huiusmodi mulieres rarò concipiant,& si contingat has concipere, ob alimenti inopiam imbecilles fœtus & graciles habere solent. Præterea ratione etiam declinantis ætatis exigua & breuis purgatio reddi solet ob causam supra etiam allatam: in iis pariter quæ tenui utuntur uictu, aut plurimum corpora sua exercent, paucæ superfluitates colliguntur: quoniam in illis ob nimiam inanitionem non generantur: in istis verò, præ nimio corporis exercitio non retinentur, sed per corporis halitum atque sudorem dissipantur. Testari hoc possunt rusticæ mulieres & saltatrices, in quibus, ob dictam causam, purgatio hęc uel nulla aut per exigua obseruatur, quod genus mulierum, ad procreandam sobolem videtur esse minus idoneum, in illis etiam exigua uel nulla purgatio fiet, in quibus sanguis per alia loca euacuatur, siue per nares spontè exierit, uel hæmorrhoidas uel sectam uenam, & alio quouis modo, quibus etiam larga alui euacuatio accedit, siue spontè siue artefacta fuerit, consueta vteri euacuatio omninò desistere solet: uel saltem maiori ex parte imminui. Quæcunque etiam febre, & ea diuturna corripiuntur, vel parum uel etiam nihil purgabuntur: in his enim materia inter initia febris exigua generatur in progressu nulla, sed ab extraneo calore tota absumitur.

Causa sterilitatis. Causa pauci mest. Secunda cā. Tertia causa. Quarta causa.

In qua parte mensis fiat hæc purgatio, & quot diebus perduret. Cap. X X.

CVm mulier semel in mense purgari ut plurimum consueuerit. Duo alia circa hoc tempus adhuc explicanda supersunt. primū est an dicta euacuatio in determinata aliqua parte mensis lunaris necessario fiat. Secundum est an perscriptos dies habeat in quibus, perfici debeat. Quo ad primum statuendum ast, quod licet in qualibet parte dicti mensis illa fieri posit, si tamen ad id respexerimus quod sæpius & ex ratione fieri debet, cum Arist. dicendum erit, conueniētius tempus fore in decremento lunę, & ratio ea esse potest, quia tunc luna à solis lumine est magis priuata, ac proinde calore magis destituta, quod est in causa ut aer illi subiectus frigidior & humidior euadat, qui cum nos anbiat, facile potest secundum proprię suę temperaturę conditionem alterare, & subiecta corpora frigidiora reddere: Hinc copiosiores humiditates cruditates & superfluitates nascūtur, quarum copia natura eo tēpore magis grauata ad expellendū maxime promoueri cōsueuit, cōtrariū euenit in eiusdem lunę oppositione, in cuius plenilunio à solis splendore & calore perfunditur & repletur, ut maiori calore & lumine abundans, consimilē ēt temperaturam mundo huic elementali communicet, quo eodem tempore uiuentia omnia copiosiori robustioriq; calore prædita, melius conco

Duo circa tempus quærenda. Solutio ad primū quæsitum. Secundo de gen. animal. cap. 4. 7. de hist. animal. cap. 2. Excrementa esse copiosiora in decrem. lunæ.

quunt nutriuntur, superfluisq; humiditatibus minus abundant; inde etiam fit ut eadem natura paucior ib. humiditatibus onerata, ad expulsionem etiã minus tentetur. Dixi corpora per illud tempus excremẽtitijs humiditatibus non redundare, ad differentiam alimentalium, quæ hoc tempore copiosiores sunt. quanto enim calor naturalis est robustior, tanto etiam coctiones nutritiones & auctiones meliores fiunt; & propterea humidum alimentale est etiam copiosius. De quibus loquens Gal. 3. de diebus decreto. cap. 2. & 5. optimo iure dixit, in plenilunio viuentia omnia fœlicius nutriri, & impinguari, ac proinde alimentali humido magis referta esse. Constitutum itaque sit quod quàmuis in qualibet parte mensis lunaris mestrua purgatio fieri posit, rationabilius tamen esse, ut ob adductam rationem, potius fiat circa finem coniunctionis quàm oppositionis & plenilunii. Quo ad secundum attinet, iam diu experientia confirmatum habetur, hanc ipsam purgationem eandem temporis mensuram perpetuo non seruare, sed in aliquibus paucioribus diebus in aliis pluribꝰ finitur & terminatur. Hip. lib. de morbis muliebribus ca. 15. testatur, quod in sanis corporibus excedere non debet duos uel tres dies, & nostris temporibus plures attingũt, ut ad quartum quintum sextum septimum octauum & vltra perueniant: & diuersitatis ratio ea esse potest, quia mulieres nostris temporibus genio nimis indulgent, copiosiores & boni succi cibos comedentes, & vitam in ocio magis per transeuntes, quod illis potissimum accidit, quæ iuniores sunt, humidiores uenosæ & hepar magnum habentes; Quibus omnibus causis ita in vnum conspirantibus, facile contingere potest in huiusmodi corporibus copiosiorem sanguinem generari, magnamq; illius quantitatem post totius nutritionem superesse, pro cuius euacuatione perficienda iure optimo non satis sunt duo uel tres dies, sed plures requiruntur: Et hoc mulierum genus illud est, cui si consueta purgatio supprimatur, uteri strangulatus & præfocationes accidunt: quod minime occurreret, nisi a nimia copia aggregati excremẽti satis superq; grauarẽtur: At mulieres ille quæ uiriles magis sunt et calidioris tẽperamenti, & corporis habitũ neruosum robustumq; retinẽt, sicut pauciora excrementa congregant, ita breuiori egent tempore ad eorum expulsionem. Quęcunque etiam obesioris & pinguioris habitus fuerint, venasq; angustiores habuerint, parce purgabuntur sanguinis enim portio, quæ post nutritionem in his superest, tum ob dictas causas, tum ob uenarum angustiam, copiosior aggregari nõ potest. & prętetea tota ferrè in pinguedinem uertitur, quod etiam est in causa ut huiusmodi mulieres rarò concipiant; & si contingant concipere, ob alimenti inopiam imbecilles & graciles fœtus habere solent; præterea ex parte ætatis declinantis exigua & breuis purgatio fit, ob cãm superius dictam, in ijs etiã quæ tenui uictu utuntur, aut corpora sua satis superq; exercent, paucæ superfluitates colliguntur; in istis enim

ob

In plenilunio excrementa minus abundare.

Viuentia in plenilun. impinguari.

Solutio secundi quæsiti.

Causa diuersitatis purgationem.

Vteri strangulatus quibus magis accidat.

Quæ sit cã paucitatis excr.

Secunda cã.

Quæ mulieres tarda cõcipiant.

Tertia cã.

Quarta cã.

Quinta cã.

ob nimiam inediam non generantur in illis ueri prænimio exercitio non retinentur, sed per totius corporis habitum, & sudorem dissipantur. Testari id possunt rusticæ mulieres saltatrices & reliquæ multis laboribus ac uiolẽtis exercitijs subiectæ: ob quàm etiam causam tale genus mulierum ad procreandam sobolem est minus idoneum; in illis quoque exigua, uel nulla purgatio conspicitur in quibus sanguis per alia loca euacuatur, siue per nares sponte exierit per uomitum, hemoroidas sectam uenam, aut alio quouis modo; Quibus etiã larga euacuatio alui accidit, siue sponte siue arte facta fuerit, consueta uteri euacuatio omnino desistere solet, uel saltem maiori ex parte minui, quęcunq; etiam febre, & ea diuturna vel insigni corripiuntur, parum uel nihil purgabuntur, in ijs enim materia per initia febris exigua generat; in progressu uerò nulla, sed à calore extraneo tota absumitur.

Sexta causa.

Septima cã.

Octaua cã.

In qua mensura fluat sanguis menst. Cap. XXI.

QVantitas etiam effluentis sanguinis eadem in omnibus non habetur, cum à multis & uarijs causis illa alterari immutariq; possit. Hypp. statuere uidetur conuenientem copiam fore ad duas usque minus uel libras, & alibi dicit, aquosis mulieribus diu menses durare, & nisi crebro fluant, illa corpora intumescere, hoc intelligens de corporibus humidioribus, in calidioribus uerò & siccioribus partiores erunt, ut pote in illis in quibus superfluitas ferè omnis absumitur. Nec solum in quantitate diuersitas contingit uerum etiam in qualitatibus tum primis tum secundis, vt merito primarum, materia ista modo calidior & feruentior, & modo frigidior sit, Calidior erit in ætate iuuenili in temperatura biliosa, in corporis habitu consimili, in regione calida, & præsertim si calidior uiuendi ratio pręcesserit; contra frigidior erit in muliere pituitosi temperamenti in corporis habitu pingui, in ætate decrescendi, in regione calida, & potissimum si & etiam virtus ratio accesserit, ratione cuius humores frigidiores multiplicentur: diuersitas etiam conspicitur pœnes secundas & materiales qualitates in crassitiæ uidelicet, & tenuitate, in lentore fluxibilitate, necnon etiam in colorum uanitate, vt in iunioribus calidi & sicci temperamenti, in calida regione reddacatis, sanguis iste tenuior & rubicundior conspiciatur: in adultioribus uerò, in frigidiori temperatura, in regione dissimili, crassior & remissioris caloris appareat. Differentia quinetiam obseruatur in modo exeundi quàmuis enim commune omnibus uideatur, ut exeunte tali superfluitate, aliqua molestia inferratur, diuersitas tamen erit secũdum magis & minus, quæ causabitur à maiori & minori copia à caliditateq; intensiori & remissiori huius materiæ exeuntis, hæc. n. quãto copiosior fuerit, quia longius tẽpus ad sui expurgationem expostulat,

Lib. de morbis mulieb. Sexto pid.

Excrementa uteri in humidioribus esse copiosa. in calidioribus pauciora.

Causa diuersitatis excrementarũ in secundis qualitatib.

Varietas in modo excun ...

ſtulat,longiorem etiam moleſtiam tranſeundo patienti affert: Quo verò partior illa fuerit minorem noxam inferret. Ex parte deinde qualitatis primæ. hic ſanguis quanto calidior fuerit, tanto etiam mordacior erit,ac proinde illius exeũdi modus moleſtior; quo verò frigidior extiterit eo minus mordax erit, conſequenter in ſuo motu remiſſiorem moleſtiam producet. Conſtitutum itaque ſit, ſanguinem menſtruum eſſe materiam illam, quæ in vteri ſuppreſſione intus & præter naturam cohibetur,eundemque eſſe excrementm ſecundæ coctionis quantitate & qualitate peccans, non tamen in omnibus mulieribus eandem menſuram coaceruari, nec idem tempus exeundi ſeruari nec eodem tempore deſinere nec eodem modo exire, ſed ob cauſas adductas omnia hæc alterari & immutari.

Epilogus.

De loco euacuationis menſtrui ſanguinis. *Cap. XXII.*

HIc ſanguis ita præter naturam in corpore detentus,cum determinatum habuerit à natura ſuæ euacuationis locum,talis communi omniũ conſenſu, non alius eſt quàm vterus ipſe,ad quem ſicut dicta ſuperfluitas,quæ quotidiè & ſenſim generatur,confluit & recipitur, ita per eundem natura grauata, illius euacuationem molitur: euacuatur autem per venas dicti vteri, interdum etiam per venas ad illius ceruicem deductas, ſicut in quibuſdam prægnantibus quandoque cõtingere ſolet. Fluit autem per hanc partem naturaliter & non per alias,quia tempore formandi fœtus in hanc ipſam fluere debuit, pro illius nutritione, cùm in ſolo vtero & non alibi conceptio fiat, quo tempore ſi contingat menſtrua fluere,quod tamen raro aduenit, prouida natura formationi fœtui maximè intenta,non per venas vteri, talem euacuationem faciet, ſed potius per venas ipſius ceruicis, hac enim ratione ore vteri adhuc clauſo manente,prout ad cõceptionem requiritur, per dictas ceruicis venas euacuabit. Cæterùm cùm vteri ſuppreſſio contingit, ea fieri poteſt, modo vtero primario affecto,modo per conſenſum: & dum primario afficitur,vel totus vel illius pars determinata læditur,quæ eſſe poteſt ceruix, cornua & cauitas eius. Hæc de forma & loco affecto, quod ſi alterius cauſa, idem vterus lędatur,eſſe poterit ratione totius, vel partis, & ſi partis,vel principalis, vel non principalis,quæ autem & quot ſint cauſę lędentes totum aut partem ſequens caput explicabit.

Fluxio per quas vias fiat.

5.apho. 51.

5.apho.60.

Quomodo in prægnantibus menſtrua fluãt.

Vterum dup.affici.

3.de ſympt. cauſ.

De cauſis ſuppreſſionis menſtruorum. *Cap. XXIII.*

DVm autem ſanguis iſte excrementitius qui per vterum nõ egreditur,vt egredi deberet,ſiue primario ſiue ſecundario læſus fuerit,ſiue totus ſiue illius pars, aliqua huiuſce ſuæ læſionis cauſas habere debet, quapropter de cauſis ſuppreſſionis mẽſtruorum agendum

 occurrit.

3. de sympt. causa. c. 4. 5. apho. 28. & 27. lib. de causis sympt. ult. et 6. de loc. affec. 5.

Causa suppr. 2.

Menstrua nō fluere ratione feb.

In quibus febribus & quo tēpore fluant menstr.

Error in praxi.

5. apho. 44.

In quibus corpo. menstr. non generatur.

occurrit. Non fit igitur hæc fluxio, vel labefactata expultrice vteri, vel ob externos errores. Si labefactata fuerit, hoc fieri potest ob intemperiem, atque hanc calidiorem & frigidiorem calidiorem etiam & sicciorem, frigidioremque & sicciorem, siue hæc natiua fuerit, siue adscititia, siue morbosa siue nō, siue secundum corpus totum, siue partem, & rursus, siue cum materia fuerit, siue sine materia. Quo ad intemperiem calidam tantum, vel etiam cum siccitate coniunctam, ratione huius hic sanguis non fluit, quia non generatur, sed omnis superfluitas, quæ post nutritionem superesse deberet, à dicta intemperie absumitur, quemadmodum in febribus cōtingere solet. in quibus nec potest tanta copia sanguinis alimentalis produci, qui pro corporis nutritione & conseruatione sufficiat, ob cuius defectum talia corpora non solum consuetis excrementis non redundant, sed proprij etiā alimenti defectu, diminuta nutritione, quotidiè magis emaciantur, citius autē cessat hæc fluxio in febribus continuis, quàm in intermittentibus, quia in his assidua fit exiccatio, in febre autē quartana intermittente, inter initia hic sanguis generatur & effluit, quia consumptio per interualla tantū fit, & ob id in errore sunt illi practicantes, qui in quartana febre progressa, tentant viribus omnibus mēstrua prouocare, cum non generentur. Si autem menstrua non fluant, quia sanguis postquam genitus est absumitur, vt de more aggregari nequeat, hoc contingere potest, ob intemperiem calidiorem tantum, & adscititiam & natiuā non morbosam, ratione cuius sanguis in maiori copia non generatur, calore in halitum insensibilē ipsum resoluente, quemadmodum ratione natiuæ contingit in mulieribus, quæ viragines sunt, & ratione adscititiæ in saltatricibus, & aliis, quę corporeis violentisq; exercitiis plurimū sunt deditæ; meritò aūt intēperiei frigidioris hæc pariter esse pōt morbosa & nō morbosa, adscititia & natiua, in toto corpore, & parte determinata; rōne cuius nō generatur talis sanguis, & ideò non fluit, vt fluere deberet: non generatur autē, quia calor est diminutus, ideo Hippocrates & Galenus rectè sentiūt, quod corpora gracilia vel obesa aut penitus carent tali euacuatione, vel modicam habent: in siccis quidem non fluit, quia sanguis iste nō generatur, sicut fit in calidis & humidis; in pinguibus vero si generatur, copiosa superfluitas, non tamen sub forma sanguinis excrementitij aggregatur, sed in pinguedinem potius vertitur, & ideo vbi occurrunt mulieres talis habitus curandæ, quibus menstrua non appareant, inanes erunt conatus omnes nostri in illis prouocandis: quòd autem calor diminutus in causa sit, vt talis sanguis non generetur, testari possunt mulieres in senili ætate cōstitutæ, quæ frigidiores redditæ, vix possunt cibum coquere, & ex illo alterato, propriū corpus nutrire, & cōseruare, ne dum superfluum generare, nec solum totius intēperies, siue calidior siue frigidior fuerit, in causa est, vt talis sanguis non gignatur, vel etiam absumatur, vel in alienā substantiā vertatur,

nempe

nempe in pinguedinem, aut pituitam verum etiam intemperies partis determinatæ, ideò ex aliquo diuturno affectu Ventriculi, Iecoris & similium partium, virtus ita labefactari potest, vt vix sanguis generetur pro nutritione indiuidui necessarius, similiter ob vteri & vasorum eius intemperiem insigniter calidã & siccam, facultas expultrix dictorum vasorum labefactari põt, vt indurato vtero genitũ sanguinem expellere nequeat, nec minus eadẽ facultas à frigida & sicca intemperie labefactabitur, ratione cuius vterus & vasa eius duriora & densiora pariter fiunt, vt frustrata expulsione suppressio succedat. Si præter intemperiem accedat etiã materia, hæc non erit vaporosa, sed corpolenta, consequenter sanguinea, pituitosa biliosa & melancholica, quarum quælibet peccare potest in quanto quali & motu. dùm copia, crassitie & lentore peccauerit, vteri vias facilè obstruere põt, totius inquam, & colli eius, qua de causa consueta euacuatio rursus impeditur. Ab hac ipsa materia obstrui etiã possunt venæ extra vterum, quæ tamẽ ad ipsum pertingunt, ut consuetus fluxus auferatur; cui obstructioni si ea etiam accedat, quæ cæteras venas simul occupat, nõ solum suppressio fiet, sed priori adhuc lõgè deterior: si deinde sanguis iste non fluat ob externos errores, isti errores prodire possunt à causis, tum internis, tum externis, tõne quarum eadem expultrix facultas à consueto munere impeditur; vt merito causarum internarũ possit esse morbus, tum in mala compositione, tum in soluta vnitate, & quicunque fuerit, vel in vtero erit, vel alibi, atq; tunc in toto corpore, vel in parte. Si in vtero extiterit, & primò si morbus fuerit in mala cõpositione, talis potissimũ erit in angustia venarum totius vteri, ceruicis, & neruorum eius, merito cuius angustiæ cõsuetus transitus sanguini menstruo prohibetur. Cæterùm hęc angustia cum multiplex esse possit, distinguenda est, qm̃ vel natiua est, vt cum ceruix à membrana ad nata clauditur, vel adscititia, quæ in obstructione consistit, vel constipatione, vel coalescentia, uel subsidentia, uel compressione. Si in obstructione fuerit, hæc fit à materia copia uel qualitate peccante, uidelicet à crassitie & lentore. Constipatio autem causatur uel à callo, & uteri colli ipsius, uel adipe, uel carnis excrescentia, uel adnata mẽbrana circa collum & os eius, & in quibus talis membrana adnascitur im perforatæ uocari solent: quamuis rarò hoc contingat, Fernelius tñ testatur ob huiusmodi causam se uidisse mulierem, cui nunquã menses uel aliud quippiam ab utero fluxit, quæ tñ nunquam ob id malè habuit, sed ad annum usq; sexagesimum incolumnis uixit. Causa aũt coalescentiæ est cicatrix uteri, ratione cuius uenarum ora coalescunt, quòd fieri solet ex præcedente ulcere. Causa uerò subsidentiæ est insignis inanitio eorundem uasorum, ad quorũ uacuitatem subsident, uel ẽt fit à causa refrigerante, densante & astringente, quæ in illis fœminis locum habere solet, quæ proprio utero stiptica & astringẽtia applicant, ut hominibus uirgines appareant: quorum causa facultas re-

Intẽperies partis.

3. de sympt. causis. 4.

Materia.

5. apho. 36. & 28.

Externi.

Errores.

3. de sympt. caus. c. 28.

5. Meth. 5.

Causa angustie.

Causa obstr.

Causa constip.

Causa coalesce.

Causa subsid.

3. de sympt. caus. 4. tentrix uteri adeò roboratur, ut menstruũ sanguinẽ aliundè non suscipiat: uterus enim uenas quas habet, ea ratione habet, ut non solum per illas alimentum propriæ conseruationis gratia suscipiat, uerum etiam ut eiusdem superfluitatem recipiat, & recipiendo per uterum euacuet, qua ratione debent hæc uasa quandam imbecillitatem habere: ideò robustiora si reddantur, quod contingit dum constringuntur & densantur, non amplius hanc materiam suscipient, uel susceptam non expellent. *Causa compres.* Compressionis uerò causa fit, uel ab immodica pinguedine, ut si ab omento uenæ uteri comprimantur, uel etiam à tumore aliquo præter naturam existente in utero fieri consueuit, qui eidem accidit secundum extimas illius partes uel circumiacentes, qui tumor siuè inflammatorius siue alterius generis extiterit, suo pondere uterum cõprimere põt, & cum illo simul ẽt uasa, quibus compressis, cõsuetus transitus impeditur, ut excrementitius sanguis per solita loca fluere expurgarique non possit. *Soluta unitas.* Si deinde menstrua non fluxerint ob morbum solutæ unitatis, esse potest disruptio, abscessus, fistula, vlcus & huiusmodi, quorum omnium causa, per vterum assidua expurgatio fieri potest, & si non sanguinis menstrui alterius saltem materiæ in quam ille degenerare potest, priusquam in menstruum uertatur. Hæc de causis suppressionis in vtero existentibus. Si autem morbus alibi, quàm in vtero fuerit, esse potest in toto corpore, & in parte determinata. *Febris.* Si in toto corpore, hoc contingere potest, vel quia non generatur, vel si generatur, in alia loca raptũ habet, si nõ generetur, fieri hoc solet à quolibet morbi genere, & in primis ob intemperiem, & non quamcunq; sed calidiorẽ, vt in febribus contingit, siue putridæ siue hecticę fuerint. *Mala compositio.* Secundò concurrit etiam morbus in mala cõpositione, vnde corpora emaciata & tabescentia talem sanguinem non generant, quemadmodum illa ẽt quæ hydrope corripiuntur, siue tympanitis, anasarca vel ascitis ea fuerit, in quibus vel materia hæc non generatur, sed alimentum in flatum, aquam, vel pituitam transmutatur, aut si generatur propter obstructas vias intus detinetur. *Soluta unitas.* obliquitas etiã vteri hoc sympt. producit vt habetur à Gal. 5. aph. 28. Accedit postremo morbus in soluta unitate, sicut cõtingit in scabie, tuberculis & alijs morbillis per cutim uniuersam efflorescẽtibus; in quibus si menstrua generantur, non ad consueta loca feruntur, sed cum cæteris humoribus ad uniuersi corporis circunferentiã transmittuntur. *Ratione partis determinatæ.* Ratione autẽ partis determinatæ, eadem euacuatio conspici non põt, multis de causis, pro ut sanguis ad uterum non mititur, uel quia propter hepatis obstructionem retinetur, uel quia per alia loca natura copiosius euacuare solet, quod cũ contingit, fieri põt *5. apho. 31.* hæc euacuatio modo materiæ, quæ formam sanguinis seruat, ut cũ fit immoderatus fluxus sanguinis per nares aut hæmorrhoidas, quandoque sub alterius humoris specie corpus totum exinaniri potest, ut *5. apho. 39. 14. Meth. 8.* cõtingit in euacuatione per mammillas, uomitum, alui deiectionem,

lotium

lotium atq; sudorem facta, quibus omnibus modis materia menstrua lis per consueta loca non effluit, sed aliundè deriuatur aut reuellitur.

Lib. de sang. Miss. per uenæ sect.

De causis externis menstrua supprimentibus. Cap. XXIIII.

POstremò menstrua fluere non possunt ob externas etiam causas, quod dupliciter contingere potest, pro ut huius materiæ generatio impeditur, uel fluxus genitæ prohibetur, quorum utrumq; fieri potest, à causis tùm necessariò occurenribus: ut merito causarum necessariò occurentium, generatio impediatur, ab omnibus exiccantibus & absumentibus materiam, & mineram talis sanguinis, qualis sunt aer calidior & siccior, regio & anni tempus consimile. cibus etiã ac potus calidior, eorundem uerò paucitas inaniendo absument. Sic uigilię immoderatę superflua inanitio, immoderata corporis motio, & animi accidentia idem præstare possunt: fluxio uerò sanguinis geniti, intus cohibebitur ab eisdem causis, sed diuersa ratione agentibus: quoniam concurrent, uias angustando, per quas hæc fluxio fieri deberet: Sic ab aeris frigiditate, à natatione in frigida uenarum ora dẽsante dicta fluxio impedietur. Cibus pariter ac potus nimia sui copia producendo sanguinem tùm crassiorem & uiscidiorem, easdem uias obstruere poterunt: somnus etiam longior, calorem hebetando, & consuetam transpirationem prohibendo, frigidiorum crassiorumq́ue humorum generationem admittet: cæterarum quoq; excretionum inconsueta detentio obstructiones augendo, eandem purgationem supprimere poterit: cui non parum fauebunt uita ociosa, & cętera animi accidentia, quibus accedunt illæ externæ causæ, quæ necessariò nobis non occurrunt & hanc fluxionem prohibere possunt, vel genitam materiam per alias uias euacuando, vt purgantia medicamẽta, uel alterando, & hæc dupliciter concurrere possunt manifestis scilicet & occultis qualitatibus. Si manifestis, hoc facient resoluendo, vt causæ oẽs calefacientes, uel propria ui absumẽdo, ut cãæ exiccantes. Si occultis egerint erunt medicamenta, quę ea ui prędita esse possũt, ut huius materiæ generationem prohibeant: Suppressio igitur menstruorum uiolenta, erit exiens mutatum, sanguinis superflui & excrementitij, statuto tempore per uterum non exeuntis, ut secundum naturam exire deberet, prodiens à læsa uteri facultate, uel quia sit labefactata ob aliquam intemperiem, calidiorem, frigidiorem & sicciorem, quæ modò esse potest sine materia, modò cum materia, siue hęc sanguinea fuerit, siue pituitosa, siue biliosa, siue melancholica: & rursus siue sola copia peccauerit siue motu: siue qualitate atque hac prima & secunda, manifesta uel occulta, siue pluribus siue omnibus modis, & præterea siue eadem facultas impedita fuerit ob externum errorem, quod contingere potest ratione totius aut partis, & quomodocũq; fuerit, uel facultas erit labefactata ob aliquam intemperiem,

Causæ duplices.

Causæ externæ duplices.

Causæ angustantes.

Causæ nõ necessario occurrentes.

Epilogus.

uel impedita, siue hoc impedimentum ab internis causis prodierit uel externis,& si ad internis, uel à morbo in mala compositione, uel in soluta unitate,& si morbus fuerit in mala compositione, esse potest in magnitudine tùm aucta, tùm imminuta, & si aucta,& primò ratione totius, erit causa hydropis, si diminuta, ratione tabis, si fuerit in soluta vnitate, erit ratione scabiei, uel ulcerum totum corpus occupantium: ratione etiam partis idem contingit, siue hæc pars alia ab vtero fuerit, atq; illa tùm principalis, tùm inseruiens siue ipsemet uterus, qui detineri potest tùm morbo in uiis angustioribus, & morbo in soluta unitate: & si uiarum angustia fuerit, consuetum materiæ fluxum impediens, fieri poterit à causis tùm internis tùm externis: si ab internis, locum habebunt obstructio, constipatio, compressio, subsidentia & coalescentia: Idem dicatur de omnibus externis causis, siue concurrant constringendo, & densando uias, & rursus siue necessariò occurrant, siue non, siue manifestis, siue occultis qualitatib. egerint, A pari dicendũ, si idẽ uterus secũdariò afficiatur, cõsequenter ob aliarum partium læsionem, siue partes istæ principales fuerint, siue non principales: & si principales fuerint, siue Epar, siue cerebrùm siue cor extiterit; & inter nõ principales, siue Ventriculus fuerit, siue lien, siue pulmones, uel aliæ partes, quę omnes morbo potissimum in vijs tùm angustioribùs tùm latioribus factis, detinebuntur, ut meritò angustiæ, materiæ motus in uterum impediatur, sicut merito nimiæ dilatationis potest eadem materia per alia loca euacuari, siue deriuando siue reuellendo, uel utroq; modo contingat; quemadmodum fieri solet ex apertione uenarum narium uel hemorrhoidum: præterea etiam ex fluxu aliquo, siue per aluum, lotium, uomitum uel sudorem extiterit. postremo loco agendum etiam esset de causa finali suppressionis menstruorum, at quia in rebus præter naturam locum non habet, ideo ab illius tractatione supersedendum erit, & ad illius species descendendum.

De differentijs suppressionis Menstruorum. *Cap. X X V.*

EX proposita essentia dicti Symptomatis numerus specierum omnium eius colligi facilè potest, quarum aliquæ ab illius forma capientur, nonnullæ à materia seu loco affecto, aliæ uerò à causis efficientibus. Vt merito formæ suppressio hæc menstruorum cum Symptoma sit in exeunte mutato, in quo videlicet non exit quod exire deberet, hæc materia uel omninò erit suppressa, uel maiori ex parte, hinc oritur integra suppressio & diminuta. Merito deinde loci affecti, cum iste vterus sit dicere possumus, quòd eadem suppressio dũ integre adest vel diminuta est, alia fit vtero primariò affecto, alia secundariò, & dum secundariò fit, uel hoc est ratione totius corporis, uel partis determinatę, & si ratione partis, pro partium enumeratum diuersitate, differentiæ etiam diuersæ oriri possunt, ut suppressio alia

Differentiæ à forma.

Differentiæ à loco affe-

fiat læsa parte principali, alia non principali, & sic de cæteris. Postremò capiüntur etiam differentiæ à causis affectricibus, quæ pariter totidem oriri poterunt, quot à nobis fuere causæ propositæ, & enumeratæ; ita ut menstruorum suppressio, siue ratione totius, siue partis fuerit, & rursus siue uterus primariò afficiatur, siue secundariò, alia fiat à causis internis, alia ab externis, & quæ ab internis fit, alia fit à morbo in intemperie, atque hac simplici, uel composita, cum materia, & sine materia, alia fit à morbo in mala compositione, siue hic fuerit à in magnitudine aucta, uel diminuta, uel in uiis latioribus, aut angustioribus, & rursus siue fiat à copia materiæ, siue à crassitie, & lentore, siue à cicatrice. Alia autem fit à soluta vnitate, & tūc uel ab ulcere, fistula, abscessu, uel disruptione: deniq; merito externarum causarum totidem differentiæ orientur, quot fuere enumeratæ eius generis causæ, ita ut eadem suppressio alia fiat ab externis causis necessariò occurrentibus, alia ab his quæ necessariò non occurrunt.

Differentiæ à causa effectrice.

De Signis. Cap. XXVI.

EXplicata essentia suppressionis menstruorum, ac proinde singulis eius causis, & generationis modo: speciebus etiam omnibus enumeratis, reliquum esset curationem illius aggredi: uerùm quia vnica ea esse non debet, sed pro causarum multiplicitate, ac uarietate uaria & multiplex habeatur, propterea, ut citra omnem cōfusionem illa proponi possit, præmittenda prius erit signorum tractatio, ut eorum beneficio, non solum cognoscamus propositum Symptoma in genere, uerum etiam singulas illius causas, & species distinguamus, quæ pro ut diuersæ sunt propriam etiam curam expostulant. De signis igitur tractaturus, ea imprimis proponā, quę ad suppressionem simpliciter diriguntur, mox ad ea descendam, quæ singulas illius species declarant inuicemq; distinguunt: generatim itaq; cognoscemus mulierem hoc Symptomate laborare, ex ipsius relatione: ex qua pariter cognoscere poterimus, an eadem suppressio integra aut diminuta fuerit, recens uel antiqua: & Hipp. loco citato, inquit: Si mulier, quæ neq; grauida est, neq; peperit, lac habet, huic menstrua defecerunt: fit autem lac in his mulieribus, quia sanguis menstruus ita uiolenter cohibitus, ad mammillas raptum habet, ubi materia generationis lactis efficitur: peruenit autem ad has partes, mediantibus uenis, quibus uterus nectitur & alligatur cum ipsis mammillis, ex qua colligantia mutuus quidam consensus earum partium adinuicem oritur, ut hinc ex mammillarum contactu magna in muliere uoluptas sentiatur, coeundique desiderium excitatur, quare ex lactis præsentia, menstrua suppressā esse significabitur. Vbi uerò nihil lactis in mammis conspicietur, ad alia signa deueniendum erit: conqueretur igitur mulier ista de lassitudine, & insueta quadam totius corporis grauitate,

Signorum neces.

Ordo signorum.

Signa in genere.

6. de loc. affec. cap. 5.

5. Aph. 39.

Signa ab actione læsa.

Signum.

Consensus uteri cum mamillis.

Signum.

uitate, quæ non aliunde causatur, quàm ex diffussione huius materiæ copiosæ per totum corpus, cuius præsentia ut grauatur, ita illius euacuatione ab onere subleuatur, & pristinum robur acquirit. Hæc præterea lassitudo non solum corpus uniuersum detinebit, sed crura potissimùm & coxas; propter harum partium cum matrice maiorem colligantiam; conqueri adhuc magis solent, de quodam dolore lumbos, & imam uẽtris partem potissimum occupante, idq; ob harum partium propinquitatem cum loco affecto, de quo signo Hipp. etiam meminit, quod tamen signum nec perpetuum, nec necessarium est: circa quod dubitandi occasio oritur, cur fit, quod hic dolor in prægnantibus quoq; longè magis non obseruetur, in quibus pariter menses detinentur, & in magna copia. Dicendum quòd in prægnantibus sanguis iste menstruus in uterum fluit sensim, & citra uiolentiam, ob id tristis illa sensatio non oritur quę non solum obiectum disproportionatum requirit, uerùm etiam ut cõfertim & uiolenter agat ex Gal. 12. meth. 7. & 3. artis medic. præterea detentio menstruorum in prægnantibus secundum naturam fit, quæ autem naturaliter fiunt nullã noxam afferre solent; & præterea natura comparatum est, ut in prægnantibus sanguis iste menstruus qui post fœtus nutritionem superest, in determinato loco suscipiatur, ubi etiam quiete custoditur ad tẽpus usq; pariendi: quapropter his & aliis de causis prægnantes à dicta molestia immunes esse consueuere: Conqueruntur quin etiam de dolore spinæ, colli, oculorum, frontis, de uentriculi inappetentia, nausea, & grauitate; quæ omnia pariter contingunt, ratione eiusdem colligantiæ, quàm uterus habet cum his omnibus partibus, totum præterea corpus impallescere solet. Quandoq; etiam horror consequitur dictas mulieres secundum totum corpus, & fit, quia à suppresso sanguine frigidiores uapores eleuantur, qui per sensibiles partes distributi, tristem illam frigiditatis sensationem inducunt, ut corpus totum ueluti exorescat; nõnunquam etiam ad tales horrores sequuntur febres, quod contingit, quando eadem materia putredinem aliquam concipit, atq; iste, modò intermittentes sunt, modo continuæ, pro materiæ putrescentis homogeneitate & heterogeneitate, modò etiam salubres modò insalubres, pro maiori & minori eiusdem materiæ copia, pro excellentiori, & minus excellenti putredine, pro loci, in quo illa putrescit maiori & minori propinquitate ad ipsum cor, & deniq; pro uirtutis robore. aliquando fieri solent etiam præfocationes matricis. Cognoscitur etiam hoc malum, quia per uterum con suetis temporibus uel nihil effluit, ut in integra suppressione contingit, uel parum ut in stillicidio. Hæc de signis in genere.

Signum. *Signum.* *I de morbis muliebr.* *Dubitatio.* *Solutio prima.* *Hyp. lib. de genitura.* *Solutio. 2.* *Solutio. 3.* *Signum. 6. de loc. affec. cap. 5.* *Signa à qualitate mutata.* *Lib. de morbis uulg.* *De morb. uirg.* *I. Epid. cõ. i. 25.* *Signa ab exeunte mutato.*

De Signis Differentiarum. *Cap. XXVII.*

Distinguemus autem species inter se, & imprimis suppressionem fieri ab externis causis, si in uiuẽdi ratione errores fuerint commissi,

Signa externarum causarum.

commiſſi,ut ex parte aeris,ſi mulier frigidiori expoſita fuerit, uel in frigida diu perſtiterit: ab his enim uterus & ora ipſius ita cogi denſariq; poſſunt,ut non effluat,quod effluere deberet. Idem contingere pariter poteſt ex cibis copia & qualitate peccãtibus,ut ſi craſſioribus & adſtringentibus uſa fuerit;quod ipſum de potu etiam intelligendum erit, propter inediam uero conſueta menſtrua non apparent,non quia propriè ſupprimantur, ſed potius quia non generantur,ſomnus etiam & uigiliæ,utrumq; ſi modum exceſſerit,conſueta uteri euacuatio non apparebit:ex longiori enim ſomno, non ſolum ſuperfluitates aggregantur,ſed etiam ob nimiam copiam detinentur: ex uigilijs uerò materia abſumitur,corpusq; totum exſiccatur, Interroganda etiam mulier erit de motu & quiete,quę ſi in otio uitam degerit, non leuem occaſionem corpori præbet, ut aggreget materias copioſas, craſſas & lentas,à quibus uenæ obſtrui ſolẽt. Si autem multis exercitiis uſa fuerit, & menſtrua non fluant, defectui potius materiæ cauſa tribuenda erit:deficit autem,quia à dictis exercitiis genita materia abſumitur,& generanda prohibentur. Eadem ratione menſtrua non apparebunt,ſi mulier purgantibus medicamentis fuerit aſſueta,quibus illa materia per alias uias euacuari ſolet,quod etiam cõtingit,ob fluxum ſanguinis narium,uel hæmorrhoidum & alias conſimiles euacuationes. Accidentia deniq; animi, quantùm poſſint in in corporis mutatione & alteratione,neminem latere arbitror. Si autem nulla ex cauſis externis præceſſerit,argumentum nobis erit,ſuppreſſionis cauſam internam eſſe. At quæ nam ea ſit, diſcurrentes per ſigna magis ſpecifica diſtinguemus: & imprimis ſi interna hæc cauſa uterum primariò afficiat,ratione totius corporis, & cæterarum partium mulier benè ſe habebit:dum autem uerus ita afficitur uel facultas eius expultrix erit labefactata,uel impedita,& ſi labefactata id cõtingit rõne intemperiei calidioris, frigidioris & ſiccioris, ſine materia,& cum materia, quãtitate qualitate & motu peccãte; generatim igitur cognoſcemus nudã intemperiẽ, ex abſentia põderis grauitatis circa illas partes,ex lotij tenuitate, & ſi menſtrua exierint, pauca ad modũ erunt. An uerò hæc intẽperies calidior uel frigidior fuerit, & in latitudine ſanitatis cõtẽta uel extra diſtinguemus, quia ſi calidior fuerit,in ſanitatis latitudine contenta, nulla aderit febris, uel alius morbus: præterea mulier circa vteri regionẽ calorẽ & feruorem ſentiet,ut tactus etiam iudicio facilè innoteſcat; quæ etiam præceſſere, cõſideranda erunt: qm̃ vbi locum habet calidior intemperies calefacientes cauſæ præceſſerunt, & tandem à ſimilibus alterantibus talis intemperies augebitur, à cõtrariis vero iuuabitur:cõtra ſi intẽperies frigidior fuerit,ſigna prioribus oppoſita obſeruabuntur. Siccior autem cognoſcetur ex dutitie, dẽſitate,anguſtia & inſueta quadam ſiccitate oris uteri, & à cauſis exiccantibus talis intemperies intendetur, ab humectantibus uerò commoderabitur. Cui intemperiei ſi

Signum ab aere frig.

Sig. à cibo & potu.

Signum de fec.meſt. ab inedia.

Sig.à ſomno & uigilia.

Sig.ab ocio.

Signum, a motu.

Signum a cauſis non nec. occurrentibus.

Sig. ab acci de. animi.

Signa internarum cauſarum.

Signa uteri primo affecti.

Signa intẽperiei.

Signa intẽperiei morboſæ.

Signa intẽperiei frigidæ.

Signa intẽperiei ſiccę.

Signa intẽperiei cum materia.

materia etiam accesserit distinguere oportet materiæ genus, & eiusdem peccata. Vt meritò generis cum esse possit quilibet humor singulos distinguemus, reccurrentes ad signa, quæ unumquemq; humorem consequuntur, ut præter cætera consideranda nobis occurrat subiecti corporis temperatura, habitus, ætas, educatio, lotium & prægressa uictus ratio. Quicunq; autem fuerit humor, cum ad

Signa copiæ

suppressionem concurrere possit ratione quantitatis, qualitatis & motus, quantitatem nobis indicabit grauitas, & pondus, secundum vteri regionem; palpebræ oculorum erunt subtumidæ, quorum radices cum matricæ magnum habent cõsensum, ut hinc etiam fiat quòd tempore quo menstrua imminent, uel iam fluunt, mulieres quãdam molestiam in capite patiantur, in facieque, & circa oculos alteratio apertè appareat, quibus præterita etiam uictus ratio addenda erit. Si

Signa qual.

præter hæc, signa illa etiam accesserint, quæ eiusdem materiæ crassitiem, & lentorem nobis indicare possunt, iam etiam constabit, talem suppressionem, non solùm à materiæ copia causari, sed ab eiusdem etiam qualitate produci. Si peccatum fuerit in motu cognoscemus quia aderit aliqua insueta euacuatio per alias partes, per quas materia quæ per uterum fluere deberet, per alias partes reuellitur, uel deriuatur, quod peccatum in motu si non aderit, quieti erit tribuendũ. põt autem multis de causis præter naturã quiescere. quarum omniũ

Signa impeditæ facultatis.

signa in progressu præsentis capitis proponuntur. Si autem eadem facultas uteri ob externos errores læsa potius fuerit, cùm talis læsio fieri possit, tùm utero affecto, tùm aliundè, distinguemus uteri lęsionem, quoniam mulier in reliquo corpore aut aliqua eius parte conquerendi nullam occasionem habebit, dum autem uterus ita afficitur, cũ affici possit secundũ propria uasa angustiora reddita, uel secundum propriam substantiam, distinguemus, quia si secundum

Sig. soluto unitatis.

propriam substantiam oblæsus fuerit, tunc illius facultas potissimum impedietur à morbo in soluta unitate, cõsequenter vterus detinebitur ulcere, ad quod dolor comitatur, & saniei sanguinolentæ fluxione, uel fistula corripietur, & tunc exibit materia expers sanguinis, uel abscessus, tuncq; exibit materia purulẽtior & copiosior, alteriusq; generis à sanguine menstruo. Si deinde facultas impedita fuerit secundum propria uasa, causa referenda erit in morbum malę compositionis, & potissimum in uijs angustioribus redditis, quàm uasorum angustiam cum à multis causis prodire diximus, nempe ab obstructione, constipatione compressione, coalescentia & subsidentia, singulas hac ratione distinguemus, ut meritò obstructionis illam cognoscamus ex corporis habitu plethorico uel cacochymo. Si plethoricus fuerit, illius obstructionis erit indicium, quæ à sangui

Signa obstruc.

nis plenitudine, & sola copia peccantis fit, quemadmodum ex cacochymo alia obstructio significabitur, quæ à materiæ crassitiæ & lentore producitur. Præcesit quin etiam ea uictus ratio, quæ vel

sanguinis

sanguinis copiam augere potuit, uel materiæ crassitiem & lentorem generare: Cæterum quia obstructio ista, quæcunque ea sit, esse potest in venis uteri, uel alibi distinguemus, quia si fuerit in venis uteri, circa illius regionem insueta quædam grauitas sentietur, nec non etiam circa illius partes circumiacentes, & præsertim si obstructio à copiosa materia facta fuerit cui si accesserit etiā lentor, & uiscidítas, superaddetur etiam lassitudo quædam in coxis, & tibiis, & præcessere etiam causæ externæ, quæ primò in uterum agere potuere, & uenas eius densare: at signis istis absentibus, aliqua in nobis coniectura orietur de aliarum venarum obstructione, de illis inquam, quæ in penitioribus partibus sitæ sunt, ad uterum tamen deducuntur: si eadem facultas à comprimente causa impediatur, hæc compressio fiet uel à pinguiori habitu, uel à tumore aliquo uteri, aut partium circumiacentium, quarum grauitate compresso utero illius etiam uiæ & uasa compressionem patiuntur. Cæterum hic tumor cum esse possit inflāmatorius, erysipelaceus, oedematosus & scirrhosus, distinguemus recurrentes ad propria eorum signa: nam si tumor inflammatorius fuerit, præter id, ꝙ aderunt inditia sanguinis copiosi, uehemens ēt febris infestabit, & in ea regione grauatiuus dolor aderit, cum sensu doloris pulsatilis. Huc accedunt etiam ea signa, quæ capiuntur à temperatura corporis calida & humida, ab habitu modorate carnoso, ab ætate iuuenili, & ea prægressa uictus ratione, quæ ad sanguinis generationem apta fuit. Si tumor fuerit erisypelaceus, febris erit intensior & acutior, grauitas in ea regione paulò minor, dolor tamen acerbior & molestior, & cum ardore, & feruore insigniori: quibus addenda erit temperatura calidior & siccior, corporis habitus gracilior, ætas iuuenilis, & præterita uictus ratio his proportionata: Si tumor fuerit attribilaris febris adhuc seuior erit, & Symptomata omnia magis lethalia, temperatura corporis calidior & siccior, corporis habitus gracilis, color subobscurus, ætas iuuenilis uel consistendi, & uictus ratio quæ præcessit calidior & siccior: Si tumor eodematosus furit, aderit quidem grauitas, sed cum obtusiori dolore, cum febre remissiori, longiori tamen, & cum cæteris Symptomatibus magis moderatis: quibus pariter addas totius temperaturam frigidam & humidam, corporis habitum subtumidum, & pręgressam uictus rationem frigidam & humidam. Si autem menses detineantur propter constipationem cognoscemus, quia obstetrix digitum immittendo os uteri clausum, strictioremq; ceruicem inueniet, & ad differentiam pręgnantis mulieris, non solum in ea parte talem angustiam obseruabit, verum etiam cum aliqua duritie coniunctam, quod Hipp. etiam eo Aphorismo significasse visus est cùm dicit, quibus os uteri durum est, his uteri os cōprimi necesse est. Quòd si citra duritiem clausum fuerit, illā vtero gerere coniicies. At si cum duritie clausum sit, uterum affectum esse significabit. Si autem menses detineantur propter

Signa loci affecti.

3. de causis sympt.

5. Aph. 28.

Signa compressionis.

Signa inflāmationis.

Signa erisipelatis.

Signa oedematis.

Signa constip.

5. Aph. 54.

Signa coalescentiæ. coalescentiam, cognoscemus quia præcessit vlcus & post ipsum subsecuta est suppressio. Si hæc ipsa euacuatio non fiat propter subsidentiam cognoscemus, quia præcessit usus refrigerãtium q̃ densant exiccantium & astringentium, uel etiam insignis aliqua euacuatio, ratione cuius inanita uasa subsidẽt. Hæc de signis uteri læsionem indicantibus, siue ob labefactatam illius facultatem, siue impeditam, facta fuerit; quæ facultas si alterius causa potius impediatur, & primò ratione totius, quia facultas eius naturalis labefactata sit, tunc signa aderunt totius intemperiem indicantia, siue calidior ea fuerit, siue frigidior, quæ pariter esse potest morbosa, & non morbosa, & utraq; cum materia: Morbosa, cognoscetur, si ob dictas intemperies totum in actionibus suis lædatur, quemadmodum si febris aderit putrida, aut hectica, in hac menstrua non fluent ob totius calidiorem intemperiem morbosam; Cæterum dum ratione huius intemperiei fluxio non fit, cum id cõtingere possit, quia materiæ fluendæ generatio prohibeatur, uel potius quia genita materia intus cohibeatur, distinguemus utrumq; quia si febris uehemens fuerit, qualis est ardens, insigni suo calore materiam genitam citò absumere poterit; & ne in posterum gignatur prohibere; Pariter si febris remissior fuerit diuturna tamen, non minus poterit idem corpus inanire, & exsiccare, ut eiusdem materiæ generatio omninò inhibeatur, sicut in hectica febre contingit, at si febris remissior extiterit, & cum breuitate coniuncta ratione remissioris caloris tantam agendi uim non habebit, ut genitam materiam absumere posit, sed illius partes tenuiores resoluendo crassioribus, & magis lẽtis relictis, obstructiones causabit, sicq; materiæ & genitæ, & generandæ fluxum impediet: ubi uerò totum calidius fuerit citra sensibilem facultatum læsionem illius excessus caloris inditium erit, quia in sanitatis latitudine adhuc continetur. si autem totum frigidiori intemperie afficiatur, cognoscemus quia nulla aderit febris uehemens, aut remissa, breuis aut longa, ratione cuius intemperiei materia generari poterit, præsertim si cũ humiditate coniugatur, sed ob calorem diminutum crudior illa erit, ac proinde ad obstructionẽ pariendam idonea; quæ obstructio nõ solum esse potest in uasis ipsius uteri, sed etiam in uenis totius, quod cum contingit, signa aderunt, copiam pituitæ in toto corpore indicantia, si autem eadem intemperies frigidior, cum siccitate potius coniuncta fuerit, ratione huius menstrua non fluent, quia non generabunt, si præter intemperiem materia etiam accedat, cum hæc concurrat rõne copiæ, & qualitatis, solã copiã cognoscemus ex corporis habitu sanguineo, ex temperatura calida & humida, ex colore rubeo, & si aliqua portio materiæ p̃ uterũ fluxerit, illa pariter rubicũdi erit coloris, ex uenarũ ẽt latitudine, pulsu pleno, urina colorata & rubea, & uictus rõne præterita, apta sanguinis copiã generare; & deniq; mulier ista, dum morbis corripitur, sãguineis potissimũ subiicietur:

Marginal notes: *Signa subsi.* (beside "cantium & astringentium…"); *Signa facul. læse, alterius causa.* (beside "fuerit; quæ facultas…"); *Signa deficientis materiæ.* (beside "prohibeatur…"); *Signa obst.* (beside "ac proinde ad obstructionẽ…"); *Signa copiæ sang.* (beside "currat rõne copiæ…").

ſi iũcta fuerit cũ materia biliosa, pituitosa aut melãcholica, recurrẽdũ erit ad ſigna ſuperius ꝓpoſita. Et hæc de ſignis dicta ſint totius facultatẽ labefactatã indicãtibus, ſiue fuerit labefactata à nuda intẽperie, calidiori, inquam humidiori, frigidiori & ſicciori, atq; hac tum morboſa, tum non morboſa, ſiue etiam cum materia coniuncta fuerit, ſanguinea, inquam, pituitoſa, bilioſa, & melancholia, copia aut qualitate peccante. Si verò eadem facultas totius fuerit impedita, cum impediri poſſit à morbo in mala compoſitione & ſoluta vnitate, diſtinguemus quia ſi morbus fuerit in mala compoſitione, poteſt eſſe in aucta magnitudine, & tunc aderit cachexia, vel hydrops, ſiue hæc tympanitis fuerit, anaſarca vel aſcitis, quotum omoium cauſa menſtrua non fluunt, quia materia per totum corpus diffunditur. A pari ſi fluxio non fiat ratione morbi in magnitudine diminuta, corpus conſpicietur emaciatum & tabe confectum; quorum cauſa fluxio non fit, quia materia non generatur, imò ne dum ſuperflui humores redundare nõ poterunt, ſed nec alimentales pro corporis reparatione producẽtur, quod ſi eadem facultas impediatur à morbo in ſoluta vnitate, cognoſcemus ex præſentia ſcabiei, lepræ, & reliquorum tuberculorum, in quibus affectibus, materia, quæ per vterum exire deberet cũ alijs humoribus permixta ad corporis circumferentiam recurrit: Atque hæc de ſignis reſpicientibus læſam facultatem ratione totius corporis, ſiue illa fuerit labefactata à morbis in intemperie, ſiue impedita à morbis in mala compoſitione, & ſoluta vnitate: Si deinde ex altera parte menſtrua non fluxerint quia læſio ſit in partibus corporis, cognoſcemus quia totum benè habebit: dum autem pars aliqua læditur, cum principalis & inſeruiens eſſe poſſit, diſtinguemus, quia ſi quælibet pars principalis benè habuerit, cauſa referenda erit in alias partes, & quæcunque illa fuerit, vel illius facultas erit labefactata, vel impedita. Si labefactata aliqua intemperie correpta erit, ſimplici aut compoſita cum materia vel ſine materia. Vnde ſi ventriculus intemperie affectus ſit, & menſtrua non fluant, referri poterit in eundem ventriculum facultate eius labefactata, ſimiliter ſi apertæ fuerint venę narium vel hemorrhoidũ, vel alui fluxio adſit, in has quoq; partes cauſa referenda erit. Si autem tales partes benè habuerint, ſuſpicio erit de principalibus partibus affectis, quæ pariter oblædi poterunt earum facultate labefactata, vel ob externos errores, vt ob morbos in mala compoſitione, vel ſoluta vnitate, propterea ad ea ſigna recurrendum erit, quæ dictarum partium malã conſtitutionem indicare poſſunt, ſiue epar fuerit, cor aut cerebrum: quæ dicta ſufficiant de ſignis ſuppreſſionis menſtruorum ob læſam vteri facultatem, ſiue primario, ſiue ſecundario, ſiue facultate labefactata, ſiue impedita, ſiue ratione totius, ſiue partis principalis & non principalis.

Signa bilis.

Signa male cõpoſitionis

Signa ſolu. unitatis.

Signa læſ[illegible]rum partiũ.

De

De Indicationibus. *Cap.* XXVIII.

PRoposita cognitione suppressionis menstrorum, tum in genere, tum secundum singulas eius species, tum à priori per suas causas formales, materiales, & efficientes, internas, & externas, proximas, & remotas, tum à posteriori per sua signa, ab actione læsa, qualitate mutata & exeunte mutato accepta; reliquum est ad illius curationem descendere, consequenter ad cognitionem efficiendorum, auxiliorumque iuuantium inuentionem, & rectam eorum administrationem, quæ vt citò vt tutò ac iucundè habeatur, non historicè & sola rerum obseruatione proponenda erit, sed ex rei potius natura depromenda, quod fiet, si indicationum virtute iuuantia auxilia inuenerimus, prout ad dogmaticum pertinet, mox verò de materiis eorundem sigillatim & diligenter tractauerimus. Sed ne per incognita progrediamur, ante omnia præcognoscere oportet, quod in arte medica, etiam si plura consideranda occurrant, res inquam naturales, non naturales, & præter naturam, & in quolibet rerum generum multa contineantnr, quorum cognitio absolute & per mutuam collationem habenda est; in parte tamen curatrice in qua nunc versamur, tria potissimum, omnium maximè necessaria spectanda, & cognoscenda sunt; omnium primum est causa morbifica, quæ actionis lęsæ causa immediata est, & continens dicitur, à morbo minimè distincta. Secundum est causa hanc præcedens, quæ non per se primo, sed alterius interuentu actionem lędit, & antecedens dicitur, quæ in corpore quiete delitescens suæ digestionis tempora expectat, interim tamen causam continentem & morbum producere, fouere, & augere potest; & nisi auferatur morbifica etiam euadit: De externa nihil dico, quia cum non habent permanentiã, per se non indicat auxilium in morbis; Non propterea tales causæ à medico negligendæ sunt, quoniam ad notitiam curandorũ affectuum multum cõferunt: postremo loco vires spectandæ sunt, sine quarũ custodia nullus morbus expugnari potest: Quæ tria ratione qua indicantia sunt, regulant actiones omnes medici operantis, vt eorum beneficio procul ab omni errore optatum finem assequatur. Quæ pariter ratione qua principalia sunt, per se primo id faciunt, ad eorum differentiam quæ in dictis rerum generibus collocantur, non tamen principaliter & per se primo indicant, sed dictis potius indicantibus genericis distinguendis, & distinctæ cognoscendis inseruiunt: & quamuis Gal. inter indicantia multa alia vbique enumerare videatur, scias improprie tunc loqui, sæpius confundendo, quæ per se primo indicant, cum illis quæ secundario & per accidens; quod dum facit, sequitur potius communem & vulgatum loquendi vsum, quam rei veritatem, nam totius ac partium temperatura naturalis conformatio, habitus

1. Meth. 7. 11. Meth. 15. 14. Meth. 13.

In parte curatrice tria esse consideranda.

1. de differ. morb 8.

4. Meth. 3.

9. Meth. 6. 7. 14. 15. 4. Meth. 4. 1. acut. 44.

Gal. loca multa interpretantur.

Quæ indicẽt ut signa.

corporis

corporis, ætas, sexus, consuetudo, & vitæ industria in clase rerum naturalium continentur omnia tamen vt accessoria ad virtutem vt ad principale indicans in eo genere refferuntur, cuius robur & imbecillitatem tanquam signa manifestant, & si indicant, nihil per se primo indicabunt, nisi id quod à virtute primo fuerit indicatum, quam, tanquam indicans genericum limitabunt, & ad specificam naturam magis contrahent. sic in genere rerum contra naturam, præter morbos ac morborum species, collocant etiam alia multa, nempè morbi tempora vniuersalia & particularia qualia sunt principium augumẽtum status & declinatio, longitudo, breuitas, resistentia, actiuitas, & symptomata omnia morbum consequentia, in actione inquam læsa, qualitate mutata, & exeunte mutato, quæ cum ipsi morbo annexa sint, ad eundem etiam vt ad principaliter indicans omnia ordinabuntur, ipsum pariter tanquam signa manifestando. & illius genericã naturam limitando & specificando; Tandem ad internam morbi causam, vt ad principale indicans ea omnia refferenda erunt, quæ illam fouere conseruare & augere possunt, cuiusmodi ea sunt quæ extrinsecus occurrunt, siue hæc necessario, siue non necessario adueniant, sicuti sunt res omnes non naturales, & reliqua nobis extra aduenientia, quorum singula internas morborum causas & earum lapsum à naturali statu patefaciunt, vel earundem vniuersaliorem naturam contrahendo magis proprias reddunt. Cæterum tria hæc principaliter indicantia, vt per propriam rationem interse distincta sunt, ita etiam ad proprios diuersosque fines diriguntur, & ab eisdem proprias denominationes recipiunt. Vt ex parte rerum naturalium, omnium primum nobis occurrens virtus sit, cuius præsentia viuimus & operamur, ob id custodienda est & ab huius custodia, vitale indicas illa de nominatur. Reliqua duo cum sint præter naturam, ac proinde vitæ actionumq; eius corruptiua, vtraque remouenda erunt, vt ex parte morbi immediatè lædentis operationes, oriatur indicans curatorium, ex parte verò causæ lædentis operationes, mediante morbo, nascatur indicans præseruatorium; cæterum quia indicans dicit relationem ad indicationem & indicatum, ideo quot fuere enumerata indicantia principalia, totidem etiam erunt tales indicationes, & indicata, quæ pariter consimilem denominationem cum illis habebunt, sic à virtute oritur indicatio vitalis, & indicatũm vitale, à morbo vt ab indicante curatorio, nascitur indicatio curatoria, & indicatum curatorium, & ex parte causæ orietur pariter indicatio & indicatum præseruatorium; quorum vtrunque ratione qua est præter naturam, auferri debet, auferatur autem à suo contrario; contra virtus cum sit res secundum naturam sui custodiam indicabit, quæ non nisi per similia acquiritur. in curanda igitur muliere cui menstrua suppressa sunt, tria iam proposita contemplanda erunt, primum erit morbus, seu causa morbosa, quæ consuetam fluxionem supprimit, & hæc auxilium curatorium indica-

In genere rerum naturalium tota virtus per se primo indicat.

In genere rerum præter naturã solus morb. est per se primo indicans curator.

In genere causarum internæ tantũ per se primo indicãt.

Virtus cur sit indicans uitale.

Morbus cur indicans curatorium.

Causa est indicans præseruat.

Indicans indicatio indicatum sunt relatiua.

In suppres. menstr. tria cõsideranda.

indicabit, secundum se tenet ex parte causæ, quæ morbificã fieri potest, & hæc indicabit auxilium præseruatorium, tertium respicit ipsas vires, quæ si in tali suppressione imbecilles fuerit, indicabunt auxilium vitale, à quo custodiantur & conseruentur vel augeantur. Si autem robustę fuerint, & ad res præter naturam referuntur, vim habebunt permittẽdi quicquid à rebus præter naturam primo erit indicatum, quemadmodum si imbecilles fuerint rationem habebunt prohibendi, quæ ab eisdem rebus præter naturam principaliter indicata fuerint. sed statim dubitaret aliquis, quomodo vires vim indicãdi retineant, cum in arte medica locum non habeant, nec medico operanti subiectæ esse videantur fundamẽtum esse potest, quia vires seu facultates essentia non distinguntur ab anima, à qua sola vt ab agenti principali omnis actio producitur, sed anima ratione qua est substantia, nec contrarium habet, nec magis & minus suscipit, ergo non cadet sub medica consideratione, sed artis finem transcendit: præterea eadem anima, ratione qua non solum est substantia, sed etiam simplex & incorporea nihil poterit indicare, nam si aliquid indicaret non nisi sui cõseruationem vel auctionem per alimentum indicabit, sed alimentum est corpus mixtum ergo non potest esse simile animæ indicanti, quæ est substantia incorporea; Accedit quod conseruatio & auctio debetur ipsi corpori, non autem animæ ergo virtus non indicabit: pro solutione notandum est, quod anima & vires eius dupliciter considerari possunt, Philosophice & medice, distinguitur vtraq; consideratio per proprium finem vtriusque artis, atque artificis, at finis Philosophiæ internus est, nempè rerum naturalium scientia, quam non nisi ex causarum omnium cognitione assequimur, finis autem medicinę non est scientia, sed potius operatio secundum scientiam acquisitam, quæ in alio non consistit quam in cõmoderatione omnium excessuum in quanto quali vbi & aliis. in tali enim cõ moderatione consistit sanitas, in recessu autem à dicta cõmoderatione, siue per excessum siue per defectum fuerit versatur quęlibet ęgritudo; sed sanitas & ægritudo solius corporis passiones sunt, & nõ animi ergo medicus quicquid agit & operatur ꝓ fine suo cõsequendo, in subiecto sibi corpore operabitur, quod si optime constitutum fuerit, ac proinde ad omnes operationes integre edendas idoneum, in eodem statu naturali diu conseruare studebit. Si autem ob eiusdem viciatam constitutionem in operationibus valde defecerit, officium medici erit tale corpus demutare, & læsionum causas omnes remouere, ad pristinumque suæ naturæ statum conuertere. Et quàmuis ad actiones omnes edendas duplex agens concurrat, nempè anima vt principalis, & corpus vt organum, non tum medicus pro fine suo consequendo coactus est animam contemplari, & quippiam circa ipsam molliri & operari, quia cum sit substantia simplex & incorporea, nec magisminus & recipit, nec augumentum vel decremantum, nec contra-

Dubitatio.

Ratio prima

Ratio secunda.

Ratio tertia.

Solutio.

Anima aliter à medico cõsideratur quam à philosopho.

Ad operandum duplex agens concurrit.

cõtrarium habet, sed per internam suam naturam est semper eadem, ideo non potest esse subiectum sanitatis & ægritudinis. quare nec medicus operando uersatur circa ipsam, ut præsentẽ sanitatem tueatur. & absentem recuperet; sed ab ipso potius negligit: quia operando pro sui finis consequutione nihil illi confert, sed ad corporis & partium eius considerationem, se totum conuertit, ut potè ad instrumenta animæ & facultatum omnium eius, quibus solis competit magis & minus suscipere, augeri & minui, & cõtrarium pati, in corpore igitur suscepta anima, in eodem uires omnes suas operando manifestat, pro cuius dispositione uariç, & multipliciter operatur, si namq; bonam & laudabilem constitutionem inuenerit, qualẽ ꝓ suis actionibus integre obeundis requirit, perfectas etiam operationes in illo exercebit, At si male constitutum habuerit, ac proinde functionibus & uiribus suis explendis minus accommodatum, male etiam in eodem operabitur, & pro maiori & minori uitio, illius quoq; actiones. in læsionis specie erunt differẽtes: qm̃ modo imbecilles erunt, modo deprauatç modo ablate; Munusq; medici est, circa corpus uersari tanquam circa organum animæ & facultatum omnium eius, cuius natnralem constitutionem incolumen seruare sibi principaliter proponit, vt per ipsum anima ualeat integre omnia agere. deinde eiusdem & lapsam corrigere, quod dum assequitur optatum finem iam obtinuit. Consistit autem Totius ac partium omnium constitutio & essentia in tribus, in spiritibus solidis & hmoribus; ex quorum cõgrua mixtione, ac debita proportione nascũtur primo partes eius similares. quarum forma & agendi principium est temperatura, deinde per ulteriorem maioremq; compositionem, oriũtur etiam membra organica. quorum forma. & principale agendi principium, est illorum conformatio. temperatura autem & conformatio etiam si respectu dictorum partium dicantur agendi principia si tamen ad animam referantur, illius potius organa in operando dicenda erunt, cui primo & principaliter omnis actio debetur, corpori autẽ & partibus eius, secundario & illius gratia. & hoc modo à Phylosopho naturali consideratur, & ita uirtus ut uirtus, & ratione qua ab anima non distinguitur, cum sit substantia simplex & in corporea à Phylosopho, & non à medico considerata per se minime indicabit auxilium cõseruans, & alimentale, ob rationes adductas; At eadem uirtus si consideretur ratione corporeæ substantiæ, in qua illa recipitur & operatur. ita considerabitur à medico, & uim indicãdi habebit. Nam si anima in corpore recepta, debet in eodem habere permanentiam, & operari necessariũ est illius corporis principia constitutiua habere iuxtam quantitatẽ, & debitam inter se proportionẽ seruare, horum aũt gratia cũ corpus in perpetua alteratione, & resolutione cõsistat, si aĩa in tali corpore suscepta permanẽtiam habere debet, ut in eo ẽt non momẽto, sed diu operetur, necessariũ est, tria illa principia

Qualis & constitutio corporis, tales sunt animę operationes.

Corporis essentia in tribus cõsistit.

Temperatura, & conformatio sunt principia operandi.

cipia seruare & congruam illorum mixtionem custodire. & conseruatio nō fit, nisi à simili, hoc autem non est nisi alimentum, & hoc modo recte a medicis constitutum est, quod Virtus hoc modo accepta per se alimentum indicat. cæterum illa tria principia in quorum debita proportione & compositione diximus consistere uirtutis essentiam. cum inter se diuersa sint, ita etiam diuersam alimoniam sibi perscribent, ita ut virtus ratione spirituum considerata indicet non solum alimentum simpliciter, sed alimentum tenue in cuius auxilij materia erit odor carnis assæ, panis recentis, iuscula etiam pinguia, vinum & similia. Eadem uirtus ex parte solidorum non solum indicabit alimentum ita genericę acceptum, sed etiam magis specificum, & magis simile. cuiusmodi est alimentum crassius, cuius materia erit caro panis & huiusmodi. illa eadem ex parte substantiæ a carnosæ considerata sui custodiam indicabit per alimentum mediocre, cuius materia erunt oua panatella, & similia: reliqua autem omnia, siue in genere rerum naturalium non naturalium & præternaturam fuerint, per se nullum alimenti genus indicabunt, sed solum per accidens & improprie, nempe ratione qua eiusdem uirtutis per se primo indicantis robur, & imbecillitatem cōnotate possunt. sic ætas extrema indicat cibum sæpe & parum exhibitum, non per se primo, & per propriam suam naturam, sed per accidens & improprie, ratione qua, ut signum denotat uirtutis imbecillitatem. sic ætas iuuenilis ratione qua est signum virtutis robustæ. & ita de aliis eiusdem classis censendum erit. Res autem præter naturam, nec ipse per se primo uim aliquam habent indicandi alimentum, sed solum ad uirtutem rellatæ rationem habent prohibendi uel permmittendi alimen. à dictis viribus per se indicatum: cuiusmodi sunt species morborum, acuti inquàm uel cronici. & eorum tempora, princ. uidelicet augumentum status & declinatio. & causæ. ut habetur à Gal. primo de ratione uictus 44. 11. Meth. 14. ubi dicit quod alimentum, si morbum non lederet, ipsum fouendo uel augendo, ad solam uirtutem respiceremus, & ægros ęq; ut sanos aleremus; & quia morbos & eorum causas fouet & auget, propterea in ægris cibandis, non ad solam uirtutis essentiam pœnes illa tria consideratam respicimus, sed etiam ad morbi speciem ad eius tempora, & causas, si quidem morbus acutus prohibet alimentum crassum & replens, cronicus exacte tenuem, & sic de alijs. Et quàmuis Hyppocrat. prima aphoris. 8. 11. & alibi sæpe. dicat victum tenuem indicari à morbo acuto, et ab illius vigore magis tenuem, sciendum quod tunc non indicat sub ratione alimenti, sed potius medicamenti, quoniam uictus per accidens habet rationem auxilij uacuantis & minuentis materiam morbi, ut habetur etiam à Gal. 11. Meth. 14. & ita capitur ab Hyp. citatis locis, sed his in præsentia prætermissis & latius à Gal. in libris. 14. de Meth. medē-

Virtus ratione spirituum.

Virtus ratione solidorum quod alim. indicet.

Virtus ratione carnosæ subst. qđ alim. indicet.

Hyp. loca explicatur.

di

di explicatis, Reuertor ad principale institutum, ad indicationes inquàm suppressionem menstruorum respicientes,& imprimis occurunt, curatoriæ, & præseruatoriæ, quæ licet capiantur à rebus præter naturam non tamen à dicta suppressione ratione qua est symptoma; nisi ex accidenti; hoc est, ut rationem causæ habere potest: nam sympt. non permanet, sed ut sympt. est quid in fieri, quia consequitur causam, affectum, uel aliud sympt. ut umbra corpus, ideo per se primo auxilium utile indicare minime potest, sed solum alterius causa, ut Gal. etiam testatur. ij. Meth. 1. & 7. At si caussæ rationem subierit, tunc propria natura symptomatis ammissa, auxilium indicare poterit: sicut contingit quotiescunque, vehementia sua uires dissoluunt; ut sicut contingit, quando ob diuturnas uigilias, uel dolorem intẽsiorem uires dissoluuntur, ut illis occurrere cogamur, quod tamen in suppressione menstruorum contingere non solet: quare ad causas accedendum est, pro quarum numero & diuersitate totidem etiam indicationes nascentur. causarum autem quædam, morbosæ sunt, & ab his capientur indicationes & auxilia curatoria quædam, morbosæ fieri possunt, & ab his sumentur indicationes p̃seruatoriæ. Nam si menses non fluxerint facultate uteri labefactata, cum ratione intemperiei ita labefactetur, indicabit auxilium alterans in contrariũ. si eadem facultas uteri impedita fuerit, tale impedimentum esse potest in utero, & extra uterum, si in utero, uel ratione contenti, uel cõtinentis. Si rõne cõtenti concurret materia, quę nocet uel ẽm totã suam substantiam, uel ratione quanti, qualis, uel motus, si secundum totam suam substantiam in continens egerit, huiusmodi erit materia omnino corrupta uirulenta aut uenefica. quæ cum ratione formę & materiæ, ac proinde totius substantiæ, à propria natura degenerauerit, proportionẽ etiam dissimilem & aduersariam habebit, naturæ & proportioni ipsius uteri, uel alterius partis quàm occupauerit: & hæc requiret auxilium simile proportioni naturali eiusdem uteri, & dissimile proportioni dictæ materiæ deprauatæ; consequenter hoc genus materiæ pro sui ablatione expostulabit alexipharmacum, & alexiterium, prout talis materia dupliciter expurgari potest, per attractionem scilicet, quę fit à similibus sicut est hydargirum in luę gallica, cuius est allexiterium: uel per expulsionem quæ fit per contraria & dissimilia, ueluti est theriaca aduersus uenena quorum est alexipharmacum: Si autem Eadem materia peccauerit potius in quanto indicabit auxilium minuens & euacuans. Si in quali semper indicabit auxilium alterans in contrarium, siue peccatum hoc fuerit in primis, aut in secundis qualitatibus. si deinde materia peccauerit ratione motus uel quietis, tunc locum non habebit, fluxio materia secundum naturam facta per loca conuenientia, sed cum Hyp. prima aph. 21. quæ indicantur & indicata sunt integre &c. Si autẽ materiæ præter naturam moueatur multipliciter moueri poterit, diminutę uidelicet,

Suppressio ratione qua symp. nõ indicat.

Vigiliæ quãdo uim indicantis habeat.

Causæ sunt duplices.

Materia multis modis nocet.

Quæ sit materia uenefica.

Materia uenefica, quid requirat.

Alexiteriũ quid.

Alexipharmacũ quid.

Materia peccans in quanto & quali quid indicet.

Materia peccans in motu quid indicet.

Materia multipliciter præter naturā mouetur.

cet, excedenter. uel deprauatæ. & quicunque fuerit motus iste, uel inclinationem habebit ad loca conuenientia, uel ad insueta & minus apta: si fluxio diminuta fuerit, per loca tamen conuenientia facta, ut in stillicidio mensium contingit indicabit auxilium augens & perficiens talem motum diminutum, cuius auxilij materiæ cum non reperiantur, recurendum erit ad causas producẽtes talem motum pro quarum diuersitate diuersæ oriuntur indicationes, ut statim patebit, quando à continente suæ indicationes efficientur. si eadem materia concitatiori motu moueatur, semper indicabit auxiliũ commoderans & auertens talem motum; quod pariter cum non sit auxilium ex usu artis recurrendum erit ad causas producentes hunc motum immoderatum, ad quarum ablationem motus etiam iste auferretur. Si deinde materia ista deprauate moueatur. ut quando habet inclinationem & raptum ad loca minus apta. indicabit auxilium auertens hunc materiæ motum, ab eo loco in quem præter naturam tendit; cuius pariter auxilij materia & modi plures sũt: prout sanguis multipliciter peccando, ad talem motum concurrere potest, nempe copia, qualitate, & motu, & ab his utiles indicationes capientur. à copia quidem auxilium euacuans, à qualitate auxilium alterans in contrarium, a motu & inclinatione in partem minus cõuenientem, indicabitur auxilium euertens talem motum, cuius species sunt reuulsio deriuatio & repulsio. auersio quidem reuellendo fiet, quando fluentem materiam auertimus ad loca opposita & longinqua; cuius auxilii materiæ esse possunt frictiones ligaturæ dolorosę, & earundem partium innanitio sensibiliter facta per sanguinis missionem: Eadem auersio deriuando absoluetur si per locum propinquum, uel etiam ab ipsomet loco repleto, materiam fluxam euacuauerimus, si numquam materia iam diu in partem non oportunam fluxerit. ita ut in illa omnino quiescerit. ab eadem etiam si fieri poterit euacuanda erit. secus, ad latera & loca propinqua deriuari poterit ut habetur etiam à Gal. 4. meth. 6. 5. meth. 7. & prima aph. 21.

materiæ fluxio diminuta quid indicet.

Materiæ fluxio immoderata quid indicet

Materiæ fluxio immoderata quid indicet

Indicationes utiles a materia acceptæ quæ sint.

Species auersionis plures sunt.

Auersio qd sit.

Deriuatio quid sit.

Tandem auertimus. etiam materiæ fluxum repellendo illius motum, & impetum à parte ad quàm tendit, quod potissimum præstamus. si hæc pars fuerit principalis, uel saltem ad uitam maxime necessaria. & hæc de indicationibus sumptis à contento, hoc est à materia, substantia quanto quali motu & quiete peccante dicta sint. Si deinde ex altera parte respexerimus ipsum continens, ratione cuius eadem facultas uteri impediri potest, uel erit ipsemet uterus, uel alia pars, uel corpus uniuersum, si uterus fuerit, uel affectus erit morbo in mala compositione, uel in soluta unitate, si primum, potissimum affectus erit secundum uasa angustiora reddita, non admittentia cõsuetum materiæ motum, quæ angustia cum per se non indicet iuuans auxiliũ, nisi rõne causæ, ideo ab illius

Repulsio qd sit.

Indicationes a continēte desumptæ.

Vterus dupliciter afficitur.

Angustia non indicat utile.

causis

causis indicationes, & iuuantia auxilia capienda erunt, consequenter à causis obstruentibus constipantibus comprimentibus coalescentibus & subsidentiam facientibus. Vt meritò causæ facientis obstructionem, si fiat à copia materiæ indicabitur auxilium uacuans. Si à qualitate hoc est crassitie, & lentore auxilium attenuans & detergens. Merito compressionis cum hæc fiat à quocunque tumore, inflammatorio ædematosso erisipelaceo scirrhoso, ad indicationes dictorum tumorum adeundum erit. Meritò constipationis cum hæc fiat à callo vel carne adnata, hæc sui ammotionẽ indicabit, ammouebitur autem si ex parte duritiei emollientibus vtamur, deinde digerentibus & resoluentibus: Ex parte coalescentiæ cum hæc sequatur vlcus iam ad cicatricem perductum, hæc cicatrix cum morbus sit in superficie leniori densioreque facta indicabit auxilium rarefaciens, & partes præter naturam vnitas disiungens, ex parte autem subsidentiæ, cum hæc fieri possit ex nimia vasorum innanitione, & à causa densante, ex parte innanitionis indicabitur auxilium replens, sicut ex parte densitatis, si fiat à causis refrigerantibus, vel à materia impacta & imbibita, indicabitur auxilium calefaciens laxans & aperiẽs, si autem eadem facultas impedita fuerit ob læsionem alibi quã in vtero existentem, cum esse possit ratione totius & partis, atque huius principalis & non principalis, tunc pro causarum lædentium diuersitate, indicationes pariter diuersæ orientur vt si lęsio totius vel partis dependeat à facultate labefactata, idque fiat ab intemperie. quæcunque illa fuerit semper indicabit auxilium alterans in contrarium; si præter intemperiem materia etiam accesserit, considerari poterit, vt genita, & vt generanda, si ut genita illius peccata remouenda erunt, quæ cum pariter esse possint, in substantia quanto quali motu & quieti, ab his orientur eædem indicationes, de quibus paulo ante loquuti fuimus; si consideretur vt generanda, cum ob aliquam intemperiem generetur, indicabit auxilium alterans in contrarium, de indicante autem vitale nil aliud dicendum occurit, nisi quod in suppressione menstruorum habet rationem permittentis, vel prohibentis ea præsidia, quæ à causis dicti symptomatis primo fuere indicata, pro ut virtus in tali affectu robur seruare vel ammittere potest.

1. aph. 2.
lib. ad tras. 25.
1. aph. 16.

Fac. vteri dupl. impeditur.

Materia ut genita, et ut generanda.

Indicans uitale.

De pronostico. Cap. XXVIIII.

IN morbis futura prædicimus, cõtemplando res præter naturam, naturales, & non naturales pęnes magnitudinem, vim, numerũ, originem, & tempus, quæ omnia consideranda sunt, tum seorsum, & absolute, tum inuicem cõparando; ut merito rerum præter naturam simpliciter & per se consideratarum, tria perpendenda occurrant, morbus, causa, & symptoma, circa quorum singula considerare debemus vehementiã seu magnitudinem & paruitatem, intensionem &

remissio-

In pronostico faciendo tria sunt cōtemplanda.

remissionem, hæc autem distinguemus si ad tria respexerimus primo ad maiorem & minorem recessum rei præter naturam, à statu naturali. Secundo ad læsionem partis principalis vel inseruientis. Tertio ad læsionem facultatis corpus vniuersum regentis, quæ triplex magnitudo aut paruitas, si ex parte morbi causæ, vel symptomatis simul conspirauerit, inde etiam malum vel bonum pronosticum colligatur. in suppressione igitur menstruorum triplex magnitudo reperiri videtur, imprimis adest magnitudo ratione, qua magnus est recessus à statu secundum naturam, à consueta sanguinis menstrui euacuatione, quæ non solum est diminuta, vt in stillicidio contingit, sed omnino est ablata, cum ex toto sit suppressa: secundo reperitur magnitudo merito loci affecti, quoniam in suppressione ista læsus est vterus, cuius actio duplex est. altera dirigitur ad conseruationem proprij indiuidui, seruatur autem quamdiu per hanc partem consueta menstruorum vacuatio fit, altera respicit conseruationem speciei, conseruatur autem, quotiescunque eadem menstrua statutis temporibus effluunt, at ratione huius suppressionis vtraque actio est ablata, nedum diminuta, aut deprauata: ideo ex læsione hac in parte prçstanti indicatur magnitudo & vehementia in proposito affectu. Postremo accedit etiam tertia magnitudo quæ se tenet ex parte facultatis regentis corpus vniuersum; si quidem in hac ipsa suppressione calor totius corporis plurimum patitur, quoniam ex copia talium superfluitatum quæ præter naturam in corpore detinentur. quasi suffocatus plurimum deficere solet, cum nec bonæ coctiones, nec laudabiles nutritiones fieri posſint, imò ex tali suppresſione solent grauia symptomata aduenire, qualia sunt, præfocationes, deliria, vertigines, epilepsia, appoplesia, & huiusmodi. quare propositus affectus cum omnibus rationibus magnus, ac vehemens sit. ac proinde magna præsidia expostulet, ideo illius etiam curatio, nec facilis nec cita esse poterit, sed potius difficilis & longiori indigens tempore, priusquā debelletur, & expugnetur; si deinde consideremus differentias, tunc pro causarum discrimine idem pronosticum variabitur, si namque suppresſio fiat, vtero primario affecto, deterior erit quam si secundario & per consensum læsus fuerit. cæteris tamen semper paribus, & dum primo læditur, cum lædi posſit, facultate labefactata, & ob externos errores, deterior erit, si fiat labefactata facultate, quam impedita; Rursus cum labefactari posſit ab intemperie nuda, & cum materia, peior illa erit quæ dependet ab intemperie cum materia, quam à nuda & simplici; illa enim præter alterantia, requirit etiam vacuantia materiam, & eandem præparantia. hæc autem solis alterantibus auferri potest. Et rursus in hoc genere ea adhuc deterior erit, quæ composita est, quam simplex, quia facilius est cum vna quā cum duabus qualitatibus pugnare; si etiam simplices intemperies mutuo comparentur, peior erit actiua, quam pasſiua, quamuis enim ratione

In suppres. menstruorū triplex magnitudo reperitur.

Prima magnitudo.

Secunda magnitudo.

Actio vteri duplex.

Tertia magnitudo.

Pronosticū specierum.

7. Meth. 5. 6. detuenda. 10.

Intēperies quæ sit deterior.

vtriusque

utriusque actio lædatur, actiuæ tamen qualitates cum sint maioris actiuitatis quàm passiuæ, maior etiam læsio ex illis, quàm ex istis prodibit: quod si eędem actiuæ qualitates cum passiuis cõparentur. pœnes resistentiam, passiuę erunt deteriores, quia magis resistunt, & pręsertim, q̃a passiua qualitas ab alia passiua qualitate auferri dẽt, in qua exigua reperitur actiuitas; eo aũt peior erit, quãto magis fuerit cõfirmata: Si cõparent̃ passiuę inter se, deterior erit sicca q̃ humida, lõgiori eñ tpe pars sicca, & ꝓprio humido destituta humectatur, q̃ quod humida exicetur: Si actiuę pariter ad inuicẽ cõferantur, & primo pœnes actiuitatem, peior erit intemperies calidior. contra si penes resistentiam, deterior erit frigidior; quamuis tutius sit frigidiorem uterum calefacere, quàm calidum refrigerare: Inter compositas autem omnium pessima est frigidior & siccior, quia à principijs generationis, & uitæ magis distat: præterea quæcunque fuerit hæc intemperies, cum esse possit morbosa, & non morbosa, natina & ascititia, peior erit morbosa & natiua, quàm non morbosa & ascititia, cui si materia accedat, pro illius copia qualitatibus, & alijs conditionibus uario modo prognosticandum: Si deinde vteri facultas impedita fuerit, cum impediri possit à causis internis, & externis, cæteris paribus, illa erit peior, quæ ab internis causis producitur, quæ cum fieri possit à morbo in mala compositione, & soluta unitate, maioris momenti uidebitur unitas soluta, quam mala compositio; & rursus pro utriusq; morbi, & causarum diuersitate diuersa prognosticandi ratio colligi poterit: Si deinde uterus per consensum afficiatur, deterior ea suppressio erit, quæ fit per consensum à toto quàm ratione partis, & pro totius ac partium diuersa affectione, diuersimodè prognosticãdum erit. Vñ si totum afficiatur ob quodlibet morbi genus, difficilius Symptoma orietur, q̃ si ab vnico genere, nascatur. A pari si pars affecta principalis, potius fuerit, q̃ nõ principalis idẽ sympt. uariari poterit; quẽadmodũ ẽt pro diuerso affectionis genere, uehemẽtia, resistentia, numero, diuturnitate, & alijs, diuersimodè prognosticandum erit: præterea dum materia quæ per vterum exire deberet, ob dictas causas non exit, uel per alia loca effluet, uel intra corpus detinebitur: Si intus cohibeatur, deterius erit, quàm si quouismodo expurgetur, ut si sanguis per nares effluat uel hęmorrhoidas, melius erit, quam si nullo modo euacuetur, & dum intus detinetur, uario adhuc modo prognosticandum, pro Symptomatum magnitudine, uehementia, numero, duratione, loco affecto et lęsione facultatis regentis corpus. & causarum varietate: Vnde si materia decubuerit in partes principes, ut in cerebrum, epar, cor, malũ erit maioris momẽti, quam si ignobiliores partes occupauerit, & dum cerebrum petit, ibiq; Apoplesiam, Epilepsiam uel aliquod delirij genus causauerit potius, quam grauitatem & dolorem, deterius prędicendum, pręsertim si hęc symptomata uehementia potius fuerint, quam remissa,

Causæ.

Hyp. 5. aph. 34.

Sympt.

sa, frequentia quàm rara, diuturna quàm breuia, plura quàm pauciora. A pari si eadem materia in cor decubuerit, feceritq; lypothymiā, aut Syncopin potius quam palpitationem, idem statuendum erit, quod de cerebro dictū fuit; & merito durationis Hyp. lib. de morbis mul. dicebat quod vbi suppressio durat per sex menses amplius non curatur, quod intellligas ubi cum uehementia symptomatum est cōiuncta. Quo uerò ad res naturales, consideranda est virtus totius ac partium tùm genericè, tùm specificè, pro ut robusta uel imbecillis fuerit, atque ea ratione solidorum tantum, uel carnosi generis, uel spirituum, uel plurium, uel omnium simul; & præterea prout huiusmodi esse potest, in præsentia tantum uel in futurum etiam simul, ex ijs enim omnibus ratio prognosticandi variatur nam virtus simpliciter robusta, & omnibus modis, in omnibus etiam morbis spem salutis pollicetur, eadem secūdum omnem rationem imbecilla, mortem potius cominabitur: quæ autem à dictis extremis recesserit, pro ut magis ad vnum quàm ad alterum accesserit, poterit etiam modo mortem modò vitam significare, in quo genere rerum naturalium præter uirtutem principalem, consideranda etiam erunt illi annexa, cuiusmodi sunt temperatura, ætas, corporis habitus, consuetudo, uitæ institutum & huiusmodi, quæ omnia ut signa possunt connotare propositæ uirtutis robur uel imbecillitatem. Postremò res etiam non naturales contemplandæ erunt, quarum omnium temperatura, & temperatus vsus futuram sanitatem pollicebitur, contra intemperatus se habebit, imò ad rectè prognosticandum non satis erit tria hæc, res inquam naturales, non naturales, & præter naturam seorsum & simpliciter considerare quin imò etiam oportet easdem mutuò conferre, expendendo semper quæ magis possint ad bonum vel malum euentum in morbis prognosticandum; quod etiā Hipp. conceptis verbis significauit, dicens; in morbis minus periclitantur ægrotantes, quibuscunq; propriæ naturæ, & ætatis & habitudinis temporis & regionis & horæ ægritudo inest, magis quam quibus non propria secundum horum aliquid inest. & hæc de pronosticandi ratione satis dicta sint.

Res naturales. *Virtus.* *Virtuti Annexa.* *Res non naturales.* *Secunda aphor. 3.1.*

De Materijs Auxiliorum. Cap. XXX.

CVM menstruorum suppressio, tantorum malorum causa esse possit, ut quandoq; miseras mulieres ad mortem usque perducantur, nō erit illius curatio negligenda uel protogāda, sed propositis scopis satisfaciētes per omnes auxiliorum materias discurrēdum erit; quæ licèt plures ac propemodum infinitæ sint, ex triplici tamen fonte omnes deducentur, chirurgico, pharmaceutico & diætetico, ut ad fontem chirurgicum ea omnia spectare uideantur, quæ chirurgi ope & manuali operatione magis indigent, sub quo genere conti-

nebuntur

tinebuntur venarum, & arteriarum sectio, cucurbitulæ scatificatæ & non scatificatæ, hirudines, cauteria, vesicatoria, sinapismata, frictiones, ligaturæ & huiusmodi. Ad fontem pharmaceuticum attinebunt omnia medicamentorum genera totum & partem aspicientia, intusque & extra administrata, & si intus, siue lenientia fuerint per superum os exhibita vt uomitoria, vel per inferius admota, qualia sunt, Clysteria suppositoria, & cætera per secessum euacuantia, siue præparantia extiterint, atque hæc vias respexerint, aut humores, biliosos, pituitosos & melancholicos, & rursus siue crassi fuerint, viscidi, lenti, acres & huiusmodi, siue purgantia sint, quomodocunque purgauerint, corpus inquam vniuersum, vel determinatam partem, ut prioris generis sint, Diaphoretica, quæ per sudorem, uel halitum insensibilem euacuant, siue extra admota fuerint, cuiusmodi sunt Balnea calida aquea & aerea, quæ suo calore porositates aperiendo materiasq; intus detentas extenuando, & fundendo, à centro ad circumferentiam attrahunt. Eadem sit ratio de illis quæ intus exhibentur, siue sudorem prouocent, materias attenuando, uias aperiendo & uirtuti robur addendo; per purgantia uerò ad determinatam partem illa intelligo, quæ lotium prouocant, ut Diuretica, per uterum, ut prouocantia menses, uel per secessum quæ solutiua nuncupantur, quæ omnia licet per determinatam partem euacuent, uniuersum tamen corpus respiciunt, quibus illa etiam adduntur, quæ ad partem determinatam magis diriguntur & topica uocantur, quorum alia ad contenta alia ad continentia ordinantur, quæ contenta respiciunt, purgantia erunt, quæ uerò continentia, roborantia & alterantia nuncupantur. sic respectu capitis erunt caput purgia, siue sensibiliter caput inaniant, siue insensibiliter euacuent, quæ à loco per quem ducuntur humores denominationem sumentia, uocantur masticatoria, nasalia & auricularia, quæ autem insensibiliter euacuant erunt lotiones stillicidia, & fomenta. A pari respectu uteri erunt pessaria, clysteria, suffitus, sessiones, fomenta & huiusmodi: quæ uerò continentia respiciunt, roborantia dicuntur, quia remouendo intemperiem, & malam dispositionem à qualibet parte, naturalemque tonum restituendo illam roborant, quæ pariter intus & extra administrari solent: intus quidem, ut decocta, infusiones, Syrupi, conseruæ, electuaria, succi, pulueres, lambitiua, trochisci & huiusmodi: Extra uerò erunt inunctiones, lenimenta, emplastra, cerata, fomenta, stillicidia, sessiones & similia, de quorum formis suo loco sermo erit. Denique ad fontem Diæteticum spectabit uniuersa uictus ratio, quæ consistit in recta administratione sex rerum non naturalium, aeris uidelicet, cibi, potus & reliquorum, intelligendo per aerem, regionem, anni tempus, & cœli constitutionem, per cibum & rectam eius administrationem intelligo materiam quamcunque auxilij alimentalis plenioris, tenuioris & mediocris, & secundum quodlibet genus magni uel

Materiæ medicinales ex 3. fonte capiuntur.
Materiæ chirurgicæ.
Materiæ pharma.
Lenientia.
Præparātia
Purgantia.
Topica.
Roborantia.
Materia dietetica.
Aer.
Cibus.

parui nutrimenti, boni uel mali ſucci, facilis uel difficilis coctionis, temperati uel intemperati, craſſi & tenuis, crudi & cocti: intelligo quinetiam illius ſubſtantiam quantitatem continuam & diſcretam, qualitatem primam, & ſecundam, temporis oportunitatem, iucunditatē, præparationem & modum exhibendi; per potum intelligo uinum, & aquam, uinum inquam generoſum, pauciferum & mediocre; per aquam; intelligo tùm ſimplicem, tùm alteratum, cum alimentis uel medicamentis: per ſomnum intelligo breuem, longum, profundum, moderatum, & ſecundum quodlibet genus turbulentum uel ſincerum; per uigilias moderatas & immoderatas intelligo; & per inanitionem, euacuationem materiæ excrementitiæ intelligo copioſæ, paucæ, moderatæ, ſponte naturæ uel artefactæ: per repletionem intelligo cibi ac potus ſumptionem ſecundū omnes iam propoſitas differentias: per motum intelligo corporis exercitium moderatum & immoderatum cuum uiolentia & citra uiolentiam, tempeſtiuè factum, deambulando inquam currendo, ſaltando, ludendo, nauigando, equitando, uel alio quouis modo corpus exercendo: per quietem intelligo priuationem dictorū motuum, per ſeſſionem aut decubitum factam, ſiuę tempeſtiuè ſiuę intempeſtiuè, longiori, breuiori aut moderatè fiat: per animi accidentia intelligo, eas paſſiones, quę poſſunt corpus conſeruare, alterare & immutare modò ad bonum modò ad malum, ſiue ſpiritus moueant à centro ad circumferentiam, uel è contra à circumferentia ad centrum.

Potus. Somnus. Vigiliæ. Innanitio. Repletio. Motus. Quies. Animi accidentia.

De Materijs chirurgicis & Recta earum administratione. Cap. XXXI.

IN ſuppreſſione igitur menſtruorum, interdum conuenit ſanguinis miſſio, interdum non, diſtinguemus autem, ſi ad propoſitos ſcopos, & indicantia tale genus auxilii ſemper reſpexerimus, quādoquidem ubi aderit pręſentia principaliter indicantis, uel eiuſdem, ut adiuuantis, & ut cauſa ſine qua non, & abſentia prohibentes, nempe Virium imbecillitas, ſemper ſanguis erit mittendus. quod genus auxilii indicatur à ſanguine prout tripliter peccare poteſt in quanto uidelicet in quali & motu. Declaro & primo quod ſanguis ut copia peccat, ita indicet, imò per ſe primo & principaliter aliud auxilium indicare non poſſit, quàm ſui Euacuationem rei natura clare oſtendit, Nam ſanguis ut copia peccat, eſt præter naturam ergo ſui ablationem indicabit, ſed ablatio fit à contrario, quod autem contrariatur ſanguini copioſiori, eſt illius euacuatio, ergo. Cōfirmatur Gal. etiam auctoritatibus paſſim & ubiq; ſtatuentis, quicumque ſuccus quantitate redundans perpetuo ſui minuitionem & uacuationem indicat. Idem ſanguis ſi non ſolum inquanto ſed etiam in quali peccauerit, illud ipſum auxilium euacuans indicabit, per qualitatem

Quæ indicēt ſanguis. Peccatum ſang. triplex eſt. Sang. ut copia peccat quid indicet 9. Meth. 5. 4. de tuēda. x. 4. aph. 3. x1. lib. artis medic. 84. lib. de uene ſec. cōtra eraſ. c. 5

autem

autem intelligere possumus, non solum primas & ellementales. sed etiam secundas & formales, & utrarumque ratione conuenit missio sanguinis; vbi enim sanguis in corpore copiosus existens, calorem & feruorem præter naturam concipit, ut corpus vniuersum calore extraneo afficiat, sicut contingit in febre synocha sine putredine. nõ meliori auxilium utrumque excessum sanguinis, tollere possumus, quàm per illius euacuationem, ita ut sanguinis missio per se primo à copioso sanguine indicetur secundario autẽ & per accidens ab excessu dictæ qualitatis peccantis in eodem sanguine, ad huius enim iminutionem, simul etiam excedens qualitas remittitur, & corpus perfrigeratur: Idem pariter statuendum est de eodem sanguine copioso, ratione qua peccat secundum formam. hoc est per ipsam putredinem. Nam hic sanguis ratione qua putridus est præter naturam, ergo est auferendus per sui euacuationem, quæ pariter per se primo debetur copiæ, secundario autem illius putredini, quæ cum in subiecto sanguine fundata sit, ideo ad illius euacuationem, simul etiã putredo tollitur; Præterea ratione eiusdem putredinis, corpus incalescit extraneoq; calore corripitur, ergo indicabit etiam auxilium alterans, sed eadem euacuatio sanguinis putrescentis, non solum habet rationem ex parte copiæ euacuandi talem sanguinem, uerum etiã per accidens refrigerandi, & febrilem calorem commoderandi, ergo. materia autem auxilii uacuantis sanguinem corruptum, multiplex esse potest nempe venæ sectio, purgatio per aluum, per lotium, per sudorem, & eorum eius generis. quæ omnes locum habere possunt in uacuando sangnine corrupto. ut autem distinguamus quando vna magis quàm altera materia dicti auxilii utendum sit ad indicantia & permittentia respiciendum est, merito indicantis, cum hoc sit sanguis corruptus, oportet circa ipsum nos considerare illius species, seu gradus puttedinis. Nam hic sanguis dum per putredinem à statu suo naturali recedit. tripliciter recedere potest. prout uel parum, uel multum, uel maxime à se ipso distat, quando speciem propriam & naturalem sanguinis seruabat; parum distat, qñ incipit putredinem concipere. quo tempore adhuc à natura regulatur, ac proinde ad benignum restitui potest. Maximè autem recedit, quando à sui ipsius natura, undique & ex toto distat, & omnino putrefactus est; quod dum ei aduenit, non amplius à natura patitur regulari, nec ad benignum reduci ullo modo potest: idem sanguis si tot putredinis gradus acquisierit, ut medius sit inter ꝓpositos, & extremos gradus putredinis, nec parum, nec maxime à naturali statu distabit, sed multum alienatus esse dicetur. Nec sufficit ad rectam curationem respicere ad sola indicantia, sed oportet etiam alterum occulum dirrigi ad permittentia, & prohibentia. quod autem habet rationem permittentis uel prohibentis, est ipsa uirtus: quæ si robusta fuerit, semper admittet auxilium indicatum à principaliter indicante, si eadem imbecillis

9 Meth. 5. 11. meth. 15

Materia auxilij uacuãtis sãg. multiplex est.

Sanguis ut putridus tripliciter peccare potest.

Virtus habet ratione permittentis & prohibentis.

becillis fuerit, potius prohibebit. Si igitur sanguis maxime corruptus habeatur non solum indicabit auxilium euacuans, sed etiam eradicans, cuius materia potissimum erit venæ sectio, uel purgatio. quod per uenæ sec. sang. corruptus edducatur nemo dubitare debet, cum sanguis iste in uenis contineatur. Quod et purgāte medicamento extrahatur patet. quia ex Gal. sanguis dum putrescit, pars eius tenuior in bilem uertitur, crassior uerò in melancholiam uterque autem humor potissimū soluentibus medicamentis expurgatur: vtraq; igitur auxilij materia uti conuenit pro eradicatione huius sanguinis, ita insigniter putrescentis nisi uirtutis imbecillitas prohibuerit, quæ certe in hac tam uehementi corruptione sanguinis, robur seruare minime potest, sed vtriusque præsidij usus, patientem facile ad syncopim & mortem deducere posset, in quod uitæ discrimen, magis adhuc deduceret sectio uenæ quàm purgatio, quia in uacuatione sanguinis, maius robur uirium, quàm in purgatione reguiritur: siquidem per sectionem uenæ, non solum exeunt succi uitiosi & corrupti, uerum etiam sanguis & spiritus, in purgatione autem medicamēto facta, cum prauis humoribus spiritus etiam resoluitur at sanguis intra corpus detinetur; cum igitur ob hāc uirium imbecillitatē, prohibeatur utrumque remedium, confugere debemus ad alias euacuationis species quas uirtus etiam imbecillis melius ac facilius sustinere potest, cuiusmodi sunt frictiones, alui lenitiones, prouocatio lotij uel sudoris: Si autem sanguis parum putruerit, & vires sint robustę audacter uacuandus erit. deniq; si sanguis nec in initio, nec in fine suæ putredinis extiterit, sed inter leuem & insignem putredinem medius extiterit. cautius agendum erit, & uirtus potissimum spectanda, illiusq; rorbur inspiciendum est, idq; non solum in præsentia, sed etiam futurum; ita ut si illa fortis absolute fuerit, quæ tamen in dicta putredine uix fieri posse uidetur, permittet uenæ sectionem à sanguine corrupto prius indicatam; at si fortis fuerit secundum quid hoc in præsentia tantum, prohibebit sanguinis missionem, & alijs materiis moderatioribus uti magis conueniet: si eadem robur ommiserit in præsentia, tunc citra omnem controuersiam nihil cogitandum erit de proposita auxilij materia: quæ fuit clara Galen. sententia. 4. de tuenda 4. 11. meth. 8. & alibi ubi loquens de sanguinis missione prout indicatur a sanguine peccante secundum substantiam & formam seu qualitatem & putredinem, distinguit, qualis esse debeat forma & putredo sanguinis corrupti indicantis sui euacuationem, & quæ non, semper conferrendo talem corruptionem indicantem, ad uires permittentes uel prohibentes eo modo quo explicatum est: Quæ veritas confirmari adhuc potest, ex eodem Galen. 9. Meth. 5. 11. Meth. 15. & alibi. ubi aperte dicit saluberrimum etiam in febribus uenam seccare, non continentibus modo uerum etiam alijs omnibus quas putrescens humor concitauerit, in harum .n. curatione

scopus,

9. Meth. 8. 11. met. 14

2. de ori. 12

Sang. missio magis debilitat quàm purgatio.

Materiæ auxilij uacuantis leuiores.

In febribus putridis cōueniri sang. &c.

scopus est calorem febrilem refrigerando auferre. & materiam putridam euacuare, & quæ posset putrefieri, pariter præseruare: quæ materia si sanguis fuerit, uel parum a sanguinis natura distauerit, per illius etiam uacuationem auferretur. ad cuius euacuationem simul etiam consequitur totius corporis incalescentis refrigeratio. quæ duo sicuti sui præsentia febrem faciunt, ita sui absentia, quæ per uacuationem habetur, febres tollitur. Neque obstat si quis Galenum obiiceret 11. meth. 14. ubi dicit, quod sanguinis missio nec obstructionem nec putredinem tollit, quæ duo cum in qualibet febre putrida reperiantur, ergo illius curatio ex sanguinis missione non sequetur. Cui dicendum, ex Galen. loco eodem, & aliis locis citatis, quod sanguis putridus sui euacuationem indicat non tamen per solam uenę sectionem, sed etiam pro purgationem per aluum, per lotium per sudoremq; faciendam; quæ materiæ uariantur tum pro uarietate speciei putredinis, tum etiam pro uirium robore & imbecillitate, ut antea notauimus: hoc ergo uoluit Galen. intelligere loco citato, quando dicit, quod obstructio & putredo non curantur per sanguinis missionem, uolens innuere, quod in febribus putridis ac proinde à putredine & obstructione pendentibus, non consequimur curationem per solam sanguinis missionem, sed aliis etiam remediorum materiis iam propositis. Hactenus ergo, patet quod sanguis peccans in quanto & quali seu forma, sui uacuationem indicat, reliquum est ut hoc ipsum etiam probetur de eodem sanguine ut peccat in motu & quiete. Quo ad motum attinet, is si secundum naturam moueatur, nihil erit agendum, sed totum onus naturæ relinquendum erit, præsertim si integram uacuationem fecerit, & per loca conuenientia; vt monebat etiam Hippocr. prima aphoris. Quæ iudicantur, inquit, et iudicata sunt integre &c. si autem motus iste à naturali statu recesserit, uel erit diminutus, uel superfluus, uel deprauatus, si sanguis diminute moueatur, sicut in stillicidio mensium contingit, tunc indicabit auxilium augens talem motum, consequenter, perfecte & integre euacuans totum illum sanguinem qui secundum naturam moueri & euacuari deberet. si uero idem sanguis superflue aut deprauate moueatur, indicabit auxilium auertens, & utrumque motum impediens. cuius auxilii materiæ cum non reperiantur, recurrendum erit ad causas facientes utrumque fluxum. & ab his nascentur auxilia utilia. Sanguis igitur immoderate & deprauate fluens per loca non conuenientia. uel hoc motu mouetur, q̃a facultas retentrix sit labefactata uel impedita si labefactata fuerit, hoc fit ob intemperiem humidiorem relaxantem ora uasorum sanguinem continentium, & tunc motus sanguinis ob talem causam præter naturam factus, indicabit auxilium auertens exiccando densando, & constringendo. Si eadem facultas impedita potius fuerit, dupliciter impediri potest,

Solutio.

Sanguis putridus multir materijs auxilij uacuantis posse educi.

Motus sãg. quid indicet

aph. 20. 21.

Motus sãg. præter naturam & diminutus qd indicet.

Motus superfluus & deprauatus sãguinis quid indicet.

Quæ sint cã motus superflui & deprauati.

Cã deprauati & immoderati motus dup. est.

Facultas labefactata.

test. primo ob vicium continentis, vel ipsius contenti, si ratione continentis fiet ob morbum in soluta vnitate vasorum, siue illa fuerint disrupta, siue exesa, & vterq; morbus indicabit auxilium auertens vniendo partes ita solutas; si autem peccatum fuerit ex parte contenti, cum hoc sanguis sit, illius vicia distinguenda, quorum causa motu incongruo mouetur, quare sanguis istæ peccare poterit in quanto, in quali, & motu, his enim de causis superfluę & deprauatę mouetur, imprimis concurrit per copiam qua natura nimis grauata, omni connatu nititur vt à tanto ponderi se exoneret, quod cum assequi aliter nequeat, quàm per illius euacuationem, ideo huic tota incubere solet, à quo sanguinis peccato per se primo semper indicatur auxilium vacuans sanguinē, quo pariter dictum fluxum auertimus, si ad locum minus conuenientem raptum habuerit, dummodo per partem oppositam, & rectitudine ac venarum societate seruata, id factum fuerit: Si autem peccet in quali, ea talis esse debet, rōne cuius idem sanguis ad motum satis superque disponatur, ut dum moueri incipit, eius motus à tali qualitate multum adiuuetur, quæ certè alia esse non potest quam illius caliditas, ad quam deinde consequitur tenuitas, & ad tenuitatem mouendi promptitudo, secundo comitari etiam solet mordacitas, quæ vim habet irritandi expultricem, vt sanguinem moueat impellendo, & ab hoc peccato oritur auxilium auertens refrigerando incrassando cōmoderando densando, viasque dilatando & constrigendo; quibus rationibus dicitur sanguis in ipso itinere sisti, & intercipi, quæ eadem parti recipienti admota, repellendo auertent. postremo si idem sanguis motu & quiete peccauerit, ex parte motus, siue ad locum inoportunum raptum habuerit, siue per conuenientem, superflue tamen euacuetur, semper indicabit auxilium auertens talem fluxum, quod duplex esse potest, reuulsorium & deriuatorium, & vtrunque agit mouendo, & auertendo motum sanguis ab eo loco in quem præter naturæ modum fluit: quæ auersio si facta fuerit ad loca opposita, longinqua, societatem consensumque habentia cum loco per quem fluxio præter naturam fit, & rectitudo seruetur, propriè uocabitur reuulsio, quæ vt rectè fiat quatuor enumeratas cōditiones requirit, intelligentes per oppositionem, quamlibet eius speciem secundum omnem dimensionem corporis factam, nempe secundum longitudinem, ut supra & infra, latitudinem, ut dextrum, & sinistrum, ante & retro. & pro funditatē, vt intus & extra; secundum quas omnes oppositionis locorumque differentias, se tenet etiam ipsa rectitudo, circa quam conditionem illud notare oportet, quod ad praxim multum confert, remotionem duplicē esse posse, magnam videlicet & maximam vt si in affectibus capitis in quibus curandis cōuenit sanguinis misio, imprimis si reuulsione vti voluerimus, possumus seccare uenam cubiti, quæ à loco affecto remota est, & uenam pedis quæ est remotissima, ut propterea

utriusque

Facultas impedita ratione continentis, & conuenti.

Conuentum dupliciter lęditur.

Contentum multipliciter peccare.

3. in 6. de vulg. morb. cap. 21.

Peccatum in copia.

Peccatū in quali.

11. Meth. 15.

13. Meth. 16.

11. Meth. 5. interceptio repulsio.

Peccatū in motu.

Reuulsio.

Reuulsio quatuor conditiones habet.

Oppositio multip. est.

Lōginquitas duplex est.

utriusq; loci hęc uenę sectio, sit materia auxilij euacuātis sanguinem reuellendo; in praxi tamen id est seruandum, ut potius remota, quā remotissima aperiatur, & ratio est, quia ad reuulsionem præter alias conditiones requiritur etiam uenarum societas, quam si medicus medendo neglexerit, cum Gal. dicendum, tale remedium uel nullū, uel tardum fore. reuellere igitur non aliud erit, quā sanguinem præter naturam fluentem in aliquem locum, in oppositum retrahere, seruata rectitudine, uenarum societate, ac debita distantia. Deriuādo autem eundem fluxum diuertimus, quotiescunq; materiam iam fluxam, non tamen in parte firmiter adhuc herentem, ad loca uicina auocamus, & ad latera transferimus; ad quæ loca propinqua illius translatio est longè facilior ac promptior, quam ad remotiora. Cæterum ut cognoscamus etiam materias auxilij reuellentis & deriuantis, supponere oportet utriusque auxilium perfici non expulsione intercerptione aut repulsione. sed potius attractione, ideo modi attrahendi sunt cognoscendi, quia secundum singulos reuulsio & deriuatio fieri potest. Constat autem attractionem tribus potissimum modis fieri posse, calore uidelicet dolore & ratione uacui, ex parte caloris oriuntur materiæ calefacientes, ex quibus fiunt rubificantia, synapismata, uesicatoria, ustiones, & huiusmodi; Materiæ auxilij dolore attrahentis, erunt ligaturæ dolorosæ, expillationes, punctiones, frictiones asperiores, & similia. Materiæ auxilij attrahentis, inaniendo sensibiliter sunt uacuationes factę per uenæ sectionem, per cucurbitulas, scharificatas, per hyrundines: quæ omnes materiæ partim conueniunt, & partim differunt, conueniunt quidem in eo, quia sunt materiæ auxilij attrahentis, differunt tamen secundum maiorem & minorem uim attrahendi. nam calorifica & dolorifica minus. Vacuātia autem magis attrahunt. ideo priora locum habebunt in fluxu sanguinis immoderato quidem, sed lento motu & sensim ac citra impetum facto, siue per loca cōuenientia, siue per aliena fluxerit, sic enim proportio seruabitur inter indicans & indicatum: & præsertim in istis erit insistendum, si uires ob immoderatum diuturnumque fluxum imbecilles redditæ fuerint; quæ sanè auxilia leniora facilè sustinebunt, ualentiora autem non nisi maiori sua iactura & interitu tollerabunt. quorum materiæ sunt uenæ sec. cucurbitulæ scharificatæ hirud. & huiusmodi, quarum usus potissimum habetur, ubi sanguis abundat, qui est principale indicans, & ubi uirium robur adest, quod est ipsum permittens; at in fluxu immoderato sanguis deficit, ut propterea indicetur potius auxilium replens quam innaniens. & uires sunt debiles, ut habeant rationem indicantis uitalis, & non permittentis nouam euacuationem à qua imbecillitatem maiorem recepturæ sunt, quare hoc genus auxilij prohibebunt. Quid igitur medico faciendum erit in tanto uitæ discrimine? Is certè omnia præstare debet, ut iuuet, coactus tamen necessitate, illa etiam administrare cogita-

In reuulsione quæ longinquitas sit seruanda

15. meth. 11.

Deriuare quid sit.

Reuulsio & attractio tribus modis fiunt.

Lib. de sec. uenę contra eras. cap. 8.

Materiæ auxilij attrahentis parui.

Materiæ magni auxilij.

Maritum in praxi seruādum.

gitur, quę euidenter nocent, dummodo ex eorum usu spes habeatur, ut maius sit futurum iuuamentum q̃ nocumentũ. Quemadmodum contingit in proposito fluxu immoderato, qui leuioribus præsidiis minime cedet, sed perseuerãdo, sumus certi de futura morte. & tunc debemus pro illo compescendo maiora tentari. cuiusmodi est auxilium euacuans sanguinem reuellendo, aut deriuando, siue id fiat cum uenæ sect. siue cum cucurbi. siue cum hyrudinibus. tales enim materiæ dicti auxilii maiorem uim habent auertendi immoderatum fluxum sanguinis, quia agunt innaniendo, & ratione uacui: quod cum natura unquàm admittat, magna uiolentia tunc sanguis attrahitur in illam partem, & ita fluxus illæ immoderatus magis sistitur. Ad quas materias non discendimus, nisi prius leuiora fuerint tentata, & præterea cum prædictione etiam sunt agenda, & quando ex eisdem maius iuuamentum quàm nocumentum speramus: Concludendum igitur erit, quod sanguis peccans ratione motus immoderati, uel deprauati, indicabit auxilium huic motui contrarium. Auertens uidelicet ne in locum illum fluat. quem scopum multis modis assequi possumus, nempe reuellendo, deriuando, intercipiendo, & reppellendo. quorum omnium auxiliorum materiæ facile inuenientur, si ad causas motus præter naturam respexerimus. quæ capi possunt à continẽte, & à contento. si à continẽte, hoc est, à caussis ipsis, tunc eorum fac. uel labefactata erit, uel imepdita. si labefactata fuerit, fit ob humidiorem intemperiam, à qua malorũ ora laxantur & aperiantur. quibus occurrendum erit cum exiccantibus & adstringentibus. si eadem impedita potius fuerit, hoc contingit, quia eadem uasa sint disrupta, uel exesa, disrumpuntur à nimia copia quæ indicat auxilium euacuans. exeduntur à caliditate & acrimonia materiæ, quæ indicat auxilium alterans in contrarium: si autem fluxus potius fiat ratione contenti nempe sanguinis, uel concurret ratione copiæ naturam grauando, & indicabit auxilium euacuans, uel ratione qualitatis, quia sit calidior, ac proinde tenuior, & mordacior, & ita indicabit auxilium intercipiens; hoc est refrigerans incrassans, & commoderans quãcunque sanguinis qualitatem; quib. eisdem utendum etiam est dum fluẽtem materiam uolumus ad contraria repellere, applicando dicta remedia parti suscipienti, uel susceptüræ, ne recipiat, & admittat talem fluxum: Idem sanguis si consideretur ut habet propensionem & impetum in locum minus conuenientem, uel in eundem etiam fluxerit ab eodem loco auertemus, reuellendo, aut deriuando; locum habet reuulsio, quando sanguis est in motu, locum autem habet deriuatio, quando sanguis in partem iam defluxit. fit autem reuuulsio & deriuatio tribus modis nempe calore, dolore, & euacuatione. differentia tñ est, quia præsidiis reuellentibus utimur in parte omnino longinqua societatem habente cum parte recipiente, & seruata rectitudine uena cum, de qua loquens Galen. 3. in primum proretic. 53. si ex altera nare, in-

Quando prę stat nociua adhibere.

Natura nõ admittit uacuum.

Epilogus.

Auersio multis modis fieri potest.

Causæ motus præter naturam à duobus capiuntur.

quit, sãguis fluxerit, uena humeri eiusdẽ lateris secũda est, si ex utraq; nare utriusq; ẽt cubiti uenę aperiẽdę erũt: deriuatio aũt fit à loco ꝓpinquo parti affectæ, de qua pariter loquẽs Gal. 6. de tuen. 12. mouet qđ in fluxione capitis ad oculos & aures, debemus deriuare per uicinas partes, qđ fit qñ materiã ad nares, trahimus: Si deĩde peccatũ fuerit inquiete, sicut contingit in suppressione menstruorũ in qua cõsuetus fluxus sanguinis per uterum ablatus est, talis quies indicabit auxilii excitans sanguinẽ ad motũ, cuius materiæ cũ pariter non reperiãtur nisi ad cãs huius quietis ascẽdamus, iõ tales erũt prius cognoscẽdæ, & ab illis hauriẽda erunt auxilia utilia, quiescit igitur sanguis ꝑter naturã, uel uitio cõtinentis, uel cõtenti si cõtinẽtis, cõcurrit, uel quia illius facultas sit labefactata, uel impedita, si labefactata fuerit, in cã erit intẽperies frigidior uel cu siccitate ẽt cõiuncta, & rõne huius, consuetus motus sanguinis ꝓuocabitur cũ auxilio calefaciẽte, uel calefaciente & humectãte simul. Si aũt eiusdẽ facultas impedita potius fuerit, impediri põt, à causis externis & inrernis, ab externis quidem ut ab ambiente frigidiori, uel ex mora diuturna in acqua frigida, horum enim causa densantur & constringuntur uasa. quorum pariter uitium indicabit auxilium calefaciens & humectans consequenter aperiens, & rellaxans. si autem magis concurrant causæ internæ tales eiusmodi erunt, ut ora & cauitates uenarum amittant suam debitam latitudinem. quæ causæ ex Galen. agunt obstruendo constipando, comprimendo, subsidendo, & vniendo: si concurrat causa obstruens, cum esse possit copia materiæ, crassities, & lentor. copia indicabit auxilium euacuans, crassities auxilium attenuans, lentor auxilium detergens: si concurrat causa constipas, cum hæc sit caro præter naturam, uel callus adnatus indicabitur auxiliũ eradicans. Si concurrat cã coalescens, talis coalescẽtia erit separanda & diuidenda. de qua Gal. etiam loquebatur, dicens qđ in aliquib. ex præcedente ulceratione labiorũ, uel digitorum sequuta fuit earumdẽ partiũ coalescẽtia & cõiunctio.

Sanguis ut peccat quiete quid indicet.

Sanguis pręter naturã quiescit ob multas cãs.

Lib. de causis mor. c. 9

Cã obstruẽs

Cã cõstipãs.

Causa coalescens.

2. de offi. medi. 25.

Si concurrat causa subsidens, hæc fieri potius solet ratione uacui, & causarũ, inanienti um, & hæc locum non habet in suppressione menstruorũ in qua supponimus sanguinẽ copiosum intus cohiberi.

Cã subsidẽs.

Postremo concurrit causa comprimens quæ esse solet tumor aliquis extrinsecus comprimens eadem uasa: ex hac multiplici causa faciente suppressionem, sicut multiplicia auxilia utilia nascuntur, ita multiplices auxiliorum materiæ habentur, si namque suppressio hæc fiat labefactata facultate ab intemperie frigidiori & sicciori continentis, si cum contrariis, dictam intemperiem remouerimus, simul etiam materiam, ob eam causam, quiescentem, ad consuetum motum prouocabimus, de materiis autem huius auxilii loquemur, quando de pharmacia sermo erit: si autem facultas impedita potius fuerit, & primo ab externis causis refrigerantibus densantibus, & ora uasorum adstringentibus, huic pariter occurrendum erit cum calefacientibus

Cã comprimens.

De materijs auxiliorum.

Materiæ auxilij alterãtis.

cientibus & humectantibus. quibus adstrictio dictorum uasorum tollitur, de quibus pariter in sermone de pharmacia agetur; Si autem concurrant causæ internæ angustando cauitates & ora uenarum; imprimis si causa comprimens fuerit, nempe aliquis tumor, concitatio motus, & suppressi sanguinis fluxio, consistet in ablatione dicti tumoris, de cuius curatione alibi est loquendum; si causa subsidentiam fecerit in eisdem uasis, cum ea fiat ex insigni innanitione, partes ita innanitæ replendę erunt cū alimento. At de alimento sermo habendus est infra, quando de ratione uictus loquar. Si causa coalescentiam fecerit ob præcedens ulcus nihil dicendum, quia est incurabilis: similiter dicendum de causa constipante, præsertim si partes uteri pœniores occupauerit. At si causa obstruens potius fuerit, si à materia crassa & uiscida pendeat recurrēdum erit ad materias auxilii alterantis, per attenuantia & detergentia, de quibus pariter copiose agetur in sermone de pharmacia. At si talis obstructio facta potius fuerit à copia materiæ, si materia hæc longe distauerit à sanguinis natura, illa erit purganda de materiis autem purgantibus quemcunq; humorem infra sermo habebitur. At si eadem materia sanguinea potius fuerit, uel à sanguinis natura parum distauerit, euacuanda erit per sanguinis missionem. quo auxilio non solum occurrimus sanguini cohibito, ratione qua abundat, sed etiam ratione qua pręter naturam quiescit, & ad motum factus est torpidus & ineptus. ad motum autem excitatur ab his quæ uiolenter illum attrahunt: quæ autem attrahunt leuiora & ualentiora esse possunt, materiæ leuioris attrahentis sunt ea omnia quæ partem ad quam cupimus attrahere, calefaciunt, uel dolentem reddunt. quibus si scopum non assequimur, cogimur accedere ad sanguinis missionem, quæ est materia ualentioris auxilii attrahentis, hmôi autem erunt non solum cucurbitulæ scarificatę, sed lōge magis sectio uenę tali, maleollorum, uel poplitis; dum autem habetur scopus mittendi sanguinis, cū mitti possit materia magni & parui auxilii, quænam adhibenda sit distinguemus, respicientes ad genus plenitudinis, quæ esse potest magna uehemens & uniuersalis, uel parua remissa & determinata, prior plenitudo actu uel potestate producit morbum magnum, & uehemētem, qui semper est indiciū, & signum magnæ plenitudinis, ac proinde indicabit hæc plenitudo, auxilium magnum sanguinem euacuans; cuius materia est uenę sectio; quæ si respexerit plenitudinem magnam præsentem, actuq; facientem morbum uehementem, erit materia magni auxilii curatorii sanguinem uacuantis, si autem imminentē. erit materia magni auxilii sed præseruatorii si autem plenitudo fuerit parua remissior & partialis, ac proinde morbum etiam paruum & remissiorem fecerit, tunc morbus iste ratione qua est indiciū paruæ plenitudinis indicabit auxilium uacuās sanguinē paruū, cuius materiæ sūt multæ, & inter se etiā differentes in magnitudine, cuiusmodi sunt cucurbitulæ, hyrundines

Materiæ auxilij tollētis cām comprimentē.

Materiæ auxilij replentis.

Materiæ auxilij tollētis coalescentiam.

Materiæ auxilij erradicantis.

Materiæ auxilij tollētis cās obstruc.

Materiæ auxilij uiolenter attrahētis sanguinē

Genus auxilij.

Lib. curati. per uenæ sectio. 9.

frictio-

frictiones & similia; Neque obstat si quis Gal. obijceret quarto, de ratione vic. in acutis 19. vbi loquens de scopis mittendi sanguinis nihil meminit de illius peccatis hucusq; explicatis, in quanto videlicet in forma & motu, sed longe aliter loquens, statuit tres alios esse scopos, morbum scilicet magnum, ætatem florentem, & uirium robur. & 4. Metho. 6. inquit quod interdum conuenit mittere sanguinem, etiam si plenitudinis signa non apparuerint, sed morbo magno existente, & virtute valida tutto licet sanguinem mittere: quo loco adducit etiam exemplum de his qui ab alto cæciderunt, quibus vacuatio sanguinis iuuat, etiam si ante casum integra sanitate funerentur, & sanguinis redundantiæ omnino expertes fuerint: quibus auctoritatibus dicendum, quod Gal. ibi non loquitur de veris indicantibus sanguinis missionem per uenæ sectionem, sed potius de signis maximè necessarijs, ut à medico considerentur, dum adest redundantia sanguinis in toto, uel in parte, si debet absque errore, non dixerim, sanguinem simpliciter mittere, sed uenam secare, quæ cum sit materia non solum auxilij uacuantis sanguinem, sed auxilij magni non potest ab alio inditari, quam ab ipsa plenitudine sanguinis, & non à plenitudine simpliciter, sed à plenitudine vehementi, siue hæc fuerit quo ad uasa, siue quo ad vires, siue in toto corpore, siue in parte determinata: cuius causæ seu plenitudinis magnitudo & vehementia, cum necessario producat non solum morbum, sed etiam morbum magnum, siue actu, siue potestate talis fuerit, ideo morbus magnus à dicta plenitudine factus, sicut est effectus dictæ causæ, ita per ipsum tamquam per signum notius ascendere possumus in cognitionem suæ causæ principaliter, & per se indicantis magnum auxilium vacuans sanguinem: morbus autem magnus per se minimè indicabit dictum auxilium, sed per accidens & tamquam signum connotans dictam sanguinis plenitudinem, & ita Galen. vbique debet intelligi quando decernere uidetur, magnitudinem morbi indicare uenæ sectionem: confirmatur hæc ueritas, quia si morbus magnus per se primo indicaret sanguinis missionem per uenæ sectionem, sequeretur quod omni morbo magno hęc cōpeteret, quod est falsum: sunt enim multi morbi magni quorum curatio per uenæ sectionem acquiri minimè potest, quemadmodum sunt illi omnes qui dependent ab alijs humoribus longè distantibus à sanguinis natura, & citra aliquam sanguinis redundantiam, sicut est hydrope, paralipsis, appoplesia, & similes, qui purgatione potius pharmaco facienda, quā sanguinis euacuatione indigent, & ideo Gal. loco citato dicit magnitudinem morbi indicare uel sanguinis uacuationem, uel purgationem, quia ibi nō loquitur de proprio & principaliter indicante, cum ab uno non nisi unum indicari debeat; sed per aduersarium magnus morbus indicat per se sanguinis missionem, ergo non poterit indicare purgationem; imò Gal. in eodem capite pugnantia diceret. At si dixerimus quod

Obiectio.

Cōfirmatio.

Solutio.

Locus Gal. explicatur.

Morbus magnus per accidens sang. missionē indicat.

Cōfirmatio.

4. Metho. 6.

Cōfirmatio.

loquitur de magnitudine morbi, vt de signo indicante magnitudinē & uehementiam causæ, tolletur omnis controuersia. hæc enim morbi magnitudo, indicabit ut signum, auxilium magnum sanguinē euacuans, connotando magnam plenitudinem sanguinis: Eadem indicabit purgans medicamentum, si sequuta fuerit magnitudinem alterius humoris ualde distantis à natura sanguinis. Quo uerò ad uirtutem attinet, hæc pariter nullam habet uim indicādi aliquam euacuationem, siue per sanguinis missionem, siue per pharmacum purgans facta fuerit, nec per se, nec per accidens, sed solum permittentis, aut prohibentis, pro ut robusta uel imbecillis fuerit, robusta enim permittit magnum auxilium à magna plenitudine semper vehementiæ causę primo indicatum, imbecillis autem potius prohibebit. Cognoscitur autem uirtutis robur ex multis signis, sicuti etiam cognoscebatur magnitudo plenitudinis, potissimum autem ex ætate florente, ut omittam corporis habitum, consuetudinem, sexum, vitæ industriam, & similia, ex quibus signis nullum efficacius habetur ad indicandam virtutem robustam ipsa ætate florente, ut quamuis cætera signa simul non concurrant, hoc tamen unicum si adfuerit, sufficiens erit ad indicandum uirtutis robur, prout habere debet rationem permittentis magnum auxilium: quod fortasse in causa etiam fuit, ut Gal. 4. illo de ratione uict. 19. loquens de scopis mittendi sanguinis, ex parte signorum indicantium uirtutem robustam, solum de florente ætate meminerit: quæ ut sola est sufficiens signum robustæ uirtutis permittentis, ita morbi magnitudo satis est ad significandam magnitudinem plenitudinis sanguinis ut ex tali magnitudine & ætate florente, tamquam per notiora satis indicetur dictum auxilium sanguinis euacuatorium, quod cum in suppressione menstruorum locum habeat, illudque in usum uenire possit materia magni & parui auxilij, satis ex dictis constat, quod si magna fuerit plenitudo, ut inde magna etiam suppressio sequatur, materia etiam magni auxilij adhibenda erit, cuiusmodi est uenæ sectio, at si plenitudo parua fuerit, ut ipsius ratione remissior suppressio habentur indicabitur sanguinis missio debiliori auxilio facienda, cuius materiæ erunt hyrundines, frictiones, cucurbitulæ scharificatæ, & non scharificatæ, & similes; Cæterum cum utraque auxilij materia sanguinem euacuare possimus, in magna & in parua copia, unica uel pluribus uicibus, distinguemus quantitatem continuam respicientes ad maiorem & minorem excessum sanguinis redundantis, ut merito sanguinis copiose admodum peccantis, largior euacuatio facienda sit, merito minoris excessus parcior habenda erit, cognoscemus autem utrunque excessum respicientes ad corporis habitū, temperamentū, ætatem, colorem, uenarū latitudinem, anni tempus, & prægressam uictus rationem, quæ omnia ubi simul conspirauerint in attestando magnum sanguinis excessum, & plenitudinem uidelicet, & quo ad uasa, & agendo in

Virtus per se nunquam indicat auxiliū uacuans.

Signa indicantia uirtutis robur.

Etas florens est signū efficax, uirtutis robustę.

Locus Gal. explicatur.

In suppres. menstr. modo conuenit materia magni auxilij uac. modo parui.

Quātum agendum.

Signa indicantia maiorem & minorem plenitudinem sanguinis.

do in corpus uehementer agat,& morbum magnum faciat, indicatio orietur, non solum uacuandi sanguinis, sed etiam in magna copia: Ad quod præstãdum concurrit etiam uirtus robusta, non quidem ut per se indicans dictum auxilium euacuans sanguinem in magna copia,sed potius ut permittens.& citra sui iacturam sustinens copiosam euacuationem: At ubi sanguis parum excesserit, in minori etiam copia educendus erit: Hinc Paulus reijciendus qui loquens de quantitate sanguinis uacuandi in suppressione menstruorum, statuit minorem quantitatem sanguinis uacuandi esse libram unam, maiorem uerò esse libras duas; ad quod affirmandum solido fundamento non innititur, cum mõ in maiori mõ in minori copia euacuare expediat; iõ hanc mensuram longe melius cognoscemus,si cum eodem Gal. ad propositos scopos respexerimus;& confirmatur eiusdem authoritate 6.epid. cõt.3. textu 29.ubi recitat hystoriam de muliere æmaciata,cui ob suppressa menstrua,per octo & plures menses, sanguinem detraxit, non semel aut bis,sed ter,& non libram unam aut duas, sed tres,per quam euacuationem liberatam fuisse testatur à diuturna illa suppressione.Hãc igitur copiã si Gal.in dicta muliere detraxit,in qua ẽt si uenę turgidæ conspicerentur, non tamen adderat illa plenitudo uniuersalis, & quo ad uasa, quoniam erat emaciata, quid eum fecisse cogitandum erit, si optime carnosa & simpliciter plethorica extitisset:Cęterũ sanguis dũ in magna uel parua quantitate euacuatur,cum id fieri possit semel,& bis,aut pluries,ut distinguamus hoc,nõ solum ad eandem plenitudinem respicere debemus,uerũ etiã ad uirium robur,& imbecillitatem tum præsentem,tum futuram, si enim adfuerit in sanguine peccatum magnum ex parte copiæ,ratione cuius actu ꝓducatur morbus magnus,uel immineat ne magnus statim fiat tunc rõne dicti excessus magni nõ solum sanguis in magna q̃titate erit uacuãdus,uerũ etiã rõne morbi uehemẽtis,uel imminẽtis q̃ primũ magna hæc copia educenda erit. At cita euacuatio fit non per interposita interualla,& diuersis tẽporibus,sed uno potius & eodẽ tẽpore faciẽda est, ac proinde semel totus excessus erit minuẽdus,nõ autẽ pluribus uicibus extrahendus:de qua euacuatione Hyp. ẽt loquebatur prima particula aph. 3.ubi loquẽs de habitu bono athletarum, ratione cuius imminet suffocatio, uel uasorũ disruptio,monet, huiusmodi habitum confertim uacuandum esse,ac proinde unica uice,& non pluribus: Ad quod pręstandum non sufficit intueri plenitudinem & illius agendi in corpus uehementiam,sed oportet etiam nos ad uirtutem oculos dirigere, considerando an sit simpliciter robusta, hoc est in præsentia & in futurum, an potius secundum quid. hinc contingit quando in præsentia tantum robur seruat, ex superuenienti autem euacuatione, præsertim si copiosa & semel facta,fuerit concidit, si namque absolute robusta fuerit, facile tollerabit copiosam euacuationem,& semel etiam factam.

Paulus improbatur.

Hystoria.

Quantitas discreta.

Quæ indicẽt uacuationẽ cito faciendam.

Virtus modo permittit mõ prohibet citam & copiosã euacuationẽ semel faciendam.

Virtus simpliciter robusta facile tollerat uacuationem copiosam.

At

Virtus secũdum quid robusta quàm euac. permittat.

At si secundum quid tantum ualida extiterit, citra euidentem,& magnam sui iacturam dictam euacuationem sustinere minime poterit, sed potius illam prohibebit; atq; tunc tutius est dictam euacuationem & peccatum sanguinis in quanto auferre, partitis repetitisque uiribus,quam semel & largius euacuare; quia tales uires minori detrimento dictam uacuationem reiteratam, quàm unica vice factam, sustinebunt:quod etiam in suppressione mẽstruorum seruari debet,si contingat vires non admodum & simpliciter ualidas esse. & præsertim ubi scopus fuerit per talem euacuationem motum & impetum dare sanguini suppresso,& iam diu quiescenti; quod facilius assequimur per euacuationem repetitam, quam semel tantum adhibitam; quod etiam Galen.iure seruauit, in dicta muliere emaciata.

Ad rectam administrationem inuentorum auxiliorum non sufficit callere quantitatẽ tum continuam, tum discretam materiæ euacuandæ, sed maxime etiam refert cognoscere locum conuenientem, per quem dicta euacuatio molienda est; de quo in præsentia est intentio tractare. Hunc igitur locum,quo attinet ad præsens institutum, distinguemus,si ad eundem sanguinem respexerimus,sed merito subsistentiæ consideratum,qua ratione uidere imprimis oportet, an dictus sãguis,redundet secundum corpus uniuersum, uel partem determinatam,& si secundum totũ,an absolute & æqualiter,uel secundũ quid, & alicuius partis determinatæ gratia, si namq; in ꝓposita muliere curanda sanguis ratione totius,& simpliciter abundauerit;sicut contingere solet in habitu plethorico, & præterea ad sit etiam plenitudo partis, nempe ipsius uteri, ex duplici hac plenitudine, & sanguinis subsistẽtia in parte,& toto, oritur indicatio mittẽdi sãguinis per duo loca, sic eñ utriq; plenitudini occurrimus; Itaq; merito plenitudinis communis & æqualis nulla alia parte affecta & reppleta, quælibet uena indifferenter aperiri potest, ex Gal.cõtra eras.cap. 19. in hac tamen consueuimus communem uenam magis, quàm aliam pertũdere; tum quia hæc est magis conspicua, & à fonte, ubi sanguis generatur magis educit, & habitum plethoricum alioquin periculosum quàm citissime soluere consueuit. Merito autem plenitudinis determinatæ, & ex parte vteri aperienda est uena poplitis, uel malleolli.& ideo Galen.sibi ipsi semper constans 10. de compos. medic. 2.in dolore coxendico citra plenitudinem totius, iubet seccandam esse uenam inferiorem tantum; quod si in toto etiam plenitudo fuerit,præmittit sectionem uenæ superioris & cubiti. Vt hinc facili negotio Gal. & Ætius conciliari possint Galen. enim in libro de curandi ratione per uenæ sectionem 2. & passim, in suppressis menstruis iubere uidetur seccandam esse uenam maleolli, nequaquam autem ipsius cibiti,illa enim suppressam purgationem prouocat, hæc autem reuellendo magis supprimit;contra Ætius lib. 16. cap. 51. vtramque seccari uoluit;Diuersitatis huius ratio est,quia Galen. loco citato, ad ple-

Locus per quẽ uacuatio facienda est, à quo in dicetur.

à plenitudine uniuersali quis locus indicetur.

Plenitudo partis quẽ locum indicet.

Conciliatur Gal.cũ Aetio.

plenitudinem determinatã tantum respexit, Ætius autem ad utrãq;.

Dum autem ita expedit, ut ex duplici loco sanguis educatur, cognoscẽdus adhuc superest ordo seruãdus. An.s. priori loco cõis uena aperiẽda sit ad totius plenitudinẽ primo respiciẽdo, deinde vena maleolli, respiciẽtes ad plenitudinẽ partis, uel potius uicæ uersa progrediendũ sit; ut procul ab omni errore curatio incedat oportet oculos dirigere ad generationẽ & ordinem utriusque plenitudinis, qm̃ quæ prior fuerit, & ueluti alterius causa, illi etiam primo occurrẽdum est tali enim progressu utrique plenitudini satisfaciemus, & mulierem curabimus; hoc autem ordine neglecto, & pręposterato, maius erit nocumentum quàm iuuamentum; quapropter in hac duplici plenitudine proposita, à sectione uenæ cubiti omnino incipiendum erit per hanc enim totius plenitudinẽ minuimus & simul determinatę opem ferimus. Nam ex præcedente euac. per cubitum facta non solum totius plenitudinem tollimus, sed sanguinem quoque reuellimus, qui cum impetu in uterum flueret, & maiorẽ suppressionem faceret: si autem uenæ inferioris sectio præmitteretur, maior fieret sanguinis præcipitatio à toto corpore in uterum ita innanitum, & tunc obstructio uteri magis augeretur.

Ordo seruãdus quando ex duplici uena sang. uacuatur. Quæ demostrent ordinem seruandum in uenis seccãdis

At si à uena cubiti auspicemur, quæ totius plenitudinem respicit maiori, tum utilitate inferior secari deinde poterit, & hac ratione utraq plenitudo communis & determinata è medio tolletur, Ex hac proposita resolutione respiciente locũ euacuandi sanguinis, in cæteris quoq; affectib. infernarũ partiũ renũ in q̃, uescicæ, testiũ, & hmõi quisque facile poterit opportunum locum secundę uenæ inuenire.

Quod ubiq; Gal. etiam monuit. ut 10. de cõpos. med. 2. lib. de curandi rõne per uenæ sec. cõtra Erass. 18. 13. Meth. 11. & primo in sextum de uulgaribus morbis cap. 6. ubiq; statuens quod affectis partib. infra renes secunda sit uena poplitis, aut maleolli, contra si partes fuerint supra renes, uenam cubiti secandam etiam iubet semper tamen rectitudo, & uasorum societas seruanda erit cum loco affecto: Nec sufficit pro integra notitia loci in quo uena seccanda est, ut tantum cognoscamus, locum opportunum sectionis uenę esse in partibus infernis secundum crura aut fœmora. uel in supernis, secundum brachia, sed cum uenæ infernæ aliæ sint in parte dextra, aliæ in sinistra, similiter etiam de supernis dicendum, & secundum utrunq; latus adhuc eædem uenæ esse possint longinq; à loco affecto, uel propinquę, & quęcunq; fueriut obliquitatem aut rectitudinem seruẽt cum eodẽ loco affecto, ideo ut in ea re nihil amplius desiderari possit, distinguere oportebit dicta loca, & situs differentias; locus itaq; dexter aut sinister distinguetur & eadem sanguinis subsistentia in uno quàm in altero latere, q. cognoscemus ex symptomatibus, quæ hoc magis quã illud latus infestabũt; quemadmodum si in suppressione uteri mulier magis conqueratur de dolore grauitate & similibus secundum partem

Cõfirmatio solutionis.

Venarũ differentiæ secundum omnem situm considerandæ sunt.

A quo indicetur sectio uenæ dextri & sinistri lateris.

partem dextram quàm sinistram, uena etiam eiusdem affecti lateris aperienda erit; hæc enim maiorem habet affinitatem, & societatem cum eodem latere affecto; quàm cum altero ratione cuius societatis remedium est magis efficax & citum; ad quod Gal. etiam respiciens lib. de sanguinis mis. per nenæ sec. contra Erasist. cap. 11. dicebat quod persistendo immoderato fluxu sanguinis narium præsentaneum remedium est aperire venam cubiti ex directo respondētem, cum nare affecta: & si ex utraq; nare fluxerit, utriusque etiam cubiti uenam aperire proficuum erit. Cęterum cum secundum utrumq; latus uenę reperiantur propinquiores & remotiores à loco affecto, ut etiam exactę sciamus determinatum locum, respiciendum est in eundem sanguinem, prout in uterum fluxus est, uel fluxurus, uel in fluxu, ut habetur etiam à Galen. libro de uenę sectione contra eras. cap. 11. & 19. 13. meth. 11. ubi inquit quod in phlegmone incipiēti, auxilio euacuãte sanguinem reuellendo indigemus in phlegmone facto, & inueterato, ex ipsamet parte affecta educendus est; quod si assequi non possumus, saltem ex uicinis, & deriuando mittendus erit: Quod ipsum etiam dicendum est de suppresso sanguine in utero, qui si iam in uterum fluxerit, & diu etiam consueta fluxio cohibita fuerit, ex ipsomet utero, si fieri posset, uacuandus esset, quod cum fieri nequeat, ex uicinis partibus deriuando educendus erit; Cui tamen maiorem impetum dabimus, si præcesserit sectio uenæ poplitis, aut maleolli, quia ratione talis innanitionis & uacui præcedentis, melius & efficatius sequitur sanguinis in utero quiescentis commotio, & eiusdem fluxio ad innanitas partes in loco propinquo, natura enim quæ uacuum non admittit, magno conatu & uiolētia cogitur partes innanitas replere.

Pro sistendo fluxu sang. narium remedium cōsentaneum.

Quæ indicent sectionē uenæ in loco magis determinato eiusdem lateris.

In suppres. mest. nō eadem uena semper aperienda.

Hæc cum ita sint, tempus etiam opportunum agendi seruandum erit, quod licet à quantitate & qualitate auxilii inuenti, realiter distinctum minime uideatur, ut à Gal. etiam habetur libro artis medic. cap. 84. quod enim indicat quantitatem & qualitatem auxilij administrandi, simul etiam tempus operandi significare uidetur, facilioris tamen, clariorisq; doctrinę gratia, de tempore agam, ut est indicatum, à cæteris distinctum: Indicatur igitur tempus conueniens mittendi sanguinis, ab eodem sanguine ut in præsentia peccat in quanto in forma, uel motu. At in suppressione menstruorum adest pręsentia plenitudinis, à qua etiam indicatur tempus addesse, quo sanguis mitti debet, uerum sufficere non uidetur, ut ita generatim sciamus, quod quã diu sanguis suppressus ē, tamdiu etiã nobis liceat sanguinē euacuare; sed distinctæ magis cognoscere oportet tempus determinatum. non quia tempus dies aut hora per se indicent, uel prohibeant, quemadmodum etiam nec aer, anni tempus, & huiusmodi, nisi per accidēs, hoc est ratione uirium, quarum sunt signa indicantia illarum robur, & imbecillitatem, ut non immerito Galen. libro de uenæ sec. contra

Tempus secãdæ uenæ.

A quo indicetur tempus mittendi sang.

Tēpus p se non indicat.

Era-

Erasist. decernat, in quocunq; morbi tempore sanguinem mitti posse, dummodo ad sit principaliter indicãs pro est peccatum sanguinis in copia, & nihil prohibeat. nihil autem prohibebit, si virtus robusta fuerit; & ideo eos reprobat qui uolebant ante quartam semper esse mittendum sanguinem, cum tamen, in secunda etiam die cogamur quandoq; desistere à tali auxilio, ut si uires tunc temporis imbecilles fuerint: Aliquando in 20. etiam die, tutto & cum patientis beneficio sanguinem detrahimus, quod fit, si ad fuerit plenitudo sanguinis cum uirium robore permittente: in suppressis autem menstruis statuunt quidam, quod in mulieribus iunioribus, opportunè mittendus sit sanguis, in prima uel secũda quadra lunæ, in ætate uerò prouectioribus, tertiam & quartã quadram magis elligunt; Alij autem magis probãt, ut in omnibus mulieribus, in quibus conuenit sanguinis uacuatio luna decrescente educatur, ea ratione moti, quia hoc tempore, ob calorem magis diminutum humores uacuandi plurimum abundant. At Galen. statuit longe opportunius tẽpus fore, per duos uel tres dies ante tempus consuetæ euacuationis, nec iniuria, quia hoc potissimum tempore natura incipit mouere ut naturalem & consuetam uacuationem molliatur; cuius connatus cum innanes sint, ideo tunc maxime auxilium expetit, ac proinde sanguinis missionem: Cæterum cum partes diei plures sint, ut integra & absoluta cognitio huius temporis habeatur. Notandum est, illud fore opportunius, in quo naturæ opera minime perturbantur, cuiusmodi est illud, in quo cibi concoctio, uel illius distributio non impeditur, ideo statim à cibo minime conuenit talem uacuationem præstare. & præsertim quia hoc tempore ob innanitionem uenarum, attractio fieret alterius materiæ crudioris, & non dum concoctæ, & ita obstructiones producerentur; his ergo & alijs de causis longe melius & tutius erit ante cibum uacuare sanguinem. Tandem cum hoc fieri adhuc possit ante prandium, & ante cœnam. quod nam ex istis erit magis conueniens; dicendũ, quod matutinum tempus semper est præferendum uespertino. & ratio est, quia sicut manæ est melior pars diei, quia ad lucem tendimus contra uespertina pars est minus bona, quia ad tenebras conuertitur, ita in corporibus nostris cõtingit, in quibus sanguis, & spiritus modo à centro ad circunferentiam mouentur, ut in tempore matutino accedit. modo uice uersa, à circunferentia ad centrum reuertuntur, ut in uesperi fieri solet, ideo illud tempus diei erit magis opportunum ad sãguinem euacuandum, in quo natura magis consentit & fauet, sed matutino tempore magis consentit, quoniam eodem prorsus motu mouetur secundum naturam, quo etiam per artem, nempe per uenæ sectionem moueri consueuit, ob quem communem consensum artis & naturæ in motu sanguinis, melior & fœlicior euacuatio succeditur: oppositum fit uesperi, quo tempore ad tenebras tendimus. & sanguis pariter unà cum spiritibus ad centrũ mouentur, quo tempore si sanguis

Cap. 20.

Permittens mis. sang.

Improb. antiqui circa tempus mittẽdi sãg.

Opinio aliorum de tempore mittendi sang.

Gal. opinio. lib. curatiuo per uenæ sec. cap. 20.

In qua parte diei magis cõueniat sang. missio.

Statim à cibo non licere uacuare.

An ante prandium, uel ante cenã magis cõueniat sanguinem uacuare.

Tẽpus matutinum cur magis accõmodatũ ad sang. uac.

Naturā citra molestiā non sustinere motus cōtrarios.

Epilogus.

guis per uenæ sectionē euacuetur, cum motu cōtrario illum moueat, iō natura maiori molestia cōtrarios motus sustinendo patietur; & cōsequenter tale tēpus ad euacuationem sanguinis erit minus idoneū: Quod autem hoc tempus prohibere posset. esset accessio alicuius febris, uirium imbecillitas, & huiusmodi. At ubi sola aderit suppressio, ab eo tempore nunquam discedendum erit: concludendum est: itaque uacuationis sanguinis opportunum tempus, indicari à præsentia plenitudinis, ut principaliter indicantis, & absentia prohibentis, & quia tempus in quo suppressa sunt menstrua magnam habet latitudinem, ideo cum Galen. conuenientius illud erit, in quo natura proximior est consuetæ euacuationi, ad quam præstandam, quælibet diei pars non est æque accomodata, sed quæ cibum præcedit, cæteris præferri debet: hac enim ratione naturam nimio pondere oppressam, subleuamus, robustioremq; reddimus, ut in posterum consuetam euacuationem sponte repetere ualeat. Postremo loco occurrit modus qui in sanguinis missione seruari debet, qui nobis indicabitur à naturali constitutione uenarum continentium, & à natura substantiaq; contenti sanguinis ut merito constitutionis uenæ seccandæ cum sit corpus concauum, unica constans tunica, multiplici tamen fibrarum seu uillorum genere est contexta, rectis in quam latitudinalibus, & transuersis, quibus omnibus eget in explendis naturę motibus per rectos enim attrahit, per obliquos constringendo retinet, per transuersos autem expellit; & sub qualibet uena sua subiacet arteria, ex Gal. citatis locis, quapropter vena ratione qua est corpus concauum sanguine plenum secari debet secundum unicam eius superficiem, & secundum illā quæ in conspectu magis habetur, hæc enim satis superq; sufficit pro sanguine euacuando. & præterea à subiecta illi arteria, prohibetur illius perforatio, secundum alteram eius superficiem, quę intus magis delitescit, & arteriæ propinquior est; quoniam periculū; immineret, ne dicta arteria simul uulneraretur, quæ cum spiritu repleta sit, magna illius resolutio fieret, nec citra insignem uirium iacturam. Eadem vena ratione qua ex dictis fibris contexta est, ea ratio in eiusdem sectione habenda erit, ut naturę motus propositi integri seruentur, quod nos assequimur si prætermissa sectione per longitudinē & transuersum facta, ad aliquam obliquitatem potius declinemus: Tandem si ad ipsum contentum etiam respexerimus, cum sanguis sit, isq; crassior & tenuior esse possit, merito tenuioris foramen angustius sufficiet, & præterea, cum ob tenuitatem & caliditatem, ad motum & exitum sit satis promptus, absq; aliqua pręcedente dispositione statim ipsum mittere possumus. At si frigidior & crassior fuerit cum iste ad motum sit segnis & nimis tardus, indicat ut prius calefiat & attenuetur, quod assequimur, si ante uenæ sectionem præcesserint frictiones secundum longitudinem totius brachij factæ quibus ita peractis, tutius ac melius ipsum educemus; & pręsertim si foramē

Modus secādæ uenæ.

Lib. de annatomicis admi. c. 12. 10. meth. cap. 11. 16. de usu par. cap. 2.

Venam non esse perforandam secundum totum suum corpus.

Vena oblique seccandæ.

Foramen angustā adhibendū ubi san. tenuior fuerit.

Foramen latius faciendum ubi sanguis crassior fuerit.

paulo

paulo latius factum fuerit,quod si neglectum extiterit, foramenque angustius fiat,tunc exibit pars tenuior,crassior autem intus manebit, & ita fine proprio frustrabimur.

De Cucurbitulis. Cap.XXXII.

VBI autem non aderit magna repletio sanguinis, sicut contingit in muliere quæ plethorica non sit, uel sanguis aliqua ex parte euacuetur per uterum uel alia loca,ut ratione relictæ plenitudinis adhuc expediat sanguinem mittere, tunc debiliori auxilio utendum erit,cuius materia erunt cucurbitulæ scarificatæ,quæ potissimum admouendę etiam erunt, si uires non ita fuerint robustę,& pręterea etiã si redundans sanguis tenuis fuerit, ut per cucurbitulas facilè egredi possit,quod cognoscemus, respiciẽtes ad temperaturam cholericam, corporis,habitum gracilem,& pręgressam uictus rationem ad quę respiciens etiam Galen.lib.curatiuo per uenæ sec. contra erasſ. cap. 11. monebat,quod in muliere alba, quæ sanguinem tenuem producere solet,scharificanda sunt crura & maleola, & presertim si uenæ angustiores fuerint;in nigriore autem in qua sanguis est crassior, & melancolicus,per uenæ sectionem magis iuuabuntur, & præsertim si uenæ latiores fuerint: mittẽdus autẽ erit in minori copia, quia parua ẽt est plenitudo, & præsertim hoc seruari debet,si uires nõ ita sint robustę. ut maiorem euacuationem non sustineant,cum pręterea supponamus plenitudinem magnam non esse consequenter ratione totius,sed potius partis,& meritò uteri,ideò infernis potius quàm supernis partibus applicandæ erunt,cruribus uidelicet & sub poplite, Hipp.etiam teste libr. de morbis muliebribus, & ubi expediet bis sanguinẽ mittere,non solum dictis partibus erunt applicandę,uerùm etiam coxibus pubi & inguinibus,eo tamẽ ordine,ut priori loco partibus extremis affigantur,reuulsionis gratia,deinde uiciniorib us partibus ab illis deriuando,nec propterea negandum, quin etiam spatulis & dorso admoueri nõ possint, sed hoc fiet,ubi insegnis erit plenitudo,& mulier non admittit uenę sectionem, tunc enim eadem erit ratio seruanda, quemadmodum de uenæ sectione dictum fuit:cui autem parti, dextræ inquàm uel sinistræ, & quo tempore eædem cucurbitulæ sint admouendæ,non est ut plura dicamus, cum illud ipsum seruari debeat, quod de uenæ sectione dictum fuit. Applicandi autem ratio ea seruetur, ratione cuius sang. euacuandus cum facilitate & iuuamento educatur, quod fiet,si partes ille spongia aqua tepida aut poscha imbuta & expressa inprimis perfricentur, præsertim si sanguis crassior uenæ tenuiores & minus apparentes & ãbiens frigidius,fuerit,ita enim sanguis fundetur & mobilior reddetur meatusq; cutanei nimis dẽsati laxabuntur & aperientur, ut sanguinem procul ab omni impedimento suscipientes,euacuatio melior sequatur. foramina autem modo

Quid agendum.

Cucurb.sca. cuius auxilij sint materia.

Gal. lib. cura. per sãg. mis.

Quantum agendum.

Vbi agendum.

Quomodo agendum.

do latiora modo angustiora, & rursus profundiora & minus profunda facienda erunt pro sanguinis uacuandi tenuitate & crasitie, & pro corporis habitu magis uel minus carnoso.

De Cucurbitulis non scarificatis. Cap. XXXIII.

Gal. 13. Meth. 19.

IN eundem usum ueniunt etiam cucurbitulæ non scarificatæ, sed non tanquam materia auxilij sanguinem sensibiliter euacuantis, sed insensibiliter, & potius ut materia auxilij sanguinem attrahentis ab uterum, si contingat ut ad alia loca raptum habuerit: tales autem cucurbitulæ cum & ratione doloris & caloris uim attrahendi habeãt, ideò facilè possunt sanguinem auertere, dum ad alia loca motum habuerit, & illum cum impetu ad uenas uteri retrahere; quæ si occlusæ fuerint ex tali impetu, facilè aperiri poterunt, hoc autem ut præstent, admoueri, imprimis debent cruribus, mox uerò coxis utrisq; ut primò euacuatio reuellendo fiat, deinde deriuando, & præterea ratione qua sunt materia auxilij attrahentis, melior fiat attractio, si prius admoueantur in longinquis partibus, deinde in proximis: eo autem modo erunt applicãdæ, ut cum magna flamma administrentur, hac enim ratione efficacius attrahent, & sanguinem qui superiora petit, contrario motu reuellent, & in utero quiescentem commouebunt & ad consuetam fluxionem disponent, quibus etiam eo tempore uti debemus, quo dicta purgatio non fit, dummodò quippiam nõ prohibeat, quod autem prohibere potest, uel totius est plenitudo, uel cacochymia, utrorumq; ratione à dictis cucurbitulis desistendum, quia maior obstructio contingeret, earum enim causa ad uteri uasa copiosior materia attraheretur, quod ne contingat, remouenda erunt talia prohibentia, quod fiet, si merito plethoriæ, sanguis prius mittatur, & meritò cacochymiæ peccantes humores purgauerimus, quibus per actis, tutius & cum utilitate ad dictas cucurbitulas peruenire poterimus: præterea eædem cucurbitulę non solum post totius euacuationem & purgationem admouendę erunt, sed eo potissimum tempore, in quo naturalis & consueta uteri purgatio fieri deberet.

Cucurbi. quomodo attrahunt.
Locus.
Modus.
Tempus.
Prohibētia.

De Ligaturis & frictionibus. Cap. XXXIIII.

PRæter Cucurbitulas non erunt prætermittendæ ligaturæ & frictiones, cum pariter uim habeant sanguinem attrahendi ad uterum, & ligaturæ id præstant ratione doloris, qui attrahendi uim habet, & propterea dolorosæ esse debent, frictiones uerò idem pręstent, nimq; habent attrahendi, non solùm ratione doloris uerùm etiam caloris, ideò mollioribus pręternissis, asperiores faciendæ erunt, Admouentur autem ligaturæ non supernis partibus, quia tunc maior suppresio fieret, sed infernis potius, & infra genua nempe pedibus & digitis primùm, deinde supra nempe tibijs coxis, hoc enim ordine

Quid agendum.
5. Meth. 3. & 4.
Locus.

primo

primò agent reuellendo, deinde deriuando, & idem de frictionibus dicendum est, quæ pariter remotioribus partibus sunt prius administrandę, deinde uicinioribus. Modus autem talis esse debet, ut earum causa fiat attractio, ideò ligaturæ dolorosæ ut sint oportet, quemadmodum & frictiones, quæ cum dolore & cum calore fieri debent. Tempus autem idoneum administrãdi erit post totius purgationem, & eo potissimum tempore, quo menses fluere solent.

Modus.

Tempus.

De Hirudinibus. Cap. XXXV.

HIrudines sunt materia auxilij euacuantis sanguinem sensibiliter tùm à toto, tùm à parte, ut ab eisdem indicentur à quibus etiam uenæ sectio & cucurb. indicabantur. circa quarum rectam administrationem nihil de quantitate dicendum occurit. cum eadem pariter sit seruanda, quæ de uenę sectione & cucurbitulis dicta fuere. Circa locum tamen aliqua dicenda uidentur, imprimis, quod cubito applicari possint, euacuandi sanguinis gratia à toto, si plethoricum fuerit, satis compertum haberi potest, quod etiam infernis partibus applicentur, cruribus inquam & coxis, reuulsionis & deriuationis gratia, nemo dubitare debet, an uerò in locis consuetis, nempe in uenis hæmorrhoidalibus administrare conueniat in hoc affectu, aliqua uidetur esse cõtrouersia. Ex altera enim parte optimnm uidetur in suppressione menstruorum has uenas aperire, fuit enim Hipp. sententia, quòd menstruis deficientibus ex naribus fluens sanguis, bonum est. Et Galenus in commento dicit, eum Aphorismorum intelligi etiam posse de euacuatione quæ fit per sedem, ita ut hæc posit æquè iuuare in suppressione menstruorum, sicut fluxio sanguinis per nares; ut idem prorsus dicendum uideatur, de euacuatione facta per hæmorrhoidas, nec obstat, quòd Hip. loquatur de euacuatione per nares: ea enim semper fuit Hip. consuetudo, ut ad unius exemplum respicientes, uniuersalem ueritatem colligamus in omnibus eiusdem generis quare non exclusit euacuationes per uaria loca. Accedit, quòd si cæteras euacuationes excludere uoluit, dixisset, in suppressis menstruis solam euacuationem sanguinis per nares iuuare, qua authoritate, ita nudè intellecta, si quis in praxi innitatur, longè lateq; aberrare posset, quandoquidem ex altera parte uidetur talem euacuationem per hæmorrhoidas minimè conuenire, quoniam ex Gal. habetur, quòd existente aliquo uicio in hæmerrhoidibus, nempe immoderato fluxu, expedit pro illius suppressione mẽstrua prouocare, quia deriuando sanguinem ab vtero, illum moderat, & sistit. A pari dicẽdum uice uersa, ꝙ eodem vtero plus æquo fluente, optimum erit hæmorrhoidas aperire, quarũ euacuatio, uteri immoderatũ fluxũ deriuando cõpescet; quare utero nõ fluente, cõsequenter in suppressione eius nequaquam pręstabit hęmorrhoidales venas aperire, quia rõne talis euacuationis, vterus adhuc magis supprimeretur, qđ Gal. ẽt obseruasse visus est in muliere patiẽte profluuiũ muliebre. Ad quod sistendum vtebatur

Quid agendum.

Qualitas.

Locus.

Dubitatio.

5. Aph. 33.

Lib. curatiuo per sang. miss.

Lib. ad posthumũ. ca. 8.

materia auxilij euacuantis per sedem deriuando. Ergò ubi suppressa erit vteri euacuatio, hæmorroidas aperire minimè conuenire uidebitur, quia euacuantes ab utero deriuando, magis ac magis consuetam uteri euacuationem impediemus; Cuius dubitationis resolutio, cum in praxi & ad finem plurimum cōducat, negligenda nullo modo erit. Sed distinguendum de duplici suppressione, quarum altera est in habitu & confirmata, ut nulla sit sanationis spes, Altera est in habitudine, quæ salutis spem pollicetur, ut per consueta loca uacuatio denuò reuerti possit: si sermo fuerit de suppressione in habitudine, ac proinde de illa, quæ curam admittit, ab illis euacuationibus cauendū omninò erit; quæ reuellendo aut deriuando euacuāt, quia ab istis magis ac magis contumax illa rdditur, & tunc nec per uenam cubiti, nec per hæmorroidas sanguinis euacuationem moliri oportet & de tali suppressione Gal. loquebatur in muliere illa profluuium patiente. Si autem sermo fuerit de illa suppressione, quæ est in habitu, & confirmata, cum nullis remedijs cedere amplius posse uideatur, debet talis sanguis ita præter naturam intus cohibitus, aliqua alia ratione uacuari, cumq́ue per uenas uteri, ut per loca consueta educi nequeat, consultum erit, per alia loca eius euacuationem tentare, siue deriuando facta fuerit, ut si uenæ hæmorroidales aperiantur, aut reuellendo, ut si per alia loca longinqua retrahatur, nempe ad nares, uel per uenam cubiti: & hoc modo Hipp. loquebatur, quando dicebat, quòd menstruis deficientibus, sanguis è naribus fluens, bonum, non enim per talem euacuationem scopus erat menses prouocare, cum illius causa magis impedirentur, sed potius quia ratione talis euacuationis, sanguis in corpore uiolenter retentus, educebatur, idq; cum patientis maiori iuuamēto, quàm si intus relinquatur. Ad quod respiciens, dixit, bonum. A pari in tali suppressione in qua nulla est salutis spes, si sanguis per uenas hemorrhoidales euacuatus fuerit, ob eandem causam bonum, & laudabile erit; præsertim autem conuenit dicta euacuatio, per nares inquam uel hæmorroides, si per dictas partes natura consueuerit uacuationem moliri: quod si per dicta loca nulla unquam euacuatio obseruata fuerit, non solum per dictas partes, uerum etiam per sectionem uenæ cubiti, uel maleolli facienda erit euacuatio.

Resolutio quæsiti.

De Cauterijs. *Cap. XXXVI.*

Cauteria sunt materia auxilii sensibiliter uacuantis, indicati ab humore, qui sensim & assiduò generatur, & consuetum exitum non habens, intra corpus præter naturam detinetur, cuius etiam præsentia corpus alteratur, symptomatumq; magnitudo & numerus augetur, cui medici solent, aliis non conferentibus, cauteriis occurrere, per quę materia ista, ut sensim generatur, ita proprium emissarium habeat, per quod extra corpus effluat; quorum usus adeò frequēs hoc

Quid agendum.

tempore habetur, ut in morbis omnibus materialibus & contumacibus, ad hæc ut ad sacram anchorã confugere soleant. quantum tamen beneficii semper, inde colligant, uideant ipsi, hoc unum scio, multos non solum nihil boni consecutos fuisse, sed illa etiam supprimere coactos fuisse. Accedit hoc remedii genus non esse ita tutum, cum sæpe experientia comprobatum fuerit, in aliquibus in gangrænas degenerasse, ut ex adhibito potius remedio, quàm ex morbo mortui fuerint, huius diuersitatis causam multiplicem esse existimo, in primis quia patientes propriæ salutis ualdè cupidi, latentes & longas naturæ digestiones diutius sustinere nequeunt, Secundò quia medicus tanquam naturæ minister, in eandem respicere negligit, ad cuius tamen exemplar, procul ab omni errore operari posset; & quò illa uergit, per eadem etiam ducere, si per loca cõuenientia id fecerit; At per hæc emissaria intempestiuè ad mota uel in locis minus cõgruis facta, naturam sæpe cogimur, ut non solum crudiorem materiam euacuet, sed per eas etiam partes, ad quas nec potest, nec uult euacuare, quod cum contingit, non solum naturam rectè operaturam impedimus, & ante digestionis tempora ad euacuandum prouocamus uerum etiam ad loca non conuenientia, sed opposita potius sæpe & cum uiolentia illam auocamus. Quod dum fit ex dictis cauterijs maius nocumentum quàm iuuamentum consequimur; præterea sæpe, etiam accidit, quod medicus, ut artifex coniecturalis, sedem generationis materiæ euacuandæ ignorat, qua ignota, necessarium est quoq; loci simul opportunitatem ignorare, per quem materia ista detenta educenda sit: nam si deriuandæ materiæ gratia, cauterium facere uoluerimus, locum propinquum sedi affectæ eligere oportet quẽadmodum si reuulsionis gratia id ipsum fiat, locum remotiorem, rectitudinem tamen seruantem & uenarum societatem cum sede affecta inuenire opus erit. Ad nondũ optimè perspecto loco, ubi materia generatur, necessarium quoq; est aliarum sedium propinquitatem & remotiorem, rectitudinem & obliquitatem uenarum consensum & disensum ignorare, quod est in causa, ut medici optato fine frustrentur, & miseri patientes, duplicatas, molestias toto uitæ suæ curriculo patiãtur, sed quicquid sit, de hac auxilii materia, plura hic nõ dicam, quia alibi ex proposito diffusè magis locutus fui, sed supponendo, in suppressis menstruis cauteria locum habere, ita indicante materia, quæ generatur & intus cohibetur, statuendum erit, post reliqua præsidia hæc quoq; tentanda esse, atq; hæc modo plura modò pauciora facienda erunt, pro maiori & minori copia materiæ, quæ assiduò generatur, & tam diu detinẽda, quo ad præsentia genitę materię adfuerit, & generandæ suspicio habebitur. Sunt quin etiam in eo loco affigenda, ubi materia subsistit & quiescit, nisi aliunde fluxerit. Quapropter merito uteri supra genua affigi poterunt, quia deriuando euacuabunt. Ratione autem totius uolunt applicanda esse alteri uel utrisq;

Vsus caute suspectus.

Causa 1. 2

Tertia.

Plura & pauciora cauteria.

Quanto tẽpore cauteria detinenda sint.

Locus ubi sunt affigenda.

Modus faciendi cautoria.

cruribus, quemadmodum ratione partis, si Epar aut Ventriculus fuerit, in brachiis utrisq; uel altero fieri decernunt. Vbicunque autem facta fuerint, cum fieri possint igne actuali & potentiali, magis probatur, ut ferro uel auro ignito fiant, quàm causticis medicamentis: ignis enim actualis & sine dolore & quàm citissimè & tutto aget, quæ aliis materiis nequaquam præstamus, ideo si curatio, cito, tutto, & iucunde fieri, debet, prætermissis cauteriis potentialibus, actualibus utendum erit.

De Pharmacia. Cap. XXXVII.

Pharma. 2.

SEcundum genus medicinalium materierum ex fonte pharmacentio desumebatur, de quo in præsentia institutum est agere. Pharmacia igitur est in duplici differentia alia respicit corpus uniuersum, alia partem determinatam, & quia in praxi totius prouidentia semper præmitti debet, & præsertim ubi totum habet rationem causæ efficientis fouentisq; partem affectam, & causæ sine qua non, ideo de istis materiis sermo prius instituendus erit. Quare in suppressione mẽstruorũm, priusquam ad localia descendamus, de uniuerso corpore cõsideratio habenda est, quod si plethoricum fuerit, sanguis etiam prius mittendus est, ut antea dictum fuit. Si autem plethoricum non sit cõsiderare oportebit an mensium defectus sit, quia materia non generetur, an potius quia genita præter naturam cohibeatur, si non adsit pręsentia alicuius materiæ in toto corpore uel in parte, nulla necessitas purgandi corpus habebitur, sed solum alterandi, ut si corpus fuerit plus æquo exsiccatum propter nimiam inędiam, insignem euacuationem. exercitium immoderatum, & ob alicuius febris diuturnitatem, huic occurrendum erit uictus ratione substantifice humectante & restaurante deperditum humidum cuius auxilii materia cibus erit, & potus, laudabilis chymi, & facilis coctionis, cuiusmodi sunt oua recentia & sorbilia, carnes caponum, uituli, hœdi, phasianorum, perdicum, suilla caro recens & iunior, ptisana, amylum lacte paratum, lac humanum ex propriis mammillis emunctum, iuscula dictarum carnium, & quæ consummata uocantur, vinum etiam boni, & iucundi odoris; dummodò aliquid non prohibeat, nec solum tale corpus secundum internas partes substantificè humectari debet, uerum etiam extra: ideò probãtur balnea tepida parata tùm ex acqua dulci simplici, tùm etiam alterata cum maluis, lactucis, foliis uiolarum, hordeo, seminibus melonum & similibus. His uerò præstantiora erunt, quæ ex iure carnium parantur, & omnium præstantissima, quæ ex lacte fiunt, hæc enim non nudis tantum qualitatibus agunt, sed substantificè etiam humectabunt. Post quorum usum præstabit etiam Oleo amygdalino dulci corpus uniuersum inungere. Vbi autem ad fuerit præsentia materiæ, ratione cuius consuetus fluxus impediatur, studium nostrum primò erit, talem materiam remouere, & purgante, medicamẽto educere;

Ordo.

Quid agendum.

Materia auxilij alterantis substantifice.

Balnea ex aqua.

Balnea ex iusculo & lacte.

cere;

sere quod statim fieri potest, dū modò aliquid non prohibeat. Quod autem prohibere potest, est crassities & lentor materiæ, quæ purganti medicamento non cedit, nisi prius attenuetur, detergatur, & ad facilem motionem disponatur, ideò pręparantia medicamenta, quę id pręstent erunt primo administranda, ad quæ pariter, quamprimum deueniendum, nisi quippiam prohibuerit. Quod autem prohibere potest, est præsentia superfluitatum primę coctionis in uentriculo & intestinis existentium, quæ prius sunt remouendæ leniente aliquo medicamento. Tale autem uel supernum os educet, cuiusmodi est uomitorium, uel per infernum & per secessum, cuiusmodi sunt clysteria & lenientia per os exhibita. Vomitorijs utemur, ubi aderit præsentia materiæ euacuandæ in ventriculo tantum, præsertim si mobilis illa fuerit, & in tunicis impacta: ubi autem in infernis tantum intestinis extiterit, solis clysterijs euacuari poterit. Si deniq; omnia intestinorum spacia occupauerit, leniens medicamentum per os erit præbēdum. Vbi igitur uomitoriis uti expediet hæc esse possunt in triplici differentia, ualida, mitiora & mediocria; cum hic sermo habeatur de uomitorio, ratione qua leniens est, abstinendum erit à ualentiori, quoniam hoc cum à longinquis partibus uim attrahendi habeat indicatur etiam à materia tùm longius posita, tùm etiam concocta, quare utendum erit leuiori uel saltem mediocri, cuius usum si crassities & Lentor materiæ impedierit, optimū erit ante exhibitionem uomitorii talem materiam cum oxymellite, melle ros. uel Syr. acetoso simp. præparare, & mobilem reddere, quæ præparantia ad onc. 1. singulo mane & absq; diluto propinari poterunt, quia locus ubi materia præparanda residet ita est propinquus, ut uehiculo aliquo non egeat, imò scopus noster esse debet, ut tale præparens diutius in ventriculo immoretur, ut ratione longioris moræ efficacius agat in dictam materiam, qua deinde præparata, faciliori negocio educi poterit, consequenter leui uomitorio, cuius formula parari poterit, ex aqua hordei, uel iure uituli, aceto permixto, Si materia crassior fuerit: uel melle rosaceo si uiscida, uel Oximellite, si crassior & uiscidior simul extiterit, atq; hoc, modò simplici, modò cōposito, pro maiori crassitie & uisciditate dictæ materiæ. Quantitas autem aquæ uel iuris sit ab onc. 4. usque ad 8. & 10. aliorum verò ab onc. 5. usq; ad ii. accipiendo uerbi gratia Aquæ hordei Onc. 8. Oximel. simpl. Onc. duas Misce pro uomitorio. Tempus autem exhibendi conueniens erit ante cibum manè, aut uesperi, nisi aliquid prohibeant. Quod autem prohibere potest, uirtutis est imbecillitas, siue in præsentia eiusmodi sit, siue immineat, ut etiam ex uomitorio talis, euadat: tunc enim cibus prius dandus erit, ratione cuius uentriculus roboretur, expultrixque ad expellendum fortior euadat. Vt autem uomitus facilius prouocetur, debet uomitorium exhiberi non frigidum, sed tepidum, ut ingratitudinis etiam ratione nauseam & uomitum magis exci-

Præparans.

Leniens.

Vomitoriū.

Vomitoriū in triplici differt.

Primo ad glauc. præparans.

Quantitas.

Modus.

Materia uomitorij.

Quantitas.

Quando agēdum.

Quomodo agendum.

ter. Merito autem excrementorum in infimis tantum intestinis existentium leniens clyster admoueri debet, quod parari poterit ex foliis Maluarum, matrum uiolarum, Altheæ, betarum, Mercurialis, furfurum & similibus, ex oleo communi maturo, uel lini cum succharo & modico sale, iuxta hanc formam. Recip. fol. maluar. matrum uiol. an. Mi. aquæ q. s. Misce & fiat decoc. ad consumptionem tertiæ partis, Reci. dictæ decoctionis lib. 1. Olei communis Onc. 3. uel 4. Succhari rubei tantundem, salis communis Scrop. 2. Misce pro Clyst. Debet autem hoc Clyster administrari ante cibum potius quàm post cibum, & præterea calidum potius, quàm frigidum, quia uirtus citius ac melius excitatur, ut copiosius operetur: ex parte uerò excrementorum subsistentium in intestinis, infimis, mediis & supremis, imò etiam in uentriculo, præstabit uti medicamento leniente per supernum os exhibito, per secessum tamen euacuando dictas superfluitates, cuius materia erit cassia, El. lenitiuum diasebeste, Diaprunis solut. simplex, Diacatholicum, Hiera mel. rosat. solut. Syr. rosf. solut. mel. uiolatum sol. syr. uiol. sol. Manna, & similia, ex quibus aliqua conueniunt, ubi bilis magis abundauerit, qualia sunt syr. ros. uiolatus solutiuus & Manna. Aliqua ubi magis melancholia, ut El. lenitiuum, Diacatholicum: Aliqua ubi pituita potius appatuerit, ut mel rosaceum, mel uiol. sol. & hiera, quæ potissimum locum habebit, ubi pituita in uentriculo & intestinis hærebit, & ubi etiam uentriculus frigidior fuerit. Si autem non magis hic quàm ille humor redundare uideatur, cassia eligi poterit, uel Diaprunis solut. quæ indifferenter quoscunque humores educere uidentur. Dosis autẽ syrupi rosati, mellis rosati & uiolati solut. erit ab Onc. 2. usque ad sex, pro copia materiæ, pro alui adstrictione ætate consuetudine & bonitate medicamentorum. Dissolui autem debent talia medicamenta cum decocto sibi proportionato, exhiberiq; poterunt per horas quatuor & quinque ante cibum, iuxta hanc formam Rec. Syr. ros. sol. Onc. 4. uel 5. aquæ cichorei stillat. q. s. Mis. & fiat potio. Quæ autem in Bolo & potione propinari possunt, sunt cascia & cætera electuaria proposita, quorum omnium Dosis erit à Drac. 6. vsq; ad 16. uariatur autẽ pro eorum diuersitate, de quibus ꝓximè meminimus. In bolo igitur leniens ita perscribi poterit Rec. floris cassiæ, El. lenitiui uel aliorum Drag. 10. Anisorum ruditer contusorum Scrop. i. Misce. & cum succharo fiant boli, præbeanturque per horam ante cibum, cassia enim medicamentum est familiare, & alimento ualdè affine: ideò si diutius inedia sustineretur, facilè posset in alimentum transmutari, quod nõ ita contingit de illis Electuariis, quæ ex aliis medicinalibus materiis constant, quæ poterunt per duas horas & ultra ante cibum præberi, citra suspicionem ut in alimentum uertantur. si quis autem in potione potius uoluerit, cum proportionatis decoctis dissolui singula poterunt. Circa Dosin autem ipsius hieræ

De clysteriis. Materia clyste. leni. Quantitas. Tempus & modus ad ministrandi. De lenientibus per os exhibitis. Materia auxilij lenientis per os. Quantũ agendum. Motus. Tempus. Forma pot. Forma boli. Dub. de dosi hyera.

hieræ aliqua difficultas esse videtur, cum in ea re Gal. contraria dicere uideatur, nam 7. Meth. 11. habet Dosin hieræ triplicem esse, maximam, minimam, mediocrem. Maximam vult esse Onc. 5. minimam Drag. 1. s. mediocrem quæ interiacet inter utramque. 8. autem de compos. med. secundum locos cap. 2. inquit, quòd maxima Dosis hieræ sunt Drag. 2. aliter habet 2. de compos. medic. cap. j. vbi inquit magnam dosin hieræ esse drag. 1. minimam esse drag. 5. Quidam uolentes hæc loca conciliare, dixere dosin uariari pro diuersitate loci, ubi pituita euacuanda reperitur, quæ esse potest in cauitate uentriculi, uel in illius tunicis impacta. Si fuerit impacta cum hæc maioris sit resistentiæ, eget etiam medicamēto retinente maiorem uim illam euacuandi. Vis autem omnis materialis tunc augmentum suscipit, quando est in maiori quanto, & tunc conueniet prębere hieram non solum ad duas Drachmas, sed tres & quatuor, & hoc modo dicunt Gal. loqui 7. Meth. 11. si autem sermo sit de pituita in cauitate uentriculi residente, quia hæc est minoris resistentiæ, ideò faciliori negocio educetur, ut illius magna Dosis drac. 2. excedere nequeat. Quæ solutio ad mentem Gal. non uidetur, cum 8. illo de compos. med. loquens de hac dosi exemplificet de pituita imbibita: quare pro intelligentia dictorum locorum, duo erunt notanda. Primum respicit componentia hieram. Secundum scopum indicantem illius usum. Merito compositionis, ea duplex est, ex eodem Gal. locis citatis, alia fit ex Drachmis centum Aloes, alia ex octoginta. Si primo modo, summa Dosis erunt drac. 2. si secundo modo erit onc. 5. & ita loquitur Gal. 7. Metho. 11. alio uerò modo intelligi debet 8. de compos. Ex parte autem usus notandum, quòd ea uti dupliciter possumus, gratia scilicet euacuationis uel præparationis, si sermo fuerit de hiera gratia præparationis, tunc illa utimur quæ recipit, Aloes Drachmas octoginta, hæc enim propter Aromata quæ recipit, & minorem quantitatem Aloes, maiorem uim habet attenuandi, & præparandi impactos humores, altera uerò potius euacuandi, hæc enim cum recipiat Aloes drac. centum, maiorem uim euacuandi, quàm præparandi habebit, ideò si materia pituitosa impacta fuerit in uentriculo, consequenter sit magnæ resistentiæ, indicabit prius esse præparandam, quam euacuandam, pro cuius pręparatione uti licebit attenuantibus & detergentibus calidis, quorum materia erit hiera, quæ recipit drac. octoginta Aloes, qua dum utimur gratia præparationis, magna Dosis erit drachma una, minima autem scrup. 1. & ita intelligitur Gal. 2. de compos. med. Quod sit uerū habet hoc loco cum hiera cōponatur ex Drach. centū Aloes, & ex Drach. octoginta, pręstantius inquit est medicamentū quod accipit Drach. 80. quàm 100. ꝙ dictū falsū esset si de hiera loqueretur euacuationis gratia, quia euacuādo magis pręstat illa hiera quę recipit drac. 100. quàm 80. at si intelligamus de hiera præparationis gratia potius propinata, optimè locutus

Solutio alio rum.

Improbatio

Verior sol.

Compositio Hye. 2.

Cōfirmatio.

erit: quoniam hiera, vt præparet materiam impactam, diu in uentriculo detineri debet, diu autem detinetur si à scrup. vsque ad drach. accipiatur, quam dosin si transeamus citius descendet, quia à maiori quanto, maiorem euacuandi uim acquirit, quàm præparandi. Hæc de dosi. Quo ad modum exhibendi hieram, non erit negligendus, præsertim cum hiera sit amarissima, consequenter ingratissimum medicamentum, huic autem occurremus, si in bolo potius quàm in potione præbeamus, quemadmodum si permisceatur cum conserua de Betonica uel Saluiæ, & præsertim hic modus est seruandus, si præparationis gratia illa utamur, quia hac ratione diutius in uentriculo immoratur, ubi materia præparanda residet: quare accipere poterimus hieræ drac. 1. conseruæ de Beton. drac. 2. & bolum formare. Præparata autem materia volentes illam cum hiera euacuare, & non solum cũ hiera, sed addentes etiam mel ros. sol. non debemus hæc duo simul permiscere, & potionem facere, quia tanta esset illius amaritudo, ut à patiente sustineri nullo modo posset, ideò cõsultius erit hierã seorsum exhibere in bolo, statim deinde præbere poterimus mel. ros. sol. in potione. Obseruandus quin etiam erit in praxi ordo in exhibendis istis lenientibus, ratione cuius conuenientem materiæ euacuationem consequamur, secundò ut euacuando solum iuuemus, & nullo modo noceamus, quod fiet, si patientem præseruemus, ne circa uenas uteri maior obstructio contingat, ideò ante exhibitionem dicti lenientis, præstabit præmittere clyster, ratione cuius euacuentur superfluitates contentæ in illis intestinis, & simul etiam fiat aliqua deriuatio ab utero ad intestina, quæ euacuatio clysteri facta, nisi hieram per os exhibendam præcederet, facilè contingere posset, ut ab assumpta hiera, portio aliqua illius materiei ad uterum quoque deducatur, quia hiera est ea materia auxilii, quæ omnium maximè solet per uterum euacuare, quare ex illius usu, maior obstructio fieri posset, quod nequaquam continget, si per clyster materia illa prius educta fuerit, gratia autem maioris euacuationis, præstabit si post medicamentum leniens sumptum, nos exhibeamus lib. 5. uel onc. 10. ipsius mulsæ, quod Gal. etiam obseruasse uisus est. Hæc de lenientibus.

Modus dandi hieram.

Ordo.

Lib. ad post hum. cap. 8.

De præparantibus. *Cap.* XXXVIII.

CIrca præparantia hæc respicere debent genus materiæ præparandæ, illius qualitatem & locum affectum, ut meritò materiæ obstruentis debeant esse attenuantia & detergentia consequenter menstrua prouocantia, quorum alia sola partium tenuitate id præstant, alia uerò calefaciendo & humores fundendo. Merito autem loci affecti, cum uterus sit, debent cum ipso familiaritatem habere, & ratione longinquitatis uehiculum etiam retinere, ut ad illum usq; locum deducantur. Materia igitur eorum præparantiũ, quæ partium

Præpa. sunt in dup. diffi.

tenuitate

tenuitate magis agunt quàm calore, sunt liquiritia, citrach, pentaphyllum, capilli ueneris politricon, asparagus, malua, saxifragia, cichoreum, radix graminis, semina hordei, melonũ, amygdalarum dulcium & huiusmodi. Inter cõposita extant mel rof. Syr. acetosus, Oxymel. Syr. de Cicho. simp. & cætera, quæ ex Cichoraceis cõponuntur. Quæ uerò ratione potius caliditatis humores fundendo, mẽstrua prouocãt, multa sunt, de quibus ẽt Gal. 5. de simplici med. passim, & lib. curat. per uen. sec. c. 18. sunt autem Betonica, Saluia, Arthemista, Maiorana, Lauandula, seu Pseudonardus, Nepita, Epithymum, Pulegiũ, Thymus, Hyssopus, Serpillum, Melissa radix filicis Paulo valentiora sunt radix Apij, Dauci, Ammeos, Petrosolini, feniculi, eryngii, Raphani, Aristolochiæ rotundæ & longe, genitiana, origanum, calamenthum, eruca, myrrhis, nasturtium, mentha, polium, ruta sabina, semina etiam eorundem, sileris etiam montani, urticæ, orobi agni casti ciccrum rubeorũ pœoniæ nigræ & similium. His accedunt Aromata omnia, cinamomum iuncus odoratus, spica, costus, squinanthum, galanga, cyperus, gingiber, nux moschata, zedoaria, & cætera id generis. His adduntur styrax, bdellium, opoponax, therebinthum, myrrha sagapenum, galbanum, castoreũ & reliqua id generis. Præter hæc simplicia non desunt ẽt composita, qualia sunt Syr. de Beton. de duabus de quinq; radic. Oxymel compos. squilliticum, Syr. de Epithymo, de polypodio, de cichoreo cõpositus, de cichoreo cum Rhabar. trochisci etiam galliæ moschatæ, rubiæ, sagapeni, de myrrha, de Eupatorio, de Epithymo, de Rhabarbaro, cyphodies, de Capparibus. Accedunt etiam Aromaticum rof. Diatrionpip. diacalamenth. diacyminũ, diaspoliti. trypheta magna, Mithrir. theriaca, & reliqua id generis, his adduntur etiam unguentum agrip. ægyptiacum ex galbano, & huiusmodi: omnium verò ualidissima in mesti. prouocandis sunt materiæ auxilij ellectiue ducentis. Quales sunt rhab. agar. scen. el. nig. & alb. coloch. cant. succus tit. flos æris, mezercon Ebulus. Quamuis autem hęc & plura menstrua prouocantia habeantur, non illis tamen indifferenter utendum, sed cum aliquo ordine, ita ut inter initia, & eo tempore quo materia cruda adhuc conspicitur, leuioribus tantum uti liceat, quæ scilicet partium potius tenuitate, quàm calore agant: repugnat enim cruditati materiæ, ut ualentioribus euacuari possit citra maius nocumentum quàm iuuamentum, quandoquidem eorum usu, pars tenuior materiæ crudæ educeretur, & crassiores intus manerent, à quibus maior obstructio fieret, tẽpore autem quo materia suę coctionis euidẽtia signa præ se fert, tutius erit ad ualenter prouocantia ascendere, quæ Hipp. etiam fuit sententia, qua monemur, concocta esse medicanda, cruda autem nequaquam mouenda: per medicationem intelligens non solum euacuationem, quæ per secessum fieri solet, sed per alias quascunq; partes, siue per sudorem fiat, siue per lotium, siue per uterum qualis hæc est, de q̃ua sermo habetur; in vtroq; autem

Materia pr<ę>parantiũ, tenuitate sub.
Materia pr<ę>para. per calid.
Hipp. libro de morb. mu lie.
Folia.
Radices.
Semina.
Aromata.
Gumæ.
Composita.
Troci.
Consec.
Ellec.
Ordo seruandus.
1. Aph. 22.

autem præparantium genere, cum multi sint gradus, ita erit progrediendum, ut in quolibet genere semper à leuioribus incipiamus, & ad ualentiora sensim ascendamus.

Formæ medic. Ex propositis, itaq; materiis multæ medicamentorum formæ perscribi poterunt, decoctiones uidelicet, infusiones, succi, stillariciæ aquæ, pulueres, Syrupi, electuaria, trochisci, balnea, sessiones, fomenta, pessaria, clysteria, sacculi, cerata, suffitus, & cætera id generis. Cum autē sermo de his materiis hoc loco habeatur, & habeāt rōnē auxilii præparantis, ideò præparans medicamentum debitam quantitatem seruare debet, ut si utamur stillaticiis aquis infusionibus uel decoctis tempore hyemali in minori copia præbeantur & actu calida, in æstate uerò etiam frigidis uti poterimus, & in maiori copia, ut ab onc. 4. ad libram ascendamus. si syrupis utamur, Dosis nō sit ultra duas vnc. Dilutis uerò in duplum utemur, si succos potius eligamus, uel erunt condensati, & horum Dosis non transibit drag. 2. si nondum condensati à drag. 2. ad 8. & ultra ascendere poterimus. si pulueres uel trochiscos à scrup. 1. ad tres & quatuor peruenire poterimus, de quibus plura non dicam, sed ad uacuantia descendo.

Decoc. Infus. Succi. Aqua stil. Pulueres. Syrupi. Electuaria. Trochisci. Balnea. Sessiones. Fomenta. Pessaria. Clysteria. Sacculi. Cerata. Suffitus.

De Vacuantibus. *Cap.* XXXIX.

Quid agendum. QVoniam præparantibus utimur euacuandę materiæ gratia, ideò de eorum quoq; recta administratione loqui oportet, quæ tūc potissimum locum habent, quotiescunq; materia concocta & præparata est, & nihil prorsus, sponte naturæ euacuatur, uel solum ex parte, tunc enim si tota uel eius pars intus detineatur facilè potest prauam qualitatē, uel putredinem suscipere, & Symptomata, quę ad sunt intendere, uel noua etiam producere, quod ne contingat, Medici consueuerunt medicamentis adhibitis illam educere, & quo natura uergit: si per conuenientia loca id fecerit. Ad illius imitationem per eadem euacuare, ut hinc ortum habeāt plura genera euacuantiū, ut alia per secessum per lotium, per sudorem uel uterum expurgent.

Euacuantia in multip. diffe. Merito igitur eorum quæ per secessum purgant, uaria sunt, pro purgantis materiæ uarietate, quæ si bilis fuerit in communi usu hęc sūt, syr. ros. sol. uiolatus solut. manna, diaprunis solut. simplex & com. El. de succo rosarum species hieræ magnæ, quæ recipit scammonium, trochisci uiolati, rhabar. pillulæ ex Aloe, aureæ, de tribus cum Rhabar. & reliqua eiusdem generis, in quarum omniū materierum recta administratione, talis ordo pariter seruandus erit, ut in quibus morbis opus fuerit, non semel, sed pluries expurgare, illa semper pręmittamus quę mitiora sunt, & ad ualentiora sensim ascendamus, quod potissimum fieri consueuit, ubi nihil adest quod prohibeat. Quod autem prohibere potest, est turgentia materiæ, uel eiusdem decubitus in principem aliquam partem; tunc enim non solùm ualentio-

Purg. bilem.

Monitum.

ri

ti purgante quamprimum utimur, uerùm etiam nulla habita ratione de materiæ coctione, illud exhibebimus, at nulla urgente necessitate tutius erit mitiora semper eligere, ut tali medicamento, bilis peccans commodè educi possit, accipientes Rhabar. electi drag. 1. uel scrup. 4. anisorum scrup. 1. aquæ stillaticiæ capillorum Ven. saxifragiæ, hordei, q. s. Misce & fiat infusio. s. a. & facta diligenti expressione ℞. syr. ros. solut. on. 3. Mannæ electæ onc. 2. Misce & fiat potio breuis; quod medicamentum si pro necessitate valentius reddere uoluerimus, addere poterimus, trahiscorum uiolat. drag. i. El. de succo rosarum tantundem: Tempus autem opportunum, exhibendi tale medicamentum, non solum erit post coctionem materiæ euacuandæ, uerùm etiã post coctionem cibi nuper assumpti, & per horas quinq; & sex ante cibum propinari poterit; nisi aliquid prohibeat. Quod autem prohibere potest, erit uirtus imbecillis, siue ex superuenienti euacuatione talis euadat, siue ob alias causas; & si contingat ut patiens medicamentum in potione non admittat, in bolo perscribere poterimus, accipientes Diaprun. solut. simpl. onc. i. uel casiæ tantundem, Rhabar. electi puluerisati drac. 1. El. de succo rosar. drach. 1. & semis, mannæ el. drag. ij. Misce & cum zuccharo fiant boli quinque. Si pillulas libentius acceperit, poterimus accipere drag. 1. uel unam cum dimidia, & duas etiam ex propositis pill. & cum Syr. de cichor. simpl. formare pillulas quinque & inaurare. Si autem in corpore peccauerit potius pituita, habemus mel ros. sol. mel uiolat. sol. Diaphinicum, Hieram simplicem, & comp. chartamum, agaricum, succum utriusq; sambuci Diaturbith, pillulas de hiera simpl. & compos. Alephanginas, de Agarico, cocchias, fœtidas & huiusmodi: ex quibus omnibus ordinari pariter poterunt potiones, boli & pillulæ. Si potionem cupimus, ita perscribi poterit, accipientes Agarici trochiscati drag. 1. uel scrup. 4. gingiberis, gran. 7. uel 8. de coct. Betonicæ q. s. Misce & fiat infusio s. a. & facta diligẽti expressione, adde Mellis ros. sol. on. 3. Diaphoeniconis drag. 2. Misce & fiat potio breuis. Bolum uerò reformabimus tali pacto, accipientes El. Diachatol. on. 1. Diaphœnic. drac. 2. Agarici trochisc. scrup. 4. Misce & cum succharo fiat Bolus, Si pillulas patiens cupiat poterimus priores eligere à drag. una usque ad 2. cum melle ros. pillulas quinque reformantes. Si scopus fuerit euacuare melancholiam, habemus Epithymum, polypod. folia senæ, & præcipuè orientalis, helleborum nigrum, conf. hamech. pill. etiam cocchias præparatas, de fumaria, de lapide lazuli, Indas Aggregatiuas & consimiles: ex quibus pariter materiis medicamento componere possumus, iu potione, in bolo, & pillulis, in potione quidem, ut si acceperimus foliorum senę Orientalis drag. 2. Epithymi polypodii an. drag. j. anisorum scrup. 2. seri caprini. q. s. Misce fiat infusio ut supra, cui dissoluere possumus mel. uiol. solut. uel rosati sol. uel etiam de- um aria solut. ad onc. 2. conf. Hamech drag. 2. Misce & fiat potio bre

Hyp. prima aph.

Forma pot.

Tempus.

Forma boli.

Pil.

De materijs euacuantibus pituitã.

Potio.

Bolus.

Pil.

Materiæ auxilij uacuantis melanc.

Potio.

Bolus.

uis. Quod si ualentius reddere uoluerimus, pro infusione addere poterimus cortic. chel. nigri scrup. 2. in bolo autem hoc modo præscribi poterit, capientes El. lenitiui drag. 6. pulueris senę orientalis drag. 2. cort. hel. nigri drag. 5. confect. hamech. drag. 15. Misce: & cum succharo fiat bolus eadem & de pillulis ratio habeatur.

De Localibus. *Cap.* XL.

Ratio uic.

VNiuerso corpore ita expurgato ad localia deueniendum erit, quæ pariter uaria sunt pro causarum uarietate. In primis si menstrua non fluant ob materiæ defectum & ratione inedię, occurrendum erit cum replentibus, quorum materia alimentum erit boni succi & facilis coctionis: cui tota reliqua uictus ratio correspondere debet, secus è medio tollitur ipsa conceptio, quæ sine generatione huius sanguinis superflui fieri nullo modo potest. Si autē menstrua non fluxerint ob labefactatam facultatem totius uel partis, cum id fiat ob aliquam intemperiem, illi semper occurrendum erit cum alterantibus in contrarium, quare si intemperies calidior & siccior fuerit, consultum erit ab illis desistere, quæ suo calore, & humores fundendo menstrua prouocant; quia ab istis adhuc magis dicta intemperies augebitur, ut aucta suppressionis causa, cōsueta euacuatio magis cohibeatur; propterea in illis potius erit insistendum, quæ temperata sunt, uel ad frigidum & humidum magis uergunt, partium tamen tenuitate obstruentes causas remouere possunt, cuius generis sunt folia maluarum, matrum uiolarum altheæ, semina melonum, amyg. dulces, hordeum, passulæ, lac & huiusmodi, quibus uti licebit, tum intus præbēdo succos & decoctiones in iure paratas, ex quibus, etiam conseruæ, & electuaria confici poterunt, ex eisdem parantur etiam balnea cum acqua dulci, sessiones, & præterea corpus etiam totum inungi poterit cum oleo amyg. dulci, & liliorum alborum. Vbi autem locum habuerit intemperies potius frigidior, ratione cuius uiæ sint adstrictæ & densatæ, occurrendum erit cum moderatè calefacientibus & laxantibus, atq; istis pariter intus, & extra admotis potissimum autem conducet balneorum ac sessionum usus, si ex floribus Chamomillæ, anethi, artemisiæ, matricanæ, maluarum & similibus parata fuerint. Si deinde menstrua non fluant, quia eadem facultas sit potius impedita cum à multis causis impediri possit, uarias etiam auxiliorum materias ex postulabit, ut si impediatur ratione materiæ genitæ, quæ in alias partes raptum habeat, tunc materia ista effluet, uel in his partibus detinebitur. Si intus detineatur, omni ingenio educenda erit: Si autem effluat, cum ratione huius mulier infœcunda reddatur scopus erit talem materiæ motum ad consueta loca auertere, atq; tunc locum habebunt materiæ auxilij reuellentis, quales esse possunt uenæ sectio cucurbitularum applicatio cruribus

Materia auxilij temperati aperiētis.

Materiæ auxilij moderate calefa. & laxātis.

Cura suppressionis à facultate impedita.

Materiæ auxilij reuellētis.

& coxis, frictiones, ligaturæ lotiones, lenimenta, balnea, sessiones, pessaria suffitus & reliqua: Vnde si sanguis sursum petat, & per uomitum & narium venas euacuetur, pro sterilitate remouenda ad propositas materias reuellentes deueniendum erit, ut merito sectionis uenæ secari debeat in partibus remotioribus, non quidem supernis, sed infernis cuiusmodi sunt malleolorum uenæ, & modò in dextra modo in sinistra parte, seruata semper rectitudine cum partibus superioribus magis affectis: eadem sit ratio de cucurbitulis, quę eisdẽ cruribus primò erunt affigendæ, quas si repetere opus fuerit, deriuandæ materiæ gratia, coxis etiam admoueri poterunt; & secundum partem earum potius internam quàm externam. Eadem ratio habenda erit in administrandis cucurbitulis non scarificatis, & frictionibus; lotioes etiam in eisdem partibus negligendæ non erunt, paratæ tamen ex moderatè calefacientibus & aperiẽtibus, & eo modo admoueri debẽt, ut actu calidę fiant, ut utriusq; caloris ratione, nõ solũ à supernis partibus attractio fiat, sed uiarum quoq; apertio, ex quo ipso decocto in eundem usum parabuntur sessiones, in quibus omnibus ea semp permiscenda erunt, quæ laxandi uim ẽt habeant, ut sunt folia maluarũ, matrum uiolarum, radices altheæ & huiusmodi, hac enim ratione nullum periculum imminebit de maiori obstructione, quod sanè contingere posset, si solis calefacientibus uteremur, ex quorum usu partes tenuiores detentæ materiæ resoluerentur, & crassioribus relictis maiorem duritiem acquirẽtes obstructionem etiam ualentiorem redderent; quod ne contingat laxantia permixta prohibebunt. Si deinde menstrua non fluxerint, quia facultas impediatur à causa obstruere uenas non solum vteri & colli ipsius, sed earum quoq; partium, quæ ad uterum deducuntur. Huic obstructioni occurrendum erit, causas ipsius remouendo, quæ cum esse possint materiæ copia, crassities, aut lentor, copiæ occurremus euacuando, cuius euacuationem si materiæ eruditas crassities & lentor prohibuerint, priori loco erit coquenda, & præparanda, deinde euacuanda, quorum auxiliorum materiæ, quædam intus exhibentur, quæ præcipuè locum habet, ubi obstructio in internis magis uenis fuerit, quæ ad uterum deducuntur, alia extra admouentur, quorum usus magis habendus erit in ea obstructione quæ venas vteri & colli eius potius occupat. Si igitur expedierit illis aperientibus & menstrua prouocantibus uti, quæ per os exhibentur, locum habebunt omnia superius enumerata, tùm simplicia tùm composita, ut merito simplicium conueniant illa quæ partium tenuitate & caliditate agunt, eisdemq; modis & formis propinabuntur, sicuti dictum fuit. Eadem sit ratio compositis, siue parata habeantur, siue pro nostro arbitrio ex iam propositis materiis componantur. Et inter cætera summè laudantur trochisci de myrrha, ut ex sententia ipsius Rhasis eorum usus non solum suppressa menstrua prouocare posit, uerum etiam mortuum

Vene sectio *Cucurb.* *Ligat.* *Frictiones.* *Lotiones.* *Lenimenta.* *Balnea.* *Sessiones.* *Pessaria.* *Suffitus.* *Locus uene sec.* *Lotio.* *Modus.* *Cura suppressionis à materia obstruente.* *Aperiẽtia per os exhibenda.* *Troc. de mirrha.*

Modus. foetum educere: Dari aũt possunt cum aliquo uehiculo, ut cum unc. tribus & quatuor ipsius mulsæ singulo mane, uel cũ aqua succharata uel iure cicerum rubeorum, sacchara permixto: nam ex Gal: & experientia habetur, uterum rebus dulcibus summoperè oblectari, ut medici etiam testentur, quòd eadem medicamenta uario modo exhibita modò lotium modò menstruo prouocent: Si cum dulcibus permixta fuerint, mẽstrua magis prouocabunt: Si autem sine his lotium potius mouebunt. Oportunum uerò tempus exhibendi talia medicamenta, erit non solum post totius euacuationem, sed statim etiam à balneo, hoc enim tempore uiæ sunt paratiores, & magis apertæ: & præsertim si illius etiam temporis ratio habeatur, in quo pro consuetudine tali expurgatio per uterum fieri consueuerat: hoc enim tempore natura aliqua ratione materiam commouere solet, quæ adiuta à propositis medicamentis, facilius poterit per consueta loca euacuationem repetere: Quo deinde attinet ad ad ea, quę extra administrãtur, non est, ut de his multa dicam, cum pariter illæ eædem materiæ, & rationes conueniant, de quibus supra locuti sumus. Quare eadem balnea, sessiones, fomenta, lotiones, suffitus & reliqua conferunt; in quorum omnium usu, illud perpetuo obseruandum erit, ut dum fiũt balnea aut sessiones, nõ solum fiant in pura & simplici aqua, sed probatur magis aqua stillatitia ex illis parata, quæ uterum respiciunt. hæc enim & partium tenuitate, & familiaritate, quàm cum utero habet, efficacior uidetur; permiscere quin etiam debemus sacchatum aut mel ut ratione dulcedinis maiorem agendi uim in uterum habeãt. Pręstabit etiam eadem in uino parare, & uino dulci potius quã austero. Alterari autem poterunt, modo cum his quæ prouocant menstrua sola partium tenuitate, & laxandi uim etiam habent, præsertim si uteri densitas ad fuerit modò illis uti magis conuenit, quæ calore etiam uim habent maiorem attenuandi, pro diuersitate materiæ obstruentis. In eundem usum præstabit etiam inunctiones adhibere ad partes uteri, & in illis præsertim mulieribus quæ balnea uel sessiones non admittunt, quæ pariter poterunt parari ex laxantibus & calefacientibus, ut meritò laxantium conueniat oleum Amygdul. recens, liliorum alborum uel pinguedo uituli & humana. Merito autem calefacientium uti poterimus oleo rutaceo, de mentha, de spica unguentareorum, belzoino & similibus. Et si efficacioribus opus fuerit, permiscere poterimus portionem aliquam alicuius olei stillaticii, & ut uterus talia facilius suscipiat: & iuuamentum habeat, in praxi id perpetuo obseruãdũ, ut aliqua odorata pmisceamus, quibus uterus & spiritus eius maxime oblectantur. cuiusmodi sunt muschus, ambra, styrax, belzoinũ, calamita & huiusmodi. Quemadmodum si iuxta hanc formã. inũctio paretur, accipiẽtes Olei amyg. dul. olei rutacei, de spica unguentariorum an. drag. II. Calamitę scrup. 5. Muschi gr. II. misce pro inunctione. Si ad lenimenti formã hanc in

Lib. de præsag. ad Posthu. 8.

Quando agendum.

Extra applicanda.

Monitum.

Vnctiones.

Materiæ laxantes.

Materiæ calefacien.

Monitum.

Materiæ odoratæ.

Modus unctionis.

unctio-

vnctionem deducere cupimus, illi addere poterimus pinguedinem galliuæ aut vituli, uel medullam cerui mucil. alth. frenug. sem. li. quibus potissimum utimur, ubi etiam ratione duritiei menstrua non fluunt. locus autem inungendus, non solum erit secundum internas uteri partes, uerum etiam externas, quare inunctio fieri poterit in pube, & inter annum & vuluam. his autem & similibus potissimum utendum statim à balneo. Hoc eodem tempore negligenda etiam illa non erunt, quæ plantis pedum applicari possunt, quæ partes tum ratione rectitudinis cum utero, tum magni consensus cum eodem, maximè possunt alterationem quam recipiunt, illis etiam communicare, quod fit propter insignes uenarum arteriarumque propagines, quæ ad dictas partes ducuntur. Quapropter gestatio ipsius sabinæ, rubeæ tinctorum, urticæ, matricariæ & similium sub dictis plantis pedum, maximè prodesse poterit. vel eorum loco inungi poterunt eædem partes cum supra dictis oleis. Præter proposita auxilia illa etiam accedunt, quæ intus immittuntur, cuiusmodi sunt pessaria, clysteria, suffitus & huiusmodi. Quo ad pessaria attinet, uaria hæc erunt, pro uarietate supprimentis causæ, quæ si fuerit durities uteri, uel callositas eiusdem in emollientibus erit insistendum, qualia sunt quæ parantur ex radice altheæ, malua & similibus, prius tamen istis oblinitis, & laxante aliquo oleo imbutis, nempe oleo amygd. dulci, liliorum alborum uel mulsa, uel cremore passularum, uel pinguedine etiam aliqua iam proposita. poterunt quin etiam dictæ radices & folia in dictis oleis uel pinguedinibus decoqui, mox contusis & tenuissimo linteolo exceptis ad digiti formam deducere, & filo appenso intra vuluam immittere. Lana etiam succida dictis oleis imbuta & ad digiti, formam redacta intromitti etiam poterit. Si deinde post lenitionem duritiei cum prædictis ceruinam medullam acceperimus, & includatur pariter in linteolo raro, in mulierisque pudendum recondatur, multum conducet in educendis menstruis ex duritie suppressis. Vbi uerò non fluxerint ob uenarum potius obstructionem, si obstructio facta fuerit à materia crassa & uiscida, qualis est pituita & melancholia, pessaria conficienda erunt ex materiis auxilij calefacientis, attenuantis, detergentis & aperientis, in quo genere extant materiæ ualentiores & minus ualentes, in quarum usu à leuioribus auspicantes, parare poterimus in primis pessaria ex radice petroselini, apij, dauci, feniculi, matricariæ, arthemisiæ, myrrhidis, & similibus; quæ decoqui poterunt in oleo chamomel. anethino, ol. de spica unguentariorum, de ruta, liliorum alborum cum aromatis & similibus, quibus ita optimè coctis & contusis, modico croco permixto, & muscho, excipi poterunt uel in cribo castrati, uel in linteolo raro: & formato pessario in vuluam immittere. Si paulò ualentiori pessario fuerit opus, parari poterit ex ualentioribus calefacientibus, cuiusmodi sunt sabinæ folia, rubeæ tinctorum, radix centaureæ minoris, gladioli

Lenim. *Locus.* *Tempus.* *Pessaria.* *Pessaria emolientia.* *Modus.* *Pessaria in obstruct.* *Materiæ pes. calef.* *Modus.* *Pessaria ualentiora.*

gladioli seu iridis & huiusmodi; quæ pariter decoqui poterunt in oleo petroleo, uel laurino, additis odoratis & ad formam pessarij deducere. Valentiora adhuc pessaria erunt, si componatur ex materiis determinatos humores euacuantibus, ut si suppressio facta fuerit ab obstruente pituita, accipere poterimus Agarici trochiscati, carthami, singulorum scru. 4. decoctionis matricariæ, arthemisiæ in mulsa uel aqua succharata factæ, in qua illa infundi debent per noctem, ut ab illis non solum calefaciendi & attenuandi sed etiam euacuandi uim acquirant, mox perunctis cum dictis oleis, per modum pessarij immitti debent. Parari etiam poterunt ex magnis Antidotis, ex theriaca & mithridato & aliis, ut si theriacæ, mithridati, diatessaron an. drag. 5. acceperimus, nigellæ & mirrhæ an. scrup. 1. & simul cũ bombace uel lana contundantur, & ad formam pessarij deducantur, & immittantur: vbique etiam familiares materias habere poterimus, quibus talia pessaria fient, cuiusmodi sunt Allium, radices raphani, semina urticæ & aliorum propositorum. Ex allio enim contuso & oleo de spica permixto & raro linteolo excepto, satis potenter suppressa menstrua euocantur, & uterum etiam mira quadam uoluptate afficitur & repurgatur, ut tali ratione plerisque mulieribus ad concipiendum etiam uia paretur: Idem statuendum erit, si obstruens materia melancholica fuerit, tunc enim si expurgantibus pessaria conficere uoluerimus, infusiones, decoctiones & reliqua parari poterunt, ex illis materiis, quæ talem humorem educere possunt, cuiusmodi sunt epithymum, sena, cortices hellebori nigri & huiusmodi, ad quæ & similia ualentiora Hippoc. etiam quandoque ascendit; ex quibus ad priorum similitudinem pessaria præscribi poterunt. Pro eodem vtero ex dictis materiis clysteria etiam parari poterunt, quæ pariter uaria erunt pro multiplici uteri affectione, ut si duritie & callositate aliqua correptus fuerit, ex propositis laxantibus & emollientibus componenda sint, siue olea ea fuerint, succi aut decocta pinguedines aut medullæ. Quantitas autem modica esse debet, quia loci angustia maioris copiæ non est capax. Tempus uniuersale post totius euacuationem esse oportet, particulare autem erit ante cibum, & eo modo administranda erunt, ut non frigida nec calida, sed tepida iniciantur, præmissa tamen uiarum oblinitione cum oleo amygdalino, butyro & similibus ut instrumentum facilem ingressum habens, in transitu suo nullum dolorem producat. Si idem uterus obstrutione detentus fuerit à materia crassiori & lenta producta qualis est pituita & melancholia, eligendæ erunt illæ materiæ attenuantes, calefacientes, & detergentes, quare parari poterit ex decocto Arthemisiæ, matricariæ, myrrhidæ, thymo, & aliis iam propositis, decoctioque fieri poterit in mulsa, aqua succharata, uel in uino etiam dulci, & urgente necessitate ascendere etiã poterimus ad illas quæ eandem materiam ab utero euacuare possint, quæ si pituitosa fuerit, capere poterimus

Aliud.

Aliud.

Aliud.

Pessaria in obst. mel.

Lib. de morbis mul.

Clysteria

Gal. 5. met.

Quantitas.

Tempus.

Modus.

Locus.

Clyst. in materia crassiori.

decoctum carthami & Agarici trochiscati, ut omittam turbith & pulpam coloquinth: quæ ualentiores sunt, addendo etiam aliqua aromatica. Si autem scopus fuerit melancholiam potius educere parandum erit clyster ex decocto polypodij, epithymi, fumariæ, centaureæ, foliorum senæ & similium. Tempus uerò oportunum erit non solum post totius euacuationem, uerum etiam post materiæ præparationem. Præter clysteria conferunt etiam suffitus seu euaporationes, quæ potissimum locum habebunt in illis mulieribus, quæ clysteria aut pessaria nequaquam admittunt, aut quia uirgines sunt, aut ob aliam causam. Hæc autem suffumigia uaria & ipsa sunt pro affectionis uarietate, quare in duritie & callositate uteri ex dictis laxantibus & emollientibus parari poterunt, permiscendo semper odorata, quemadmodum si acceperimus, decoct. maluarum, matrum uolarum, passularum dulcium, serpilli, thymi, maioranæ, citri addendo etiam modicum galliæ moschatæ, styracis aut muschi, omnibus in mulsa aut uino odorato decoctis, uti poterimus, ut uase undique bene cooperto, uapor in uterum suscipiatur, mediante arundine, cuius altera extremitas à sumitate uasis ducatur, & secundum alteram in vuluam recipiatur: sic enim uapor aliunde transpirationem non habens, mediante arundine utero communicabitur. Post talem suffitum uterus inungi poterit cum oleo amygd. dulcium. Vbi autem locum habebunt obstructiones, parabuntur suffitus ex materiis calefacientibus & attenuantibus & urgente necessitate euacuantia iam proposita permisceri poterunt. Quemadmodum si acceperimus arthemisiæ, lauandulæ, thymi, matricariæ añ. M. I. Cinamomi, styracis añ. ℥ ß. & in uino dulci uel mulsa decoquantur, & pro suffumigio parentur. Parari quin etiam poterit ex thure, styrace, bdellio æqualibus partibus acceptis & super prunas positis, ut suffumigium fiat. Omitto iniunctiones & sessiones, de quibus supra. si deinde menstrua non fluant ob pinguedinem, tota curatio consistet in recta potius uiuendi ratione, quàm in cæteris auxiliorum materijs: quare uniuersa uictus ratio extenuans & exiccans esse debet; quemadmodum è contra si menstrua defecerint, quia non generentur, ut in corpore febricitante uel ex longa inedia emaciato, curatio consistet tum in ablatione febris, tum in corporis restauratione & refectione, largiori uictu & optimi succi ac facilis coctionis peracta. De illa uerò suppressione, quæ fit à tumoribus comprimentibus, uel ab ulcere, consultò non tracto, quia de hac agere esset curationem ulcerum atque tumorum proponere, de illa denique suppressione, quæ fit ob cicatricem uteri tractare non est opus, sed ut incurabilis, prætermittenda erit. Victus autem ratio ea semper sit, quæ proportione correspondeat causis obstruentibus & propositis medicamentis.

Clysteria uac. pitu. *Clysteria purgantia mel.* *Tempus.* *Suffitus laxantes.* *Inunctio e mel.* *Suffitus calefati.* *Cura ex ping.* *Cura ex materiæ defec.* *Cura ex tumoribus.* *Cura ex cicat.*

De Præfocatione Matricis. Cap. XLI.

Ordo & ordinis ratio.

QVamuis doctrinæ ordo expostulare uideatur, ut post tractationem de suppressis mẽstruis, De immoderato profluuio eorundem sermo habeatur, ut pote de illo symptomate, quod suppressioni ualde opponitur, non propterea legibus dicti ordinis repugnabimus, si de præfocatione matricis orationem interposuerimus, quæ affectio ob magnam affinitatem quam habet cum suppressione in essentia loco affecto causis & curatione, priorem etiam tractationem expostulare uidetur; Cuius initium a notione nominis accipietur. Nam per suffocationem matricis intelligo illud symptoma, ratione cuius muliere ob affectum uterum, secũdum uniuersum corpus suum ualde refrigeratur, Respirationemq; & pulsationẽ amittit, nonunquam sensu ac motu uoluntario priuatur, ut ab omnibus inspicientibus, mortua potius quàm uiua iudicetur. Quem affectum latini uocant uteri strangulatum, quia in ipso mulieres eandem suffocationem pati uidentur, ac si strangularentur, Alij ablatam respirationem nuncupant, nomine desumpto à loco, affecto, aut à superuenienti symptomate: Paulus & Aetius uteri peruersionem, & ad superiora uel ad latera recursum appellant. Non quia in hoc affectu uterus instar cuiusdam animalis localiter per corpus moueatur, ut plato quandoq; dixisse uisus est, sed potius quia, in tali uitio uterus contrahitur ad superiora, uel ad latera peruertitur. Et quamuis cordi officiat, syncopim faciendo, & pulmonibus ac diaphragmati respirationem impediendo, non tamen hæc & similia in muliere præfocata contingunt, quia uterus per corpus erret, vt qui ad soptum transuersum perueniens respirationem impediat, & ad cor pariter ascendens, meatum spiritus obstruendo, animi defectum faciat. Hoc.n. sensu repugnat, & ijs quæ in dissectionibus apparent, cæterisq; omnibus functionibus naturalibus ac uoluntarijs obeundis aduersatur, ut iure optimo Gal. hanc sententiam pluribus & demonstratiuis rationibus confutauerit. Non propterea credendum est, platonem philosophum alioquin diuinum, eius fuisse opinionis, ut illius uerba significare uidentur. sed existimo ego, ut per uterum potius intellexerit, malignum corruptumque illius uaporem, à cohibito semine aut menstruo ortum, qui substantię suæ tenuitate, ac proinde mobilitate, instar cuiusdam animalis per corpus mouetur & errat. suaq; uenefica & corrupta natura, cæteris partibus omnibus corporis plurimum nocere ac officere potest: & pro illarum diuersitate, uarijsq; officiorum generibus, modo respirationem tollit, si septum transuersum petierit, modo lipothimiã facit, si cordis substantiã magis occupauerit, modo corpus totũ uehementer refrigerat, si per unisã illius annatomiã se diffunderit, quod facit natiuũ calorẽ stran-

Nominis explicatio. *Nomen à qualitate mut.* *Nomen à symp.* *Nomen à loco affec.* *Nomen à morbo.* *Plato in thimeo.* *6. de loc. eff. cap.* *Platonis defensio.*

strangulando, ad cuius sympt. causam soranus magis respiciens, talem affectum uocabat, flatuosam per frigerationem. Ab horum autem uaporum minera replente uasa ad uterum pertingentia, eiusdē retractio & conuulsio otitur: Hac eadem ratione pariter puto, non solum diuinum Platonem à Galen. calumniis facilè uendicari posse, uerum etiam Aristot. qui ? statuere uisus est, cœrebrum factum fuisse frigidæ & humidæ temperaturæ, tum ob proprias functiones ædendas, tum etiam propter cordis fœruorem contemperandum: Quam sententiam Galen. secundum nuda uerba considerans, potius, quàm germanū sensum, illum etiam reprobat, & ea ratione innititur, quia oportuisset naturam fecisse hæc duo membra magis propinqua, ut mutuo contactu, uel saltim maiori uicinia facilè contemperari possent. At uidemus has duas partes non solum per satis magnam distantiam differentes collocasse, uerum etiam inter utrasque multas alias interposuisse, ut distantiæ huius ratione, & partium interpositione nequaquam rationabile uideatur, quod de illarum partiū actione & passione Arist. sensisse uisus est. Quæ Gal. ratio etiam si probabilitatem aliquam, continere uideatur, Si tamen ipsius Arist. mentem magis penetremus, optimè loquutum fuisse inueniemus; & Galen. improbatione dignum magis iudicabimus: Ea enim fuit, ni fallor, Arist. opinio, cœrebrum uidelicet frigidum & humidum fuisse, ut cor calidius & siccius contemperaret, hoc est, ut spiritus uitalis cordis, partium omnium nostri corporis calidissimus, in cœrebrum influens, ab eius temperatura commoderaretur, & hac ratione animalis euaderet, ac proinde facultatum omnium animalium cœrebri idoneum istrumentum, pro earum muneribus & officijs obeundis existeret: At ne à principali nobis proposito scopo digrediendo, nimis recedere uidear; supposita nominis explicatione, ad subiectæ rei essentiam indagandam accedo, quæ cum ex causarum inuentione & cognitione pendeat, formali inquam materiali & efficiente, ideo studium meum erit singulas diligenter inuestigare, & examinare: prima omnium formalis occurit, cōmuni autem medicorum omnium consensu iam diu confirmatum habetur, quod præfocatio matricis in genere sympto. sit; quamuis in specie determinata dissentire uideantur, ut quidam statuant esse in genere lesæ actionis, Alij, exeuntis mutati, nonnulli in qualitate mutata potius collocant: quorum controuersiis consulto prętermissis, ego facilè credo, sub quocunque genere indifferenter collocari posse: imprimis qualitas mutata dici potest, ratione qua in hoc sympto. naturalis uteri ac totius qualitas alterata immutataque est, & per frigidum à statu naturali plurimum recedit; Nam huius symptomatis præsentia mulier usque adeo perfrigerari consueuit, ut à cadauere uix distingui possit, Nec propterea confundimus sympt. cum morbo, quia perfrigeratio ista quæ præfocationem sequitur, à morbo in intemperie frigida longe distat, Nam refrige-

2. de par. animal. c. 7.

8. de usu pa.

Ratio prima

Secunda ratio.

Deffensio Arist.

De essentia præf.

Forma naturalis præfo.

De forma specifica uariæ opin.

Concilium.

Præfoc. esse sympto. in qual. mutata.

Obiectio.

Solutio.

refrigeratio ista affectio quædam est, morbum in uia consequens, ac proinde est symptoma in tangibili qualitate mutata consistens, intemperies autem frigida affectus potius est, & ex morbi genere, sub quo præfocatio matricis nullo modo collocari poterit: vt quidam moderni secus sentientes, in magno errore uersantur. Quam ueritatem tum alia, tū illius generationis modus clare ostendere potest; q̃quidem præfocatio non sensim,& longiori tempore fit, successiuaque incrementa suscipit; sed ut cito oritur, ita etiam citissime quandoque desinit, ut spacio unius horæ miseras mulieres quandoq; interficiat, ergo morbus in intemperie esse minimè poterit: cum Gal. teste intemperies, nec cito fiat, nec cito desinat: quo eodem fundamento innitebatur probando epilepsiã esse symptoma, quod in morbum in intemperie nullo modo reduci poterat, sed potius in morbũ male compositionis & in uia: præterea si refrigeratio hęc quæ in pręfocatione obseruatur, morbus esset in intemperie frigidiori, ea certè non remissa, sed ualde intensa esse deberet, cum uniuersum corpus adeo frigescat, ut corpori mortuo coequetur; & propterea calefacientibus utero & toti admotis tolleretur, quod tamen est falsum,& Gal. etiam repugnat, qui aperte testatur curari quandoque hanc præfocationem, nullis remediis utero adhibitis, sed sola seminis uel mẽstrui euacuatione, per eundem uterum facta: quare præfocatio matricis ita erit totius perfrigeratio, ut nequaquam morbus sit in intẽperie: sed potius symptoma in qualitate mutata: quod etiã dici possit symptoma in exeunte mutato, patet quia in hoc uitio intus, & præter naturam retinetur, quod naturaliter exire deberet. quod autem cohibitur ex Hyp.& Gal. est sanguis menstruus, uel semen, uel utrunq; simul, à quibus deinde elleuatur aura quædam frigida, & uenefica, quæ alterando & agendo tantæ est efficatiæ, ut in alias partes corporis se diffundens, tum uaria symptomata producat, tum potissimum corpus totum insigniter refrigerando immutet, ut suo loco clarius constabit, quæ duo symptomatum genera, sub quibus præfocationẽ contineri diximus, ea affinitate coniuncta esse uidentur, ut perfrigeratio uteri & totius non fiat, sine præcedenti retentione dictarũ materierum, & ijsdem pariter euacuatis, nullisque aliis remediis utero adhibitis, auferatur symptoma & in pristinum statum mulier reuertitur. Hanc ipsam præfocationem si quis etiam in læsam actionem magis referre uoluerit, non repugnabo. Nam ea ratione qua materia per uterum non effluit, quæ alioquin effluere deberet, actione expultricis uteri ablata, poterit in genere actionis lęsæ etiam reponi: Erit igitur præfocatio matricis actio ablata expultricis uteri, Eadem erit exiens mutatum quia retinetur. quod omnino exire deberet, Denique erit, & qualitas mutata, ratione qua uterus & corpus uniuersũ perfrigeratum obseruatur. & hæc de forma: Affectus uerò locus in hoc symptomate erit uterus, qui perpetuo patitur, & illius causa cætera

Contra modernos. *Ratio prima.* *3. de loc. affect. cap. 7.* *Ratio 2.* *Ratio 3.* *6. de loc. affect. cap. 5.* *Præfoc. esse symp. in exeunte.* *Lib. de mor. muli.* *6. de loc. affect. cap. 5.* *Præfoc. esse sympt. in acti. lesa.* *Locus affec.*

terę quoque partes omnes in consensum trahuntur. vt non immerito à priscis illis medicis huiusmodi affectiones hysterice uocate fuerint, quia ad uterum tanquam ad radicem pertinent: communicat autem uterus has suas affectiones, cęteris partibus & corpori uniuerso, non solum ob communem illam conspirationem quam habent partes inter se, & cum suo toto, uerum etiam per singularem consensum, quem idem uterus retinet cum partibus principalibus, ac proinde cum corpore uniuerso; Cordi quidem cõmunicat per arterias, ut hinc lipothimia syncopis, pulsus & respirationis ablatio prodeat; Cœrebro communicat per membranas spinalis medullæ. Hinc sopores melancholiæ uertigines epilepsia appoplesia & similia contingere possunt. Iecori tandem communicat per uenas, hinc febres tumores & cætera eiusmodi fieri solent: His autem partibus uel omnibus uel pluribus uteri causa affectis, totum etiam corpus in consensum facilè trahitur. Cæterum hoc genus symptom. licet mulieribus potissimum adueniat, non tamen solis, sed uiris etiam aliqua ex parte commune est: Quamuis enim accidentia illa quæ suppressos menses sequuntur, fœminis tantum propria sint, ea tamen quæ seminis ratione nascuntur utrisque cõmunia erunt; Quemadmodum enim semen in utroque sexu generatur, ita in eisdem etiam coaceruari intusque cohiberi & alterari potest; quod dum fit easdem mutationes ambo subire poterunt, & ideo Galen. testatur, repertos fuisse homines qui ueneri assueti, prætermissa tali consuetudine, uariis symptomatibus subijciebãtur, capitis uidelicet grauitate uertigine inappetentia cruditate febre. Alij frigidi & torpidi euadebant, quidam melancholici, omnes tamen quam primum ad pristinam consuetudinem reuertebantur, nullis alijs præsidijs adhibitis, sponte liberabantur; Quod hominum genus ita fœcundum Plato Arboribus im modice fructiferis comparasse iure uisus est, in quorum numero Diogenes ille cynicus collocari potuit, qui etiam si morallium uirtutem omnium splendore præditus esset, & earum præcipuę quæ ad continentiam magis spectabant, proprio tamen genio ac naturæ indulgens, uenere sæpius utebatur, idque non coniuncte uoluptatis gratia, fecisse existimatum est, sed magis ut propriæ saluti & conseruationi incumberet, & multa illa nocumenta euicaret, quæ ex retento semine sibi aduenire posse facilè intelligebat; cuius rei singulare testimonium esse potest, quod meretricem tardius accedentē, quàm illi pollicita esset, libenter reiecit; in illiusque tardo aduentu se excusans, respondisse fertur, manus hymenæum cœlebrando te præuenit: Quamuis autē propositum symptoma mulieribus ac uiris commune sit, magna tamen eorum latitudo habetur, quandoquidem in muliere omnia enumerata symptomata maiora frequentiora plura & sœuiota conspicientur, quam in uiris; cuius diuersitatis ratio multiplex assignari potest, primo quia in uiris ob calorem robustiorem

6. de loc. affec. cap. 5.

Vteri cõsensus.

Pręfoc. communis est uiris & formi nis.

Lib. de sem.

6. de loc. aff. 5.

Historia.

Differentia

1. Ratio.

omnis superfluitas magis absumitur, ob eiusdem autem imbecillitatem in fœminis copiosius aggregari permittitur. secundo in uiris ob continuos & maiores labores, nõ tam cito & facilè copiosum semen aggregatur, at in mulieribus quæ uitam magis ociosam & vmbratilem degunt in maiori quantitate coaceruari oportet. præterea ubi in uiris semen redundat, quæ superueniunt symptomata, non nisi solius seminis aggregatione contingent; At in mulieribus præter seminis cohibitionem, menstruorum quoque retentio simul accedere solet, ut ex hac duplici materia retenta, duorum etiam generum accidentia oriantur. Accedit etiam quod in symptomatum magnitudine numero & sœuitate distinguntur; Nam quæ mulieribus symptomata adueniunt, maiora sunt, plura sœuiora & diutius duratura; & diuersitatis ea est ratio, quia in uiris semen cohibitum non est adeo prauum & uiciosum, ut in fœminis esse consueuit; quod fortasse in causa esse potest quod ex hoc superuenienti symptomate, non æque ut fœminæ interire solent.

2. Ratio. *3. Ratio.* *4. Ratio.*

De causis efficie. præfoc. *Cap. XLII.*

CÆterum quia symptoma ratione qua dependet, in causam & morbum suum reduci debet, ideo quæ sint eius causæ inuestigare oportet, de quibus etiam diligenter agendum est, tum quia sine earum cognitione natura propositæ affectionis cõspicua esse nequit; tum magis quia recta curandi ratio adhiberi non potest: & præsertim quia in hoc modo multa uaria & lethalia symptomata conspiciuntur, ommitto quod etiam illis omnes non consentiunt sed apud ueteres & recentiores uariæ semper fuere opiniones, Alij enim in frigidiorem intemperiem, Alij in sicciorem, quidam in morbum in situ referunt, plato causam in uterum reducit, cum uidelicet ijs priuatur, quæ concupiscit, quo tempore corpori uniuerso maximè nocere consueuit, ut ea pars, inquit, quæ mulieribus uterus nuncupatur, cum sit animal prolem generare cupiens, si intempestiue diuque infructuosum fuerit, succenses ægre fert, erransque per totum corpus, & spirituum meatum obstruens, respirareque non sinens, in extremam anxietatem deijcit, atque multos alios morbos excitat: Cuius dicti occasione, alij addiderunt, quod idem uterus ita per corpus errando, si ad septum transuersum peruenerit respirationẽ impediet: Quas opiniones omnes consulto prætermittam, tum quia à Gal. fuere recitatte & confusatte, tum magis quia ex proponenda ueritate & legitima causa huius symptomatis clare elucescent, & aliorũ error de facili emendabitur: propositi igitur sympto. causæ, quædam se tenent ex parte contenti, quædam ex parte continentis, quo ad contentum, est materia, atque hæc duplex uaporosa & corpulenta, quarum uapor est causa immediata, minera autem uaporis mediata est a quæ

cognitio causarum quàm sit utilis.

De causis præfoc. uariæ opin.

6. de loc. aff. 5.

6. de loc. aff. 5.

Causa præfoc. 2.

Causæ ex parte contenti.

quæ tamen non uidetur præfocationem facere posse, nisi aliqua ex parte in uaporem attollatur, qui cum suæ mineræ proportione semper respondeat, ideo cognoscere oportet quæ nam sit illius minera, de qua loquens Galen. duplicem esse statuit, sanguinem menstruum & semen, quarum quælibet uel utraque, simul si præter consuetudinem intra corpus detenta fuerit, & in prauam auram extenuetur, præfocationem ipsam causare poterit; cuius euentus probabile argumentum hoc erit. quod ex omnium medicorum consensu affectus iste, ut plurimum uiduis accidit, & illis præcipuè quæ probæ antea purgabantur, & uirorum concubitu gaudebant; ideo Galen. loco citato, historiam refert de quadam uidua, quæ cum à consueto coitu abstinuisset, solitasque purgationes haberet, nihilominus matricis præfocatione corripiebatur, quæ certè non aliunde quàm à retento semine fieri poterat; Quod clarius ad huc eius curatio ostendere potest, quoniam ex calorificis medicamentis utero admotis, & eiusdem per tractatione, & titillatione facta crassiore & copiossiore semine excreto, ex tali symptomate liberabatur.

6. de loc. aff 5. 1. loc. de sem.

1. Ratio.

Historia.

2. Ratio.

Semen & sang. menst. quantitate & qualitate peccare. Cap. XXXXIII.

SAnguis menstruus & semen quamdiu debitam naturam, conuenientem mensuram, & qualitatem retinet, consuetisq; temporibus per conuenientia loca integræ expurgatur, tam diu etiam naturalis status integer & illesus in eodem corpore seruatur. Nam semen licet humor excrementicius sit. vtilis tamen est, & præterea sui natura benignus, & uitali spiritu copiose refertus; qui in debita matrice susceptus, aptus est illi simile generare unde decisus fuerat; Menstruus quoque sanguis etiã si totius massæ sanguineæ excrementum habeatur, Neutrum tamen toti corpori officit, sed in non prægnantibus & non lactantibus tantum molestiam inferre solet; quod contingit quando præter terminos à natura constitutus, intra corpus maiora augumenta suscipit, quàm pro naturæ modo conuenit: si autem consuetis temporibus, & secundum naturam utrique humores euacuentur, tantum abest ut quippiam mali corpori afferant, ut eodem potius deputato in meliorem conditionem deducant: ab ista autem euacuatione excluduntur prægnantes & lactantes, quia in prægnantibus secundum aliquam partem in alimentum ipsius fœtus degenerat, quod deinde post nutritionem superest, in membranis fœtui circumiacentibus recipitur, & ad patiendi tempus citra aliquam noxam custoditur; eumque vsum habere uidetur, ut tempore partus ante fœtum effluere incipiat, & effluendo partes uteri lubricat, & lubricando faciliorẽ exitum efficit: postquã autem mulier peperit, hoc excremẽti genus denuo generatur, ita tñ ut à propria mãmillarũ

Semen quãdo corpori est innoxiũ.

Menst. sang. qñãdo est innoxius.

Semen & menst. quando noceant.

In præg. & lacta. sãguis menstruus cur nihil noceat.

substantia in lac assiduo uertatur, ut ex illo tanquã ex alimento iam æditus fœtus conseruetur, ob quam causam fit, ut in his mulieribus dictum sympto. minimè contingat; in quibus igitur accidit, necessarium est alterã uel vtranq; materiam retineri, & pluribus rationibus à naturali statu recedere: & primo in quantitate, ratione cuius, in uasis pertingentibus ad vterum plenitudo oriatur. In substantia etiam, quia longiori tẽpore intus detenta crassessit, & calefacta obstructiones parit, & partas auget peccat etiam in motu quia cum expurgari deberet intus cohibetur præter sui naturam. Denique etiam in qualitatibus alteratur, primis inquam & secundis, manifestis & occultis: vt ex parte qualitatum manifestarum, dicta materia in frigidiorem auram extenuetur, ut superueniens perfrigeratio toti corpori clare ostendit; merito autem occulte in perniciosam & ueneficam qualitatem degenerat, à qua nouas proprietates & agendi uires, prioribusq; contrarias sibi asciscit, quo tempore non solum conseruandi indiuidui, & propagandę speciei potestatem omnem deponit, sed subiectũ ẽt sibi corpus male afficit, multisq; & diris symptomatibus excruciat, quæ certe minimè fierent, nisi dictæ materiæ prauitas calori natiuo actionum omniũ auctori, maximè aduersaretur, in quem magna ui agens corrumpit minuit & hebetiorum reddit, inde actionum omnium torpor, & ablatio, corporisque totius perfrigeratio oritur. Dum autem à dictis materiis hęc in corpore fiunt, non sub sensibili & propria earum specie contingunt, sed uaporis & spiritus formam primo induunt, qui substãtiæ suę tenuitate mobilitatem acquirens, in omnes etiam corporis partes quàm citissime se diffundit, & accedente corruptione in agendo & corrumpendo ualde efficax euadit. Hoc ipsum clarius ostendit, enumeratorũ symptomatum generationis mõdus; quandoquidem sensim & longiori tempore non fiunt, sed confestim & quasi subito producuntur, quod minimè contingeret nisi penderent à causa magnæ actiuitatis, cuiusmodi est substantia spirituosa, quæ quo tenuior fuerit, tanto ad agendum erit promptior. Accedit quod partes principes & ab vtero ualde distantes, in hoc symptomate quasi momento grauissime afficiuntur, quod nullo modo fieri potest, quandiu semen & sanguis menstruus, crassiorem & sensibilem substantiam retinent: Eo autem ordine illa emergere obseruamus, ut ab hoc uapore genitalia primum ligamentaque & uasa ad uterum pertingentia nimia plenitudine obstruantur, ut pote illa in quibus materia non solum copiose recipitur, sed copiosius etiam retinetur. Hinc uteri conuulsio, & ad superiora uel latera contractio oritur: In qua repleta corpora quo magis in latum & profundũ extenduntur, tanto magis in longitudine abbreuiantur: Dum autem uterus ita contrahitur. duplici modo contrahi solet, æqualiter scilicet, & recte, uel inequaliter & oblique, & recte & æqualiter contrahitur, quando uincula & uasa ad uterum peruenientia æque plena sunt,

Peccatũ in quanti.
Peccatũ in motu.
Peccatũ in substantia.
Peccatũ in quali.
Præfoc. fit à uapore.
1. Ratio.
2. Ratio.
3. Ratio.
Ordo gene. sympt.
Obst. à copia.
Conuul. à plen.
Vterum 2. conuelli.

sunt,

ſunt, inequaliter autem & oblique contrahuntur, ſi maior fuerit plenitudo in una quàm in altera parte, tunc enim maior cõuulſio ſequetur ex parte maioris plenitudinis quàm minoris, & hoc eſt in cauſa quod per id tempus referant obſtetrices, uterum obſeruare modo ſurſum retractum, modo ad latera reclinatum, non tamen, quia inſtar animalis per corpus erret, ſed in proprio loco ſemper exiſtens, plenitudinis cauſa contrahitur, ad cuius cõtractionem eius quoque cœruicem retrahi neceſſe eſt. Hęc eadem materia quàm primum in frigidiorem & ueneſicam auram elleuatur, ambabus etiam qualitatibus uterus afficitur, qui frigiditatem & deleteriam eius agendi uim moleſte ferrens, non minus quàm ex dicta plenitudine, in originem ſuam contrahitur, mox in altum corporis dictæ qualitates magis deducte, & partium principum, totiuſque corporis annatomiam occupantes, poteſtatiſque ſuæ inſigna ubique figentes, numeroſa, & lethalia accidentia inferunt. atque hæc multorum generum, pro partium ſuſcipientium diuerſitate multitudiniſque & pernicioſæ qualitatis ratione; Ad cor enim peruenientes animi defectum & syncopim inducunt, pulſandi ac ſpirandi actionem omnem è medio tollunt, ſi in ſpinalem medullã decubuerint, in ſubiectis partibus conuulſionem facient, ſi incœrebrum aſcenderint, in ipſumque pari ratione egerint, non ſolum ſoporem melancholiam & aliud delirij genus cauſabunt, ſed efficacius agentes, ſenſu motu omnique uitali calore corpus uniuerſum deſtituent, ut hoc tempore miſeræ mulieres à mortuis diſtingui nullo modo poſſint, non tamen exiſtimandum eſt, reſpirationem omnino auferri, quia ex cõmuni omnium Philoſophorum conſenſu, animalia tam diu uiuunt, quouſque ſpirantur, in præfocatione igitur calor maximè leditur, & ſtrangulatur, ut reſpiratio quaſi è medio tollatur, non omnino tum, quia uita non ſuper eſſet ut habetur etiam ab Auer. 3. col. cap. 29. Nec mirum alicui eſſe debet quod ex tam modica aura circa uterum primitus orta, deinde aliis partibus & toti communicata, tam multiplicia & lethalia sympto. naſcantur: imprimis quia, nudis & manifeſtis tantum qualitatibus illa non operatur, ſed occultis etiam & ueneficis, in quibus certè tanta eſt cum natura humana contrarietas, & alterandi poteſtas, ut à corporea ſenſibilique molle ſoluta, & in ſpirituoſam ſubſtantiam ſublimata, eam agendi & corrumpendi uim aquirat, qua, in exigua etiam quantitate totum corpus quàm primum peruadere, & in peſſimum ſtatum deducere ualeat: Quod Gal. aliorum uenenoſorum animaliũ exemplo clare patefacit: quis enim ſibi perſuaderet, quod ex inſenſibili materia, quæ ex phalangij & ſcopionis ictu in corpus noſtrũ procedit tam dira & peſſima ſymptomata quaſi repente fieri poſſent; quis etiam putaret, quod marina torpedo, tam inſignẽ agendi uim habeat, ut ſolo tactu per qualitatis uim ſibi uicina alterare poſſit, & piſcatoris baculum tangendo, illius quoque mannum ſtupifacere.

Coauul. à quali.

Obiectio.

6. de loc. aff. 5.

facere. Hæc & similia patefacere planè possunt, in corpore humano corruptionem quandoque oriri posse, quæ uiribus & qualitate ueneno omnino sit coequalis, sic in proposito malo, omnium medicorum consensu contingit. sed quispiam obijcere posset de hac materia, quæ si tam perniciosa & uenefica est, quomodo in subiecto corpore tamdiu quieta delitescat, ut per longum temporis spacium nullā molestiam inferrat; Cui dicendum quod si quęlibet materia præter naturā eadem haberet suæ digestionis tempora, si corpora pariter actionem dictæ materiæ suscipientia, æque disposita forent, nulla dubitandi occasio orta fuisse; quinimo uno & eodem tempore ubique ageret, & corpora etiam æquæ paterentur; At quia digestionis tempora diuersa sunt, & corporis suscipientis multiformis dispositio, ideo nemini mirum esse debet, si in muliere præfocanda, materia huius symptomatis auctor, & si in corpore præsens sit, non tamen præfocationem subito faciat, cum nec tam cito in ueneficam naturam degeneret, & malignum uaporem attollatur, sed intra corpus tacitæ ac diu delitescens digestionis & exaltationis suæ tempora expectat, quæ ut primum attigerit, subito & quasi momento agendi potestatem quam occulte continebat, pallam manifestat, & subiectum sibi corpus alterando & corrumpendo, magno patientis labore, ac uitæ discrimine iugulat; in qua actione tam diu uersari solet, quam diu spiritus omnis uenificus à propriis mineris exhaustus consumptusque fuerit; Nec prius incipit mulierem denuo affligere, nisi postea quam per nouam relictæ materiæ sublimationem, recentes & consimiles spirirus regenerati fuerint; Quem generationis modū clarius adhuc ostendit rabidus canis, in quo tanta humorum corruptio fieri solet, ut solius eius sputi contactus, si corpus nostrum tetigerit, eandem rabiem efficere possit. Ea tamen ratione, ut illius vires, & alterandi proprietates non prius in corpore appareant, quàm exiguum illud sputum, & sputi qualitas suæ digestionis tempora absoluerit, corporique parem affectionem communicauerit, quod sex mensium spacio aliquando succedere solet; ante quod tempus nulla rabiei nota deprehenditur, Hoc igitur quàm primum contingit, imperium etiam supra corpus statim acquirit, & secundum propriam naturam alterando, substantiam spirituum humorumque massam quàm citissime immutat corrumpit, & citra nullam uitæ spem, corpus rabie infectum tandem interimit; Nec aliter fit de semine & sanguine menstruo aggregato & incorpore cohibito & corrupto, à quibus aura illa uenefica oritur, quæ partem aliquam principalem petens, consimilem sibi reddit, mox illius causa, secum etiam rapit corpus uniuersum: Cæterum animaduertendum est. quod quamuis ex maligno hoc uapore, matricis præfocatio cæteraque ennarata symptoma nascantur, non tamen æqualis & eadem semper erit agendi potestas, sed in magnitudine & uehementia differentia erit: quandoquidem

Obiectio.

Solutio.

Quando à præsentia materiæ fit præfoc.

Quandiu præf. duret.

Quanta sit corrupt. in sputo rabidi canis.

ex cor-

ex corrupto semine, & in spiritum ellato, longe sœuiora accidentia, quàm ex sanguine menstruo contingent. Quanto enim semen propriam seruans naturam, essentiæ suæ bonitate ac benignitate menstruum superat, tanto etiam ex superuenienti sibi corruptione, in maiorem & deteriorē uenenositatem degenerare uidetur, ut ab hoc magis quam ab illo seuiora & magis lethalia symptomata producantur: Quod planè illę mulieres testari possunt, quæ cum non sint uiduæ, & consuetas purgationes suppressas habent, etiam si pluribus accidentibus infestari possint, nunquam tamen spiratione priuantur, nec syncopi laborare uise sunt, sed hæc & similia seminis potius quā alterius materiæ suppressionē sequuntur: Accedit reperiri quasdam uiduas, quæ licet pro consuetudine purgentur, nihilominus propositis symptomatibus ex retento semine corripiuntur. Præfocatio igitur erit perfrigeratio uteri corporisque totius dependens à uapore non solū copia qualitate & motu peccante, sed etiam uenefico, ellato ex sanguine menstruo semine uel utrisque simul; Et hæc de causis quæ se tenent ex parte contenti dicta sint. Reliquum est, ut de illis etiam agamus, quæ se tenent ex parte continentis, continens autem in hac affectione est corpus ipsum, quod licet secundum partes omnes affectum esse conspiciatur, non tamen eodem modo, sed earum aliquę primario aliquę secundario lęduntur. Quæ primario afficitur est ipse uterus secundum ligamenta & uasa ad ipsum pertingentia, deinde etiam secundum propriā sui substantiam & uasa, mox reliquum corpus in consensum trahitur; Quis autem sit iste affectus Galen. declarat, statuens esse obstructionem, consequenter dictū symptoma referri debere in morbum mal. compositionis, hoc est in uijs obstructis, & debitam latitudinem non seruantibus, fit autem hæc obstructio nō solum à copioso semine & menstruo sanguine, uerum etiam ab eorundem crassitie & lentore, nec non etiam ex parte uasorum, si contingat angustiora & densiora esse, siue talis angustia natiua fuerit, siue adscititia; Vnde merito copiæ repletionem facientis in dictis uinculi & uasis uteri, oritur conuulsio, & eiusdem in propriam originem contractio. idem dicatur si à crassitie & lentore obstructio fiat. Merito autem prauæ qualitatis idem uterus, non solum sursum uel ad latera trahitur, uerum etiam eadem communicata cæteris partibus corporis, iam ennarata symptomata producere consueuit: Sed hoc loco dubitare aliquis posset, si in præfocatione conuellitur uterus, & conuulsio fiat non solum à repletione, sed etiam ab innanitione, cur est quod altera causa prætermisa, de sola repletione mentio habita fuit: Soluas quod quamuis conuulsio ab utraque causa fieri possit, non tamen quælibet ab utraque simul perpetuo fit, quod tum in aliis, tum in matricis præfocatione contingit, in qua sola repletio locum habet, quod ostendit modus generationis & solutionis erit. Nam suffocatio matricis nunquam fit, citra seminis & sanguis

à semine uehem. symp. oriri quàm à menstr.

Ratio prima 9. de loc. affe. cap. 5.

Secunda ratio.

De causis ex parte cōtinentis. 6. de loc. aff. 5.

Præfoc. fieri ab obstr. ut à morbo.

Causæ obstruct.

Dubitatio. 6. aph. 39. 5. aph. 1.

Solutio.

sanguinis menstrui cohibitionem, Et eadem non nisi eorundem, uacuatione tollitur, uel saltim prauæ auræ dissipatione facta: Nec obstat Hyp. auctoritas libro primo de morbis mulieribus ubi habet, uteri præfocationem fieri, quando illius uenæ innanitæ sunt, ad quarum innanitionem, uteri exiccatio sequitur: quoniam pręfocatio si debet in suum morbum referri, non nisi in eorum ligamentorum & uasorum obstructionem reduci poterit, quæ ad uterum pertingunt, quæ obstructio perpetuo producitur à nimia sanguinis menstrui & seminis plenitudine lentore etiam & crassitie, ob quàm uasorum repletionem fit, ut propria etiam ipsius uteri innaniantur, ut consueta humiditate priuatus uterus, secundum uniuersam sui substantiā exicetur; Ad uenas igitur proprias uteri illiusque substantiam respiciēs Hypp. rectè dixisse arbitror, quod in præfocatione uenę uteri innaniantur & illius substantia exiccatur, At ratione talis innanitionis & exiccationis non fit præfocatio, sed potius propter aliorum uasorum extra uterum repletionem & obstructionem, huius enim causa, & tanquam à morbo in uia præfocatio oritur, ad quàm deinde innanitio & exiccatio in propria uteri substantia & uasis eius consequitur: sed ratione huius, nec conuulsio, nec præfocatio fit, & hoc modo Hyp. & Galen. intelligi debet, & hæc de causis internis, tum ex parte contenti & continentis dicta sufficiant. Quo uerò ad causas externas attinet, de his pauca sunt dicenda, tum quia ab his nulla indicatio utilis oritur, tum etiam quia non sunt ueræ causæ, sed potius occasiones, de his tamen loquitur Galen. & Hyp. passim, quæ potissimum capiuntur à mala uiuendi ratione. Qui error & si multiplex esse possit, ad id tamen quilibet dirigitur, ut aptus sit obstruere dicta uasa, semen præterea & menstruum sanguinem copiosius generare, uel crassum & lentum producere: ne autem circa manifesta uersari uidear. de his plura non dicam. Sed totum negotium, diffusa oratione hactenus explicatum, breui hoc compedio colligam. statuēdo, quod præfocatio non aliud est, quam uteri totiusque corporis perfrigeratio, prodiens ab aura frigidiori corrupta & uenefica, genita à semine & sanguine menstruo copia & qualitate peccante, uinculaque & uasa ad uterum pertingentia, obstruente, & cōsuetam uteri fluxionem remorante.

Obiectio. *Solutio.* *Causæ ext.* *Libro de morb. mulieb.* *Definitio.*

De differentijs. Cap. XXXXIIII.

EX proposita essentia facili negotio differentiæ omnes ellucescunt, formales inque materiales, & efficientes. Vt merito formalium præfocatio ratione qua perfrigeratio est, pro causarum magnitudine, & uehementia, modo intensior modo remissior sit, & rursus modo longior modo breuior, quæ tamen specifice non sunt, sed secundum magis & minus tantum distincte: Ex parte de inde

Differentiæ form.

loci

loci affecti, is semper est uterus, qui afficitur primo secundum uincula & uasa, ad ipsum peruenientia, tum etiam secundum propriam substantiam & interna uasa, cæteræ autem omnes partes illius causa læduntur, quibus omnibus totidem species correspondent; Tandem merito causarum efficientiũ, totidem species nascentur, quotuplex est morbus & morbi causa, At morbus unicus est, uidelicet in uijs obstructis, à quo etiam non nisi unica species orietur, pro multiplici autem obstructionis causa, multiplicabitur specierum numerus: statutum autem fuit talem obstructionẽ fieri à semine uel sanguine menstruo uel utrisque simul, & quodcunque fuerit peccare potest, copia motu & qualitate, tum manifesta, tum occulta, & si manifesta, tum prima, tum secunda, vt cum excedit secundum frigiditatem, uel lentorem & crassitiem: si occulta, hæc uenefica est, quæ solis gradibus sui diuisionem pati potest, hinc igitur plures species præfocationis orientur, & numero semper correspondebunt iam propositis causis.

Differentiæ materiales.

Differentiæ a causa effe.

De signis. *Cap. XLV.*

Signorum autem quædam indicant præfocationem futuram & imminentem, quædam præsentem. Amborum tractatio utilis futura est, cum ex cognitione imminentis illi occurrere liceat, ac proinde mulierem à tanto symptomate præseruare. Meritò autem præsentis, eandem debitis remedijs expugnare poterimus. Imminentem itaque suffocationem cognoscemus, si in primis menstruorum uel seminis consueta purgatio cohibita fuerit, ad quam consequitur totius corporis pigritia, & crurum insueta imbecillitas, idque ob materiæ aggregatæ copiam plenitudinẽ facientis, pallida facies euadet cum tristi quodam spectu mentisque torpore, Anhelitus difficiles, oculorum uertigo, & in uteri regione dolor, quæ & similia symptomata fiunt, quia collecta materia cum antea quiesceret, crudaque esset, incipit digeri, & per corpus moueri, & consequenter aliquas molestiæ notas illi inferre. Dum autem adest, & præsens est, proposita omnia symptomata euidentiora grauioraque euadunt, ut sopor grauis & profundus fiat, mentis & sensuum omnium apprensio, cum uocis interceptione, & totius perfrigeratione, os uteri clausum & durum euadit, per quam duritiem à prægnante muliere distinguitur. Accedit, quòd in præfocatione matricis idem uterus unà cum ceruice sæpè conuellitur, & ob uasorum & uinculorum plenitudinem, ad superiora & latera retrahitur. manus præterea affixas habent uentri & supra umbilicum. An uerò tale symptoma fiat ratione suppressi menstrui uel potius seminis, distinguemus, in primis ex adstantium & patientis relatione, quia si menstrua fluxerint, & præfocatio occurrat, statuendum erit, eam ex semine fieri, & præsertim si consuetum coitum dimiserit. Si contra menstrua fuerint suppressa & consueta

Signa dupliciæ esse.

Signa imminentis suffocationis.

Signa præsenti suffoc. Hyp. libr. de morb. mul. gal. 6. de loc. aff. 5. Auic. in cap. proprio.

Signa ex semine.

Signa ex menst.

uenus non fuerit dimiſſa, iudicandum potius erit, tale ſymptoma fieri ratione menſtruorum quàm ſeminis. Si utraque materia detenta fuerit, utriuſque etiam ratione fieri poterit, quod dum contingit, ſymptomata erunt plura diuturniora & uehementiora. At ſi talem relationem habere non poterimus, ad alia ſigna recurrendum erit, & in primis genera ſymptomatum & uehementiam perpendere debemus. Vbi igitur à ſemine ſuppreſſio facta erit, ſęuiora ſymptomata conſpicientur, quoniam ſpiratio erit ablata, pulſus nullus apparebit, ſyncopis etiam hanc mulierem apprehendet. Denique ſenſus motuſque omnis abolitus erit, ut à mortua diſtingui non uideatur. Quę autem retenta menſtrua ſequuntur, mitiora erunt, quia ſpiratio erit exigua & difficilis, pulſus ualdè imbecillis & rarus, lypothimia potius quam ſyncopis, ſenſatio denique ac motio omnis maximè debilitata & deprauata erit, nondum tamen abolita: præterea ſi contingat retentum ſemen copioſum non eſſe, ſtrangulatio fiet citra uteri peruerſionem: At ſi plurimum & craſſum fuerit æquè uaſa replendo, ut menſtruus ſanguis, uterum etiam peruertet: præterea ſi ex titillatione affectarum partium ſemen eijciatur, ſanatioque ſubſequatur euidentius indicabitur præfocatio ex ſemine: diſtinguetur autem præfocatio ab Apoplexia, Epilepſia, quæ fiunt uicio cerebri, & ſyncopi, quæ fit lęſo corde, quoniam licet in ſopore reſpiratione abolita, pulſu ablato, ſenſuſq; & motus priuatione cum illis communionem habere uideatur, ab ijſdem tamē adhuc diſtinguetur. Et primo ab Apoplexia correbri uitio facta, per ſtertorem, qui in præfocatione matricis non ſentitur. Ab Epilepſia uerò per ſpumam circa os, quæ fit ex anguſtia ſpirituum, & materiæ agitatione, ex oculorum etiam uerſione, præterea in præfocatis vultus tumet & rubet, uenæ temporum & oculorum ſunt inflatæ, in Apoplexia autem, Epilepſia & ſyncope pallent. præterea in Epilepſia quædam membra ſpaſmantur & os contorquetur. Accedit, quod in præfocatis ab vmbilico uſque ad muliebria dolor quidam ſentitur, memoria etiam non amittitur, ſed poſt paroxyſmum, narrare mulier poteſt, quæcunq; eo tempore acta ſunt, ſecus eſt de Apoplexa & Epilepſia ex parte cœrebri: A lethargo uerò diſtinguitur per febrem, cæterum quia ſæpè contingit præfocatam mulierem, uitali omni functione ita fruſtari, ut à ſe ipſa mortua nullo modo diſtingui poſſe uideatur, præſertim cum ob refrigerationis intenſionem, calor imbecillis adeo reddi ſoleat, ut pulſatio reſpiratio ſenſus ac motus omnis ablatus ſæpè conſpiciatur, magnoque errore illam tanquam mortuam presbiteris aliquãdo cõmitimus; ideo ut procul ab omni mendacio ſententiam noſtram proferre ualeamus, cum Galen. imprimis tenuem lanæ flocum, uel plumam natibus præfocate admouendam curabimus, quæ ſi pulſum aliquem patietur, non leue uitæ argumentum nobis erit: Ad cuius ſimilitudinem, uitrum quoq; aqua plenũ ſuper uentriculi regionem

[Margin notes:]
Signa utriuſque materia.
Ex ſem. ſup. uehem. ſymp. fiunt.
Ex menſtr. ſup. debiliora ſympt. fiunt.
Signa diſtinguentia præfocationem ab alijs affectibus.
Ab appo.
Ab opi.
A ſync.
A leth.
Signa diſting. uiuu a mortua.
6. de loc. aff. 5.
Experim. 1.
Experim. 2.
Experim. 3.

alij imponunt, diligent etque intuentur, si aqua illa quouis modo moueatur, tunc enim uestigium aliquod uitæ in eadem superesse significabitur; & mihi semel in mea vrbe occurrit nobilis matrona, quæ hoc symptomate correpta, astantium omnium consensu mortua iudicabatur, cuius rei ut certior ego quoque fierem, speculum per politum accepi, orique & naribus eius apposui, quod cũ aliquo modo infectum & obscuratum obseruassem, spe aliqua de illius uita concepta, astantibus omnibus statim significaui, in mortua muliere aliqua adhuc me experiri velle: Cumq, multa & uaria fieri iussissem, tandem, summa omnium admiratione sensim reuiuiscere cœpit. vt ad consuetas functiones tandem reuersa etiã fuerit. Quod cum præter omnium opinionem euenisset, Mulierem à mortuis reuocatam fuisse magno gaudio & mei applausu clamabant omnes. Et detam in sperato fœlici tamen euentu, mutuo amplectebantur, & toto corde mecum simul congratulabantur, Vbi autem perfrigeratio usq; adeo intensa facta fuerit; internusque calor ita exiguus redditus, ut externa omnis respiratio sublata sit, iam proposita experimenta ad uerum iudicium deferendum nihil nobis amplius conferrent. Sed tenuem lanæ flocum plumam & uitrum aqua plenum immota manebunt, speculique nitor integer seruabitur, non propterea mulier ista necessario uita destituta erit, quia etiam si omnis pulmonum motio, qua respiratio fit auferatur, adhuc tamen interna caloris transpiratio seruari potest, quæ non pectoris, aut pulmonum motu editur, sed cordis potius, internarumque arteriarum latenti quadam motione efficitur, cuius solius gratia uita seruari & superesse potest, quemadmodũ pleraque animalia testari possunt, quæ tota hyeme frigida & immota in cauernis permanent, ut omnibus citra nullam controuersiam mortua esse uideantur, quia tamen interna illa transpiratio cordis & arteriarum occultiori motu facta adhuc permanet, hinc fit ut æstate superueniente, internoque calore ad exteriora denuo reuocato, ueluti à mortuis resurgant; Quod sanè illis euenire minimè posset, si cum externa illa respiratione, interna quoque caloris transpiratio sublata esset, cum à priuatione ad habitum regressum fieri posse, negent Philosophi omnes; Tanta igitur est transpirationis caloris necessitas ad uitam, tantaq; horum duorum unio extat, ut quemadmodum uita sine transpiratione, ita nec transpiratio sine uita esse nõ potest. Cæterum quia interna hæc caloris transpiratio nullo sensu nulloque signo à nobis distingui potest, ac proinde simul etiam ignorare oportet, an præfocata mulier, uitali omni calore destituta sit, Quid nobis agendum erit, ne in hoc symptomate mortis æmulo, errorem committamus in magnaque nostra infamia tanquam mortuam sœpeliendam admitamus? Consultius fore ego existimo, ut nobis deficientibus certis signis, uitam à morte distinguentibus, familiaribus saltim mandemus imperemusque, ne pro cõsuetudine huiuscemodi

4. & perin.

Transp. & uita insepa-rab. eßo.

Transp. interna nullo signo cognoscitur.

mulieres sepeliri permittant, sed propriæ domi longiori tempore illas detineant, per duos inquam & tres dies, quo tempore si nullum uitæ uestigium apparuerit, sed fœtorem potius emiserint, mortis certissimum argumentum omnibus esse poterit.

De curatione. Cap. XLVI.

Circa partem practicam, quę rationem & modum operandi respicit, in proposito symptomate locum habebunt indicationes, curatoriæ, præseruatoriæ & uitales, curatoriæ capientur à materia plenitudinem faciente, quæ siue menstruum fuerit siue semen, cum & copia, & qualitate agat, ideò ex parte copiæ auxilium euacuans indicabit, ex parte uerò qualitatis manifestæ, auxilium alterans in contrarium, sicut ratione occultæ Alexiterium aliquod expostulabit, & ratione qua præter naturam quiescit, ad motum consuetum concitandum erit, si ad partes indecentes raptum habuerit auxilium auertēs indicabit. Meritò uero materiæ, quæ plenitudinem facere potest, siue in toto, siue in parte fuerit, auxilium indicabit præseruatorium, quemadmodum ratione continentium auxilium roborans insinuabitur. Ex parte deinde symptomatis actu affligentis, cum illius causa uirtus undique suppressa, & oppressa sit, ut spatio, pulsus & cæteræ facultatum functiones, indicabitur auxilium uitale. Quod symptoma generatim sumptum magnum, ac uehemens est, cum illius causa omnes corporis actiones, siue ad uitam, siue ad sensum & motum attineant, debilitate, deprauate & sæpius etiam abolitę esse possint, deterius tamen illud est, quod à cohibito corruptoque semine fit, ideò ex eo etiam sęuiora, & magis lethalia symptomata nascuntur, quàm ex sanguine menstruo. Adhuc deterius erit si diuturnum & confirmatum fuerit. si præterea instar comitialis per circuitus repetat. Si denique frequentiores & plurium generum accessiones habuerit, quod sanè genus symptomatum facilè potest eadem die, & intra paucas horas mulierem interimere, quapropter cum tale symptoma rationibus omnibus maximum sit, posteaquam illius causa mulier plurimum à statu naturæ recedit, principumque partium omnium, imò totius functiones nedum diminute, aut deprauatæ, sed etiam ablate conspiciantur, ideo illius curatio quàm primum aggredienda est, ac proinde auxiliorum materiæ sunt proponendę.

Indic. omnes locũ habent.

Indic. curat.

Indic. præser.

Indic. uitalis.

Prognosticũ

De materijs auxiliorum. Cap. LXVII.

Svnt autem præsidiorum materiæ in duplici differentiæ, aliquæ respiciunt imminens symptoma, alię præsens. Priores consulto prætermittam, quoniam illæ eædem prorsus conuenire uidentur, quæ in tractatione de suppressis mēstruis propositæ fuere. Illud tantum

Præsidia esse duo.

tum

tum adijciam, quod respicit præfocationem à semine factam, in qua illa adhibenda sunt, quæcunque seminis gerationem prohibere, uel saltem minuere possunt, siue hoc congrua ratione uictus præstiterimus, siue medicamentis, in quo genere enumerantur semina agni casti, uiticis, cannabis, rutæ, radices nympheæ, folia lactucæ, castoreũ, diambra diamoschus, ex quibus parari poterunt decocta pulueres, electuaria & similia: quibus accedunt pessaria, clysteria, sessiones, inúnctiones, in pectine inguine, & lumbis administrandæ: præterea usus ueneris amplecti debet, præsertim si consuetus fuerit, quod si id fieri uitæ conditioni, ac generi non conueniat, cum iam dictis erit progrediendum. Si deinde nobis occurrat mulier, quæ actu hoc symptomate detenta sit, studium nostrum erit, uirtutem à materiæ copia ubique occupatam & malignitate oppressam, excitare & reuocare, quod nõ aliter fieri poterit, quàm per remotionem peccantis nocentisque materiæ: quapropter cum in tali symptomate plenitudo adsit à semine menstruoq; sanguine cohibito, & sympt. uehemens sit quã primum per sectam malleoli uenam, uel scarificatas cucurbitulas euacuandus erit, neque existimandum, in tali casu hoc genus auxilij à uirium imbecillitate, ac syncopi prohiberi, ut plerique putant. Et ratio est, quia ex Galen. vires in tribus consistunt, in spiritibus carnoso genere & solidis partibus, in præfoc. vires languent ratione spirituũ tantum, aliorum autem ratione sunt robustę, & huiusmodi uires non prohibent sang. mis. & iõ 4. de ratione uic. Gal. seccabat uenã in hoc sympt. in quo patiens ob mutescebat, pulsus erat ablatus, consequenter in ea præfoc. in qua actu syncop. aderat quia hæc uirium imbecil. non causatur, ex caloris resolutione & spirituum innanitione, sed potius ex suffocatione, à plenitudine prodeunte, cuius certè præsentia ut hoc symptoma oritur, ita eiusdem absentia remouebitur, non secus ac ignis, dum ex nimia lignorum copia extinctioni est proximus, per solam lignorum subtractionem, facilè reuiuiscit: sic corpus plethoricum & athleticum ex Hip. à nimia sanguinis copia suffocatum, ex copiosa sanguinis euacuatione restituitur: ita profectò dum mulier ob dictam plenitudinem strangulationem patitur, præsentaneum remedium ei erit, per uenæ sectionem sanguinem copiosè detrahere: ita enim nimia illius corporis plenitudo innanitur, ex qua euacuatione tantum abest ut uires quippiam mali patiantur, ut potius illas oppressas & solita uentilatione carẽtes, denuo uiuificemus, & consuetam caloris transpirationem illi tribuimus: quapropter in tali casu non solum sanguis audacter mittendus, sed quamprimum id faciendum erit, quia ita indicat sanguinis præsentia actu uires ualide opprimentis. Quod etiam Hipp. in aphor. tacitè monuisse uisus est, qui de habitu athlerico loquens, consequenter de eo corpore in quo insignis est plenitudo, ratione cuius periculum imminet de uasorum disruptione, uel uirtutis suffocatione, iubebat ut statim uena aperta,

Materiæ prohibentes generationē seminis.

Forma.

Cura præfo. actu.

Missio sanguinis.

Improbatio aliorum.

11. *Meth.* 5

12. *Meth.* 5

Ratio prim.

Gal. 2. *de differ. feb.*

Prima aph.

Tempus.

1. *aphor.* 3.

Ratio 2.

Ratio 3.

aperta, sanguis copiose minueretur. Quod si faciendum est tempore quo copiosus sanguis nihil mali agit, sed præseruationis tantum gratia, quanto magis idipsum quam citissimè præstandum erit, tempore quo uirtus ab illius copia suppressa suffocataque fuerit, quemadmodum in strangulata muliere contingit; & Galen. pariter habet quod in magnis inflammationibus, uehementissimis febribus, & maximis doloribus, nullum inuenit magis præsentaneum remedium, quàm sanguinem mittere usque ad animi deliquium, sanguinem quidem mittit, quia sanguis sua copia plenitudinem facit, mittit in magna quantitate, quia copiosè peccans, magnam efficit plenitudinem, ratione cuius, morbi magni etiam uehementiá symptomata fiunt: quare si ubi hæc imminent ob copiã sanguinis, negare nemo audet, quo minus pro præseruatione, & curatione copiosa sanguinis missio non fiat, cur nos hæsitare debemus de eiusdem sanguinis missione facienda, in muliere præfocata, dum illius causa & præsentia actu adsunt, tam uehementia symptomata: qualia etiam sunt in illis qui à nimia plenitudine actu uehementioribus sympt. molestãtur ut sunt febres ardentissime inflammationes, & insignes dolores. Dico autem illius causa, quia si hæc non fierent à sanguine plenitudinem faciente, sed ab alio humore longè distãte à natura sanguinis, nequaquam mittendus esset, sed purgante medicamento potius educendus. Ad quod Galen. & Auic. etiam respiciens, docuit quod in morbis, in quibus conuenit sanguinis missio, si aliquid prohiberet, à tali sanguinis euacuatione desistendum esse, ut in dolore uentriculi aliundè quam à sanguine producto, non conueniat sanguinem mittere, etiam si ratione alterius mittendi sanguinis ratio haberetur, sed dolor prius sedandus est deinde sanguis mittendus. At in præfocata muliere omnia simul conspirare uidentur ad sanguinem euacuandum. Primò illius copia, ratione cuius oritur plenitudo, à plenitudine deinde suffocatio, secundò uires non prohibent, quia in hoc symptomate non sunt resolutæ, sed à copia potius oppressæ, aliorum uero ratione sunt robuste, quod ostendit ætas florens, quæ tempore fluxionis menstruorum habetur, quæ cum omnia indicent sanguinis missionem, & nihil prohibeat, ideò non solum sanguis mittendus erit, sed etiam tempore quo suffocatio est præsens, & quamprimum hoc agendum, priusquam uirtus suffocetur. Circa locum autem, quantitatem & modum idem obseruandum quod in suppre. menst. dictum fuit. Eadem pariter ratio habenda erit de cucurbi. scharific. quibus uti consueuimus tanquam vicharijs sectionis uenæ, in quarum administratione ille distinctiones adhibende erunt, quæ in suppressis menstruis dictę fuerunt. Post sanguinis missionem ad frictiones deueniendum erit, quæ pariter in extremis partibus tibijs inquam & soleis faciendæ erunt, & ualidæ conueniunt, quales sunt quæ asperioribus linteolis fieri solent, imò etiam cum nitro sale synapi, & aceto permixtis, ut partibus calefa-

1. aph. 23.

Prohibẽtia.

Galen. 1. ad glauc. 14.

Quantitas locus. Modus mittendi sang.

Frictiones locus. Modus.

olefactis & ita ualenter perfricatis grauata sopitaque uirtus excitetur, & à centro ad circumferentiam euocetur. In eundem usum uti etiam poterimus ualidis ligaturis, & cucurbitulis cũ magna flamma eisdem partibus appositis. Omitto magnas uociferationes ustiones & alia quæ possunt uirtutem oppressam ex alto reuocare.

Ligaturę.

Vocifera.

De Pharmacia. Cap. XLVIII.

IN quacuuque præfocatione matricis, siue à semine, siue à menstruis fiat, illis perpetuo utendum, quæ vtero ad mota nõ solum odorata sint, sed vim etiam, habeant extenuandi crassos humores, densitatemque & duritiem dictarum partium laxandi, & præsertim actu syncope molestante; quo tempore suffitus vtero fieri poterunt, ex odoratis, calefacientibusq; moderatè, vt si ex Styrace, ligno Aloe, cinamomo, muscho, & similibus parentur, vt si acceperimus Galen. mosch. ℥ 1. musci scrup. 5. ol. de spic. vnguent. drag. 2. m. Illinantiones etiam pubi, ac inunctiones lumbis adhiberi poterunt cum calefaciẽtibus, flatus discutientibus, & laxantibus, cum oleo liliorum alb. cum aromatis oleo rutaceo, nardino, irino, de spica, & similibus; obstetrix etiam inunctos digitos intromittat vsque ad os vteri, imò leniter ac diu eas partes pertractare poterit, virtutem prouocando, & titillationem faciendo, vt semen excernatur, præsertim si suffocatio à suppresso semine orta fuerit, pessaria etiam ex eisdem parentur materijs, de quibus in sermone de suppressis menstruis mentio est habita, hoc eodem tempore naribus illa adhibeantur, quę tetrum habent odorem, à tali enim vapore vterus quasi perterritus, deorsum facilius fertur, & ad odorata illi supposita reuertitur, neque obstat syncopis, quæ hoc tempore vrget, quoniam non est ex eo genere, vt odorata expostulet, Hæc enim spiritum animalem primo commouent, & quodammodo impellunt, qui tali ac tanto fœtore quasi perteritus facultatem motiuam cœrebri simul etiã pulsat, quæ pariter eiusdem tetri odoris prauitate irritata, propriam arcem deserit, & cum spiritu animali in cor tanquam corporis vniuersi centrum se recipit, vbi vitalem spiritum compressum, & veluti suffocatum excitat, & auget, qua ratione expultrix fac. roborata, matricis assensum omni conatu deorsum deponit, & expulsis, ac superatis corruptis vaporibus quibus vterus obsidetur, organa vitalium spirituum depurando, patentiora reddit, pristinumque & consuetum motum, citra impedimentum eijsdem denuo tribuit, & à præfocatione mulierem liberat: cuiusmodi ea non est, quæ à spirituum resolutione, & à corde primo affecto dependet, quorum restauratio bonis odoribus, & alimentalibus fit, à malis autem magis corrumpuntur, at hæc syncopis, quæ præfocationem sequitur, à spirituum potius suffocatione producitur vtero primo lęso, proinde rationibus omnibus excitandi erunt

1. ad glauc.
Præsidia.
Suffitus.
5. apho. 28.

Titillatio.

Peßaria.

Suffumigia.
Obiectio.

Solutio.

spiritus, à centroque ad circumferentiam euocandi, quod fit naribus admouendo odores tetros, subiectis u erò partibus bonos, & fragrantes, quapropter hoc tempore suffumigiũ parari poterit ex elichnio sulphureo accenso, ex castoreo assa fœtida galbano, sagapeno, & similibus, naribus appositis: ex eisdem in acerrimo aceto prius tritis nares illiniri poterunt. Idem præstant pix liquida, bitumen, ruta, alliũ, cæpæ, si ex his odoramenta fiant, hæc enim spiritum animalem commouent & impellunt, qui tanto fętore excitatus & impulsus per neruos ad cœrebrum primo ascendit, & fac. motiuam pulsat, quæ tali fętore irritata ad cor cum spiritu animali recipitur, vbi virtus omnis vnita magno conatu in corruptos vapores agit. Inter cætera autem quod omniũ maximè solet mulieres præfocatas quasi momento reuocare, est euaporatio facta ad nares ex puluere verrucarum, quæ tibijs equorum adnascuntur, quæ si in calente furno exiccentur, & in puluerem redigantur, & naribus suffumigium fiat, tanquam præsentaneo remedio, & magna astantium admiratione solent mulieres quasi à mortuis reuocari. Sternutationes etiam hoc ipso tempore faciendæ erunt, insufflando intra nares puluerem piperis, sinapis, & similium. Hoc eodem tempore pretermittenda non erunt suppositoria, & illa acriora, præsertim si aluus etiam suppressa fuerit, quæ parari poterunt ex hiera, sale gemma cumino, ruta & similibus melle permixtis. Vt si acceperimus hieræ etiam compositæ ex coloquinthide scrup. 2. crimini scrup. 1. salis gemmæ drag. s. Mellis q. s. misce. & fiat suppositorium, & in aliquo ex supra dictis oleis prius perunctο, & filo appenso imponatur; Reuocata muliere, ad illas auxiliorum materias deueniendum erit, quæ futuram præfocationem respiciunt, de quibus in præsentia nihil dicendum occurrit, cum ea omnino cõueniant, quæ proposita fuere in curatione suppressionis menstruorum. Illud tantum adijciam, quòd assiduus usus castorei ad pondus Drach. vnius singulo die exhibiti cum decocto Arthemisiæ matricariæ mulsæ, aut etiam vino plurimum conducit, vt longo illius vsu non paucæ mulieres a tanto symptomate imposterum præseruatæ fuerint.

Suffumig. pro naribus illinitio. 9. de cõpos. med.

Singulare remedium.

Sternutamẽta. Supposit.

Forma.

Præseruantia.

De Profluuio mensium. Cap. II.

QVia contraria iuxta se posita magis ellucescunt, ideò post tractationem suppressorum menstruorum, doctrinæ ordo requirere videtur, vt de eorundem profluuio agamus. Intelligo autem per profluuium non cuiuscunque materiæ, sed sanguineæ, & menstrualis, intempestiuè factæ, & cum mulieres incommodo: hac enim ratione profluuiũ, de quo hic sermo habetur, suppressioni erit oppositum, vt hinc excludendum sit aliud quodque genus immodicę fluxionis, siue seminis fuerit, vt in gonorrhoea contingit, siue alterius

Nomen.

humoris à sanguine distincti, de quibus fluxionum generibus suo loco tractabimus. Interimque ad essentiam huius symptomatis explicandam accedo, cuius forma eiusdem est generis cum priori symptomate: quoniam symptoma est in exeunte mutato, ab illo tamen distinguitur, quia in hoc exit quod retineri deberet, in illo autem retinetur quod exire deberet: quod enim exit sanguis est, qui in maiori copia effluit quàm pro naturę modo conueniat, & longiori etiã tempore fluxio illa perdurat, & proinde est illud symptoma quod fit cum læsione facultatis, ad differentiam fluxus naturalis; qui nec copiam, nec temporis debitam mensuram excedit, sed excrementis certo tempore coaceruatis vndique respondet, & statutis temporibus cum iuuamento effluit. Ex parte exeuntis materiæ, quæ sanguis est, se iungitur etiam à quocunque alio fluxu in quo exit alia materia à sanguine distincta, qualis esse potest pituita vel altera bilis, à quibus materiebus alterum genus fluxus oritur, quod muliebre profluuium est, dependens à materia, à sanguine contradistincta, cuiusmodi est materia seminalis, à qua nascitur gonorrhoea & pituita vel bilis, à quibus prodit profluuium muliebre & vteri. Quapropter profluuium mensium est ex exiens mutatum non solum immoderatum, sed etiam sanguinolentum, ad differentiam aliarum materierũ, non tamen toto genere est præter naturam, sed multitudine potius & quantitate, ad differentiam aliarum fluxionum sanguinearũ, quæ in mulieribus fieri possunt, & toto genere pręter naturam sunt, quia modum non seruant, nec in copia, qualitate, loco aut tempore, sed omnibus rationibus præter naturam sunt: cæterum talis sanguis exiens esse potest impermixtus, & simplex, & alteri materiæ coniunctus. Si simplex fuerit, vt solus menstruus sanguis seorsum ab alterius humoris permixtione effluat, orietur profluuium mensium exquisitum. Si autem alteri materiæ permisceatur, vel sanguis menstruus humorem sibi permixtum superabit, vel ab illo superabitur. Si primum oritur profluuium mensium notum, & vocari solet menses decolores, quia non seruant vnicum, & cõsuetum colorem, sicut in exquisito fit, sed varium pro materiæ permixtæ varietate. Si secundum fuerit, oritur aliud genus, quod vocatur profluuium muliebre vteri nothum, denominationem accipiens à prædominante humore permixto. Quodcunque autem fuerit hoc profluuium, siue exquisitum, siue nothum, cum symptoma fit, necessarium est, vt alicuius subiecti symptoma dicatur, quod esse potest totũ corpus vel pars eius determinata: quamuis autem huius ratione, & totum, & pars lædatur, quia tamen hic sermo habetur de profluuio mensium, quod fit per partem corporis determinatam, nempe per vterum, ad differentiam fluxionis factæ per alias partes, ideò statuendum est, affectum locum esse ipsum vterum, non secus ac immoderatus fluxus sanguinis per hæmorrhoides habet pro sede affecta venas hæ-

Essentia. *3. de sympt. caus. cap. 4. lib. de symp. diff. vlt.*

Materia exiens.

3. de causis sympt. c. 26.

Profluuium menst. 2. 5. apho. 36. 6. de loc. aff. 5.

Locus affectus.

morrhoidales, & fluxus sanguinis narium, venas eiusdem partis determinatæ, per quas sanguis iste effluit, quamuis totũ corpus simul etiam afficiatur, si contingat copiosius euacuari. Dum autem vterus in hoc profluuio afficitur, primario & secundario affici potest. Primò læditur, si hæc fluxio aliunde non dependeat, quàm ab ipso vtero læso, sicut contingere solet ex difficili partu, vel etiam coitu violenter indecenterque facto. Secundariò autem afficitur, quando alterius causa talem fluxionem patitur, quod dum fit, dupliciter contingere potest, ratione totius vel partis determinatę: totius quidem ratione, vt in febre contingit, partis verò, vt si consueta aliqua euacuatio cohibita fuerit, siue sanguinis fuerit, siue alterius humoris.

Vterus lædi potest. 2.

De causis efficientibus. *Cap. L.*

SAnguis per vterum immoderatè fluens, ratione qua symptoma est, debet in suas causas, & morbum referri, sine quorum cognitione essentia ipsius ignoratur, & simul etiam recta curandi ratio nescitur. Itaque tum cognitionis, tum curationis gratia, de causis dictę fluxionis agendum erit, de producentibus inquam, & fouentibus, internis & externis, proximis & remotis, & de illis potissimum, quę sunt ex vsu artis, quæ iuuantia auxilia indicant. Ab internis itaque & proximioribus incipiam, quæ non aliunde erunt sumendæ, quàm à continentibus, & à contento, hoc est à venis, & à sanguine in illis contento. Exit igitur sanguis ex venis triplici potissimum de causa. Primò quia dictorum vasorum orificia aperiuntur, cùm clausa esse deberent, & pręsertim maiora, & tunc per Anastomosin affici dicuntur, ob quam causam sanguis, & copiosè & confertim fluit, vel quia eorũdem vasorum tunicæ, & porositates nimis rarescant, vt tenuior pars sanguinis sensibiliter exeat, sensimque resudet, tuncque vasa affici dicuntur per Diapentesin. Tertio, quia eadem vasa solutam vnitatem patiuntur, vt cum à difficili partu disrumpuntur, ab acriori materia corroduntur, vel alijs externis causis scinduntur & punguntur. Quocunque autem modo sanguis exierit; dicta vasa per diœresin affecta esse dicentur; nec ob alias causas, præter enumeratas fluxio ista venis affectis fieri potest. Cæterum quia nulla ex propositis causis immediatis ex vsu artis est, cum ab illis iuuans auxiliũ non indicetur, ideò in eis non quiescendum, sed illæ causæ adhuc inquirendę erunt, per quarum ablationem hic fluxus sanetur. Sunt autem istæ quæcunq; dicta vasa afficiunt secundum triplicem enumeratum modum, aperiendo scilicet, rarefaciendo & vnitatem soluendo. Venarum igitur orificia aperiri possunt à causis, tum internis, tum externis. Si internę fuerint, esse possunt immediatæ & mediatę. Interna causa & immediata apertionis, esse potest humidior intemperies vasorum, à qua eorum ora laxari aperirique solent actione

Quæ causæ inueniendę sint.

Causæ internæ.

5. apho. 57. 5. de sympt. causis 4. lib. de diffe. sympt. vltimo.

De causis apertionis.

Internæ causæ apertionis.

retentricis frustrata, vel est sanguis copia redundans, & motu peccans, qui si ad vteri venas cũ impetu moueatur, facilè pôt earum orificia aperire, ac proinde fluere. Cui si accedat eiusdẽ caliditas, & mordacitas, citius adhuc expultricem stimulando fluere poterit. Causæ verò mediatæ erunt quæcunque concurrunt ad generationem sanguinis copiosi, quales sunt totius temperatura calida & humida, corporis habitus sanguineus, ætas iuuenilis, & huiusmodi. Si autẽ apertionis causæ externæ fuerint, esse pariter poterunt immediatæ & mediatæ. Causa immediata cum Auic. erit vsus balnei calefacientis, & aperientis vel fomenta, vel alterius medicamenti aperientis administratio; quemadmodum est hiera, quæ maximè solet venas aperire, vel alia medicamenta, quæ easdem laxare possunt. Si autem causæ externæ mediatæque fuerint, esse possunt necessario, & non necessario occurrentes. Quæ necessario occurrunt, capientur ab vniuersa victus ratione aperiente, & copiosum sanguinem generante. Ita concurret aer calidior, victus copiosior & boni succi, & cætera huiusmodi. Si autem externæ causæ necessario nõ occurrant, capiendæ erunt à medicamentis calidis, & aperientibus, siue intus, siue extra fuerint administrata, & si intus, siue soluentia fuerint, siue alterantia, siue aperientia. Et si extra, siue balnea extiterint, frictiones, lotiones & huiusmodi. Si deinde profluuium vt symptoma raritatem potius tunicarum referatur, tanquam in causam immediatam, raritas ista produci pariter potest à causis internis & externis, & vtrisque mediatis, & immediatis. Caussæ internæ, & mediatæ raritatis erunt, sanguis ipse, qualitate peccans, hoc est, in caliditate, & tenuitate, cuiusmodi est sanguis biliosus, aquosus & serosus: Is enim ob propriæ substantię tenuitatem per venarum tunicas, & orificia facilè permeare, & resudare potest, præsertim si hæc sanguinis tenuitas fuerit cum caliditate coniuncta, ratione cuius dictæ tunicę raréscunt, cõsequenter parariores fiunt, vt tenuior sanguis per illas penetret, atque resudet. Causæ verò internæ, sed mediatæ sunt, quæcunque hanc sanguinis tenuitatem adiuuare possunt, quemadmodum est totius, ac partium temperatura calidior, ætas iuuenilis, corporis habitus gracilior & huiusmodi. Si verò causæ istæ externæ mediatæ fuerint, & necessario occurrant, desumentur à sex rebus non naturalibus calefacientibus, & attenuantibus sanguinem. Si necessario non occurrent capientur à medicamentis, in quibus sit vis aperiendi laxandi, humoresque fundendi. Si tandem immoderatum hoc profluuium per diæresin potius, & solutam vnitatem fiat, solui vnitas poterit à causis pariter internis, & externis incidentibus, pungentibus, frangentibus, vlcerantibus, exedentibus, & huiusmodi, ea tamen ratione, vt si locum habeant causæ incidentes, & pungentes, semper externæ sint. Si causæ frangentes internæ, & externæ esse possunt, vt merito internarũ, sanguis copiosior cõcurrat, & pręsertim si cum multis flatibus

Gal. 5. apho.

Causæ mediatæ.

Causæ externæ.

Causę immediatæ.

Causæ mediatæ.

De causis raritatis.

Causæ internæ immediatæ.

Causæ mediatæ.

Causæ externę.

Causæ diæresis.

Causæ internę.

fuerit coniunctus, hi enim ui sua distendendo continentia disrumpere possunt, non secus ac in musto recenter facto contingere experimur, à cuius copiosis flatibus, & spiritibus liberiorem exitum non habentibus, vas disrumpi solet. A pari vteri vasa nimio sanguine repleta, & spirituum copia referta, tantam distensionem pati possunt, vt de facili etiam disrumpantur. Præterea eadem vasa à fœtu etiam ipso disrumpi solent, præsertim vbi contigerit, violentis inordinatisque motionibus agitari. Quod etiam in difficili partu fieri consueuit. Si autem ab externis potius causis eadem vasa frangantur, locum habebunt casus ab alto, magni ponderis gestatio, vehemens clamor & huiusmodi. Si autem immoderatus hic fluxus fiat propter causas erodentes, talis erosio & ipsa fieri poterit ab internis externisque causis, mediatis & immediatis. Internæ causæ erunt humor qualitate peccans, qualis est acris, salsus & mordax, siue talis humor à calidiori totius temperatura, aut partis, genitus fuerit, siue etiam ex superuenienti putredine humores acriores euadant, atque tunc præter erosionem febres etiam accedunt, vt pluribus causis ad erosionem concurrentibus, non solum in vtero vlcera fiant, sed in cancros etiam sæpè degenerant, cuius erosionis causæ mediatę erunt quæcunque concurrunt ad sanguinem acriorem reddendum, cuiusmodi sunt totius, ac partium calidior intemperies, ætas iuuenilis, & similia. Si ab externis potius causis erosio fiat, possunt necessario, & necessario non occurrere. Quæ necessario occurrunt, sunt aer calidior, cibus & potus, & vitæ industria ei proportione correspondentia. Si necessario non occurrant, erunt medicamenta calefacientia, siue hæc per os accipiantur, vt Aromata, siue extra vtero admoueantur, vt acriora pessaria. Auer. autem secunda col. 29. causas omnes fluxus immoderati refert in facultatis expul. robur, & in retentricis imbecillitaté, ita vt expultricis robur locum habeat in dięresi ab acri & errodente materia facta retentricis autem imbecillitas in earundem fractura apertione, & raritate, quarum causarum neutra indicat auxilium iuuans, sed solum ex parte suarum causarum, quod fortasse in causa fuit, vt Gal. 5. apho. 57. de istis non meminerit, sed de illis tantum quæ à vasis continentibus, & à sanguine cõtento capiuntur. Atque hæc de causa formali materiali & efficiente immoderati fluxus menstruorum dicta sufficiant: quæ omnia longiori oratione hactenus explicata breui hac definitione contineri poterunt, dicendo: Quod profluuium menstruorum immoderatum est fluxus sanguinis vteri præter naturam prodiens à vasis affectis per anastomosin, diapentesin & diæresin.

Causæ externæ. *Causę errosionis.* *Causæ internę.* *Causæ mediatæ.* *Causæ externę.* *Definitio.*

De differentijs. Cap. II.

Ex cuius definitionis particulis essentiam propositi affectus constituentibus, facilè colligi possunt illius differentiæ, quarum aliquæ

Differentiæ.

aliquæ à forma, quædam à materia plures à causis efficientibus capientur. Meritò formæ non oriuntur veræ, & legitimæ species, sed illæ solum, quæ secundum magis, & minus distinguuntur, pro vt dicere possumus immoderatum hoc profluuium, aliud esse copiosum, aliud minus copiosum, & vtrunque rursus continuum esse, vel intermittens. Meritò autem materiæ seu loci affecti, cum is vterus sit, dicere possumus, tale profluuium duplex adhuc esse, prout in illo vterus afficitur, vel primario vel secundario: & si secundario vel totius ratione, vel partis determinate, si totum concurrat, ob malum corporis habitum fiet, cuius corpus totum aggrauatur sanguine, ipsum ad venas vteri expellendo, siue hæc expulsio à copia grauante fiat, vt in muliere contingit cui menstrua aña retenta fuerint, siue etiam id ipsum prouenerit ex totius transmittentis robore, & suscipientis vteri imbecillitate, vt in cęteris alijs fluxionibus euenire consueuit: Si autem partis causa fluxio fiat, pro partium diuersitate, totidem adhuc differentiæ nascentur. Tandem si consideremus causas effectrices, totidem emergent differentiæ, quot fuere causę enumeratæ, siue istæ internæ fuerint, siue externæ, mediatæ & immediatæ, ex artis vsu vel ratione contemplabiles, vt verbi gratia, si dixerimus, tale profluuium triplex imprimis esse, pro triplici causa immediatè ipsum producente, vt aliud sit ob apertionem orificiorum venarum, aliud ob raritatem tunicarum, aliud ob solutam vnitatem. Quot deinde fuere propositæ causæ dictarum differentiarum, totidem etiam species illis correspondebunt.

Differentiæ formales.

Materiales.

Gal. 5. apho. 57.

Hipp. 2. de morb. mulieb.

A cã effec.

De signis. Cap. LII.

QVia cognitio essentiæ propositi symptomatis ad curationem ordinatur, ea autem vnica non sit, sed pro causarum, ac specierum diuersitate multiplex habeatur, ideò vt procul ab omni errore, & citra omnem confusionem singulis speciebus sua peculialis curatio adhiberi possit, necessarium est singularum specierũ non à priori tantum notitiam habuisse, verum etiam à posteriori. Quapropter de signis agendum erit. Hæc autem in duplici sunt differentia, alia respiciunt profluuium hoc in genere, quædam ad enumeratas species diriguntur, generatim hoc profluuium cognoscimus, nõ solum ex relatione patientis, verum etiam ex nobismet ipsis, qui colorem quendam fœdum in toto corpore obseruabimus, pedes intumescere incipiunt, ventriculus consueta appetentia, & coctione lædetur, vnde & robur totius corporis debilitabitur. Distinguemus autem tale profluuium immoderatum à profluuio muliebri, signo in primis accepto ab exeunte materia, quæ in mensium profluuio sanguinolenta, & copiosa erit: in alijs verò profluuijs, nec sanguinea, nec copiosa effluet: præterea materia ista, ratione qua sanguinea,

Signa sunt in dup. diffe.

5. apho. 3.

6. de loc. aff.

Auic. in ca. proprio.

Signa distin gu. à proflu. mulie.

6. de loc. aff. 4.
2. de morbis mul.

nea, solet etiam extra venas grumescere: at in profluuio vteri vel muliebri exiens materia cum à sanguine diuersa sit, non grumescet. Dum autem sanguis fluit, cum fluere possit in debita quantitate, & consueto tempore, vt in fluxu menstruorum secundum naturam facto contingit, & immoderatè ac quocunque tempore, vt in fluxu symptomatico, de quo hic sermo habetur, ideò vt sciamus, cui fluxui occurrendum sit vtrunque distinguere oportebit. Distinguemus autem, accepto signo à iuuamento, & nocumento ipsorum: nam ex fluxu omnino & secundum naturam facto, corpus totum ab omni sorde emundatur, & iuuamentum percipit: ex immoderato verò & præter naturam detrimentum accipiet, quoniam debilitabitur, & emaciabitur: præterea fluxus secundum naturam statutis temporibus fit, & determinato tempore durat: qui autem est præter naturam, nec constitutum habet suæ fluxionis tempus, vel si consueto tempore inceperit, nō tamen pro more terminabitur, sed in longius protrahetur: quod signum non est perpetuæ veritatis, fieri enim potest, hoc profluuium diu perdurare, quàm pro naturæ modo consueuerat, naturale tamen & laudabile esse, ad sanitatemque tendere: distinguemus autem profluuium diuturnum criticum à symptomatico, si ad duo respexerimus. Primò ad noxam & iuuamentum, quod ex tali fluxu oritur. Secundò mulierem interrogare oportebit, an consuetam purgationem habuerit vel non: quare si profluuium diuturnum fuerit, & ex eo mulier peius habeat, fueritque antea assueta debitas purgationes habere, statuendum erit, esse symptomaticum. At si iuuamentum perceperit, si etiam per duos vel tres menses consueta purgatio suppressa extiterit, iudicandum erit hoc profluuium criticum, & bonum esse: nam in tam longa mensium cohibitione copiosior materia aggregata longiori tempore eget, vt tota expurgetur, præsertim si in otio illa vixerit, & liberaliori victu vsa fuerit. A pari illud profluuiū, quod à partu efficitur, copiosior materia effluit, & pluribus diebus purdurare solet, erit tamen profluuium laudabile: quare in huiuscemodi naturalibus euacuationibus non quantitas aut qualitas, & genus substantię æstimanda erūt, Sed potius si tempestiuè, vel intempestiuè cum iuuamento, aut nocumento fiant. Præterea cognoscemus diuturnum profluuium esse symptomaticum, ex corporis habitu, quod ex tali fluxu in malum habitum degenerat, vt cum carnosa esset mulier, macilenta & gracilior euadit, cum floridi esset coloris, pallida redditur, totusque habitus corporis cacetichus fit, pedes intumescunt, totum corpus perfrigeratur, & diu perseuerante, hydrops etiam succedit. His ergo & similibus signis cognoscemus profluuium mensium non solum in genere, verum etiam prout distinguitur à profluuio vteri, & muliebri, & præterea etiam, prout in proprio genere diuturnum profluuium criticum seiungitur à symptomatico, cuius deinde differentias, formales inquā,

Signa distin. profluuium præter naturam à naturali.
Primum signum.
Secundum signum.
Signa distin. profluuium criticum à symp.
Primū sign.
Secundū sig.
3. sign.
Epilogus.
Signa. diffe.

materia-

materiales & efficientes ita distinguemus. Imprimis quo ad formales cum hoc profluuium modo copiosius sit, modo minus, modo continuum, modo intermittens, ex sola relatione mulieris patientis cognoscemus. Ex parte materiæ dicimus vterum in quocunq; profluuio modo primario modo secundario affici, distinguemus quia si vterus primo afficitur, tunc reliquum totum corpus benè habebit: præterea præcessit partus difficilior uel uiolentus, & indecens coitus, dolent lumbi crura & pecten, cohitum abhorret. At si hæc non fuerint, statuendum erit, uterum secundario affici, atque tunc uel totius causa uel partis determinatæ, distinguemus autem recurrentes ad signa totius, ac partis læsionem indicantia. Denique ea signa accedunt quæ efficientes causas respiciunt, quæ cum internæ, & externæ esse possint, cognoscemus externas causas locum habere, si errores commissi fuerint in uictus ratione uel in alijs, quæ extra nobis necessario non occurrunt. Si præterea ante commissos errores, mulier naturalem statum seruabat, mox uerò in profluuiũ lapsa fuerit. At his non præcedentibus, symptoma hoc in internas potius causas referendum erit, quæ cum esse possint apertio orificiorum uenarum, eorundem rarefactio, & solutas unitas, cognoscemus imprimis fieri ex apertione orificiorum, ex plenitudine sanguinis, ex ipsius copia exeunte, & ex modo exeundi: quoniam exibit cum impetu & confertim, qui sanguis erit laudabilis, quoniam copia potissimum peccat, & ideò etiam sine dolore exibit. Quibus accedunt temperatura calida & humida, corporis habitus plethoricus, ætas iuuenilis, & prægressa victus ratio. Si autem hoc profluuium fiat per diapentesin, & raritatem tunicarum, conspicuum erit ex substantia sanguinis exeuntis tenuioris, & aquosioris, ratione cuius, nec facilè grumescet: præterea non exibit in tam magna copia, sicut fiebat ex apertione venarum, à plenitudine prodeũte: quia in hoc profluuio sanguis qualitate potius, quàm copia peccat. Modus etiam exeundi spectandus erit, quia confertim, & cum impetu non exibit, sed sensim, diutius tamen perdurabit, quibus adde temperaturã, ætatem & prægressam victus rationem, quorum causa tenuior sanguis generari potuerit. Si verò fluxus per diæresin fiat, cum fieri pariter possit à causis internis & externis, distinguemus quia si ab externis causis prodierit, præcessere causæ incidentes, pungentes, contundentes, disrumpentes, & huiusmodi alia, quæ continuum soluere possunt. At his non præcedentibus, indicium erit, causam esse internam, quæ si fuerit copiosus sanguis, aderunt indicia plenitudinis, venæ erunt turgentes, corporis habitus plethoricus, color rubicundus, & reliqua id generis. Sanguis præterea in magna copia exibit, cum impetu & confertim, quæ tamen fluxio dolorosa erit: quia vbi est solutio vnitatis, ibi etiam est dolor ad illius fluxionis differentiam, quæ fit ex vasorũ apertione. Si deinde solutio vnitatis fiat à causa erodente, cũ interna & exter-

Signa formalium diff.

Signa materialium.

Signa causarum effic.

Signa apertionis.

Signa diapend.

Signa perdier.

Signa exter. causarum.

Signa causarum iter.

Signa causarũ erroden-tium.

Signa causarum ext. & externa esse possit, distinguemus quia si præcessere pessaria actiora, balnea & cætera medicamenta eius generis, cogitandum erit, externas causas locum habuisse, quibus non præcedentibus, statuendum erit, ab internis potius causis prodire. Hæc autem cum non alia sit, quàm sanguis acrior & mordacior, cognoscemus ex indicijs, talem sanguinem indicantibus, nempe ex temperatura biliosa, calidiori & sicciori, corporis habitu graciliori, ætate iuuenili, vitæ industria & reliqua prægressa victus ratione consimili. Modus etiam exeundi spectandus erit, quia hæc fluxio non confertim, sed paulatim, non in magna, sed parua copia fit: & præterea cum calore, morsu & dolore illarum partium, quæ ad vterum pertinent: Accedit, quod in parte hac dolente obseruabitur aliqua materia saniosa, & alieni odoris. Cęterum talis erosio, cum fieri possit à salsa pituita, vel vtraque bile, distinguemus, recurrentes ad propria eorum humorum indicia, quæ tum ex colore fluentis sanguinis, tum ex alijs indicijs ab Hipp. propositis, desumi poterunt.

Signa causarum inter.

signa distinmans errod.

Lib. de morbis vulgaribus.

De Indicationibus. *Cap.* LIII.

HAbita cognitione propositi symptomatis à priori per suas causas, & à posteriori per signa, ad auxilia nunc accedendum, quę si dogmaticè proponi debent, virtute indicationũ inuenienda erunt, quæ cum ex parte rerum præter naturam curatoriæ sint, ex parte naturalium vitales, & ex parte eorum, quæ sunt in via vt præter naturam euadant, præseruantiuæ, de singulis hoc loco agendum erit. Vt merito rerum præter naturam, si profluuium fiat per apertionem vasorum, apertio ista nõ per se, sed ratione causæ facientis apertionem indicabit, quæ si fuerit copiosus sanguis, cum impetu commotus ad vasa vteri, merito copiæ indicabitur auxilium sanguinem minuens, merito eiusdem sanguinis, pro vt cum impetu in vterum mouetur, indicabitur auxilium euacuans, primò reuellendo, deinde deriuando. si hoc profluuium fiat ob raritatẽ tunicarum, vasorum, per quas tenuior sanguis facilè permeet, tunc merito raritatis indicabitur auxilium densans, & cõstringens, merito sanguinis tenuioris, auxilium incrassans. Si deinde venę vnitatis solutionem patiantur, cum solui possint à causis internis & externis, ab externis nulla orietur indicatio, ensis enim incidens vel acus pungens, nihil indicant, sed indicatio capietur ab incisione, punctione, fractione & cæteris speciebus solutæ vnitatis, quæ permanentiam habent, & auxilium vniens, & agglutinans, indicant. Si autem soluatur vnitas, ob internas causas, vt à sanguine copioso, & ebulliente, indicabitur auxilium euacuans. si deniq; ab erodente causa eadem solutio fiat, cum hæc agat insigni suo calore, mordacitate & acredine, indicabit auxilium refrigerans, & omnem illius excessum commoderans, quæ causa si consideretur,

Indit. curat.

vt non-

vt nondum erodit, sed erodere potest, erit indicans præseruatorium. Cęterum quia omne vlcius saniosam materiam annexam habet, quę illius consolidationem impedire solet, ideo ratione huius indicabitur auxilium exiccans, detergens & mundificans. Tandem si ratione huius immoderati profluuij, vires imbecilliores fiant, tunc merito earum, quę totum respiciunt, orietur auxilium vitale, & conseruans, cuius materia alimentum erit. Merito autem loci affecti, siue vterus fuerit, siue Epar, siue alia pars vel totum requiretur auxilium corrigens, & roborans totum vel partem determinatã. Epar quidem cum Epaticis, vterus cum matricalibus, & sic de alijs. Quos scopos explere, modo magis, modo minus difficile erit, pro differentiarũ, & causarum discrimine. si in genere hoc profluuium primo cõsideremus, magni momenti malum esse videtur, cum illius causa corpus totum debilitetur, frigidius fiat, & hydrope etiam corripiatur, imò ad syncopen etiam mulierem perducit, quæ omnia magnum lapsum à naturali statu significant, si deinde illius species consideremus, & primò, si hic fluxus fiat per Anastomosin, à copia inquam sanguinis, cum impetu cõmoti, si nõ fuerit antiquuis, si citra insignem noxam patientis fiat, hæc omnia facilè attestabuntur salubritatem. si præterea hic fluxus fiat ex venis vteri, solutis acetabulis, abortus sequetur. si ex venis ceruicis, & in parua copia, necessario abortus non sequetur. Si ex venarum erosione ortum habuerit, si continuus fuerit, antiquus, medicamentis non cedens, cum dolore factus, accedente corporis macie, & virium imbecillitate, intemperatura calidiori, æstiuo tempore: hęc omnia curationem reddere possunt nedum difficilem verum etiam impossibilem. Ideò Gal. rectè statuit, ad immoderatum profluuium sequi lethales morbos, quales sunt hydrops, conuulsio, animi defectus, & reliqua nimiam innamitionem sequentia. Si fiat ob disrupta vasa, ab externis causis incidentibus, contundentibus & reliquis, pro dictarum causarum diuersitate, diuersa ratione prognosticandum erit. Si locum habeat tunicarum nimia raritas, & sanguis tenuior, impossibile non erit continentium raritatem densare, & contenti tenuitatem incrassare.

Indic. præseruatoriæ.

Indic. vitales.

De Prognostico.

Galen. 1. ad glauc. 5. de loc. affe. 5. apho. 51.

5. apho. 57.

De auxiliorum materijs. *Cap. LIV.*

QVemadmodum in curanda suppressione menstruorum: ita & in profluuio eorundem locum habent materiæ chirurgicæ, pharmaceuticæ, & dięteticæ, vt merito chirurgiæ, tunc conueniat sanguinis missio, quando tale profluuium ortum habuerit à plenitudine sanguinis in vterum impetũ habentis, & ratione eiusdem, vt in alia loca non conuenientia mouetur, sanguis pariter tum reuellendo, tum deriuando educendus erit. Quare in profluuio per Anastomosin facto, ratione plenitudinis aperientis, vel disrumpentis

Sang. missio.

venas, sanguis euacuandus erit. In ea etiam fluxione, quæ à vasorum erosione dependet, locum habebit. Dum autem in tali profluuio sanguis inanitur, parcè potius, quàm copiosè euacuari debet: nō enim ad sanguinis copiam respicere solum oportet, verum etiam ad vires præsentes & futuras, quę licet inter initia huius affectus robustę esse valeant, illo tamen progrediente, citò imbecilles euadere possunt, propterea, etiam si sanguis copiosus esset, & vires in præsentia robustæ, vt ratione vtriusque copiosus sanguis mittendus sit, quia tamen in continuo fluxu vires quotidiè imbecilliores fiunt, parca euacuatio facienda erit, & præsertim si fluxus aliquem progressum fecerit, fueritque biliosus quàm alterius generis. Præterea, cum talis euacuatio reuulsionis potius gratia, quàm euacuationis facienda sit. ideò vena superior cubiti communis, aut iecoraria aperiri debet. iecoraria quidem, vbi peccauerit sanguis biliosus, & calidior: per huius enim sectionem, non solum reuellimus, sed iecoris etiam feruorem contemperamus. Communis verò pertunditur, si talis fluxus à totius plenitudine, consequenter à sanguine, copia potissimum peccante, fiat, tuncque sanguinem mittere oportet, quando adest præsentia principaliter indicantis, copia inquam sanguinis, & illius impetus in vterum, & absentia prohibentis, ad differentiam illius profluuij, quod fit quidem ex apertione orificiorum venarum, sed talis apertio non fit à copia in vterum cum impetu commota, sed potius à relaxatione dictorum orificiorum, ratione cuius sanguis in vterum quidem mouetur, sed hic motus à copia non producitur, sed à vasorum relaxatione, propterea in tali profluuio iubet Rhases nos primo astringentibus vti debere, quorum vsu si dicta fluxio cessauerit, nulla amplius habebitur indicatio validioris auxilij, consequenter nec sanguinis mittendi. At si tale profluuium dictis astringentibus non cesserit, tunc cogimur etiam ad missionem sanguinis deuenire, & reuulsionis potius, quàm euacuationis gratia. Oppositum obseruamus in illo profluuio, quod fit à sanguine copioso: quoniā prius debemus sanguinem euacuare reuellēdo, deinde astringentibus vti, aliter si astringentibus prius vteremur, tunc sanguis intus ita cohibitus, magis feruire posset, & feruiendo vasa etiam disrumpere, quod genus profluuij Aet; magis considerauit, cum iubeat primo venam esse secandam deinde adstringentibus vtendum. Dum autem sanguis mittitur reuulsionis gratia, eo modo mitti debet, vt reuulsio, & melius fiat, & virium robur seruetur, quod continget, si non semel sanguis euacuetur in magna copia, sed illa potius partiatur; qui sanguis si crassior fuerit, extrahi poterit per foramen paulò latius: secus autem si tenuior. Præter venæ sectionem locum habent etiam cucurbitulæ atque scarificatæ, & non scarificatæ. Vtimur scarificatis, vbi pariter expedit sanguinem mittere, & tenuior fuerit, vires tamē non sunt ita robustæ, quarum recta administratio ijsdem scopis, ac funda-

Quantitas.

Locus.

Tempus.

Concilium rhas. cum fletio.

Modus.

Galen. 6. curat. per venæ sec. c. 18.

De cucurbitulis.

fundamentis innititur, quibus etiam venæ sectio. *I*d tamen circa locum aduertendum, cum nō idem ab omnibus esse statuatur, sed alij scapulis, & dorso applicant, alij inguinibus, nonnulli mammis, vt Galen. & Hipp. Ex omnium autem consensu infernis partibus nunquam applicandæ erunt; Sed vt procul ab omni errore conueniens locus inueniatur, ad propositos scopos mentem dirigere oportet. Quare dum scopus adest mittendi sanguinem per cucurbitulas scarificatas, vel illis vtimur gratia euacuationis, vel deriuationis, vel reuulsionis. Si cucurbitulis vtamur vt simpliciter euacuemus, ita indicabuntur à copia sanguinis in toto corpore peccantis, & tunc affigi debent cucurbitulæ illis partibus, ratione quarum totum corpus à copioso sanguine euacuetur, cuiusmodi erūt spatulæ, dorsum, uel etiam brachia. Si autē sermo fuerit de cucurbitulis gratia reuulsionis tantum, cum reuulsio indicetur, non à copia simpliciter, sed à motu potius sanguinis decumbentis in partem læsam, ideò pro compescendo tali motu, illis partibus applicandæ erunt, ratione quarum impetus eius intercipiatur, & in oppositam partem eamq; longinquam retrahatur, seruata semper rectitudine, & tunc magnæ cucurbitulæ cum Hippo. sub mammis ap plicari poterunt, qui locus est oppositus loco affecto, est longiquus, & præterea cum vtero rectitudinem seruat, magnumque cum illo habet consensum ob venas, quæ mammis, & vtero sunt communes, & cum hac ratione cucurbitulas mammis applicamus, debent potius sine, scarificatione quam scarificatæ applicari, quia scopus est non sanguinem euacuare, sed potius illius motū ad inferiora intercipere, atque reuellere. Et ideo in eo profluuio potissimum locum habebunt, quod fit vitio vasorum, quando nimis laxantur, & aperiuntur orificia citra copiam sanguinis: circa quarum, administrationem cum Galen. id seruandum, vt eligantur cucurbitulæ magnæ, & cum magna flamma applicentur, quæ plurimum attrahendo reuellendi vim maiorem habebunt: & præterea affixæ diutius detineri non debent, sed per certa potius interualla repetendæ, aliter tanta attractio ad illas partes fieri posset, vt anhelitus etiam difficultas contingat: Sunt quin etiam admouendæ parti dextrę modo sinistræ, vel vtrisque, prout mulier ita affecta magis conqueretur secundum vnam, quàm alteram partem, vel secundum vtrasque. Si deinde sermo fuerit de cucurbitulis gratia deriuationis tantum, hæc ratione cum sint materia auxilij euacuantis sanguinem, non ob totius plenitudinem, vel impetum compescendum, sed potius ratione partis repletæ euacuandæ, ideò loco etiam propinquo parti affectæ admouendæ erunt, & hoc modo locus conueniens erunt inguina, per quas partes sanguis iam in vterū defluxus, deriuando educetur, per quam deriuationem immoderatus fluxus etiam intercipitur, & cohibetur. Quod idem pręstant etiā crassefaciendo, quia euacuantes illius partem tenuiorem, & crassio-

Fen. 21. c. 4.
5. apho. 50.
13. Metho. 19.
2. de comp. medic.
Concilium Auctorum contradicentium.
Locus.
5. Meth. ca. 3. & 4.
2. de morb. mulie.
Modus.
Locus inderiua.

Galen. 2. de praec. post. cap. 8.

rem relinquentes, fluxum compeſçunt: quem modum ſiſtendi immoderatum fluxum vteri Galen. etiam ſignificauit lib. de præcognitione ad Poſthumum, vbi dicebat curationem, & detentionem profluuij muliebris deriuando fieri, prouocantibus lotium, & aluum mouentibus, vt hinc puteat quod materia auxilij deriuantis, vim habet ſiſtendi profluuium vteri, ſiue ſanguinis fuerit, ſiue aliorum humorum. Quod autem omnes conſentiunt, infernis partibus applicandas non eſſe, ratio eſt ſatis euidens, quia fluxus non ſiſteretur, ſed potius augeretur, maioremq; motum, ac impetum ſanguini præberent, vt ad vterum magis præcipitaretur. De quantitate autem & tempore nihil dico, quia eadem ſeruari debent, quæ in venæ ſectione dicta fuere. Præter cucurbitulas accedunt etiam ligaturæ, quæ in immoderato profluuio vſum pariter habent tanquam materiæ auxilij reuellentis. Reuellunt autem ratione qua doloroſæ: nam ratione doloris attractio fit ad partem dolentem, locus autem patet, quoniam non erunt admouendæ infernis partibus, quia fluxum augerent, ſed ſupernis potius vt digiti in primis ligari poſſint, manus deinde & brachia; ſed circa locum difficultas oritur, quia Hipp. 2. de morbis mul. & Auic. in capite proprio loquentes de loco in quo ligaturæ faciendæ ſunt, ſtatuere videntur, præter ſupernas partes ligandas etiam eſſe infernas poplitis videlicet, & ſupra genu, pro cuius difficultatis reſolutione notandum eſt, quod dum ſermo eſt de ligaturis in immoderato profluuio menſtruorum, vel de illis loquimur ratione qua vno, & eodem tempore vtriſque extremis partibus admouentur, ſupernis inquam & infernis, vel in diuerſis tẽporibus. Si primo modo cum Hipp. ſtatuendum erit, quod hunc fluxum immoderatum ſiſtere poterunt, experientia enim cõpertum habetur, quod id mobile raptum habens ad determinatum locum, ſi eodem tempore ad contraria vtrinque trahatur immotum manere. A pari eadem materia, quæ in hoc profluuio ad inferiora mouetur, ſi ad loca contraria vtrinque trahatur, immobili euadit, qua ratione profluuium ſiſtitur, hoc autem contingit, quando vno & eodem tempore vtræque partes infernæ, & ſupernæ ligantur. ſi autem diuerſis temporibus ligabuntur, procul dubio materia, quæ erat inmota ad motum trahentis mouebitur, vt cum Galen. loco citato, ſi ligentur partes infernæ, tantum abeſſe, vt profluuium ſiſtatur, quod potius augetur: contra contingit ſi ſupernæ partes tantum ligatæ fuerint, ab his enim materia, vel ſurſum trahetur, vel ſaltem illius motus ad inferiora impedietur. Cæterum illud in praxi obſeruandum eſt, vt dum ligantur ambæ partes contrariæ, talis ordo ſeruetur, vt non eodẽ tempore ambæ ligentur, ſed priori loco ſuperiores, deinde inferiores: hoc enim ordine ſanguis, qui propenſus eſt, vt ad inferiora magis moueatur, ſiſtitur imprimis, & ad contrarium locum facilius euocatur, quàm ſi eodem tempore vtræque partes ligarentur: præterea id

Quantitas tempus.

De ligaturis

Modus.

Locus.

1 ad glauc. 14.

Dubitatio.

Solutio.

Monitũ. I.

etiam

etiam obseruandum erit, vt ob propinquitatem, & propensionem quam maiorem habet sanguis ad inferiora, quàm ad superiora, ligatura partium superiorum paulò validior fiat, in inferioribus verò paulò remissior, ratione enim maioris doloris, in supernis partibus facti, maior etiã attractio ad superiora, quàm ad inferiora fit, quod minimè cõtingeret, si ambæ ligaturæ, essent æquales, quamuis enim ratione æqualis doloris materia magis ad vnam, quàm ad alteram partem moueri non deberet, tamen ob propensionem, quam ad inferiora magis habet, quàm ad superiora, fluxus iste minimè sisteretur; alterum quod in praxi obseruandum est, respicit ordinem seruandum in solutione earundem ligaturarum: non enim vno, & eodem tempore solui debent, sed priori loco soluendæ erunt ligaturæ inferiores, deinde superiores: hac enim ratione sanguis, qui procliuior magis erat in infernas partes, melius sistetur, & ad superiora magis mouebitur. Eadem ratio esse potest de frictionibus, quæ sunt materia auxilij insensibiliter vacuantis, & pro diuersitate locorum quibus admouentur, vim pariter habent modo reuellendi, & intercipiendi hoc profluuium, modo etiam augendi, & prouocandi. Si namque fiat in infernis partibus profluuium augebunt, si in supernis, sistent. Vtrumque autem præstant, tum ratione caloris, tum doloris, quorum proprium est attrahere. Calorem autem & dolorem inducunt illæ frictiones, quæ non leues, & molliores sunt, sed mediocres, & asperiores, quæ in hoc profluuio locum habent, si supernis partibus fuerint admotæ. Et hæc de chirurgicis materijs dicta sint.

2. Monitũ.

3. Monitũ.

De frictionibus.

Locus.

De materijs Pharmaceuticis. Cap. LV.

DE materijs Pharmaceuticis agens, eas omnes consultò præter mittam, quæ cæteris affectibus communes sunt, totumq; respiciunt, qualia sunt lenientia, præparantia & purgantia medicamenta, de quibus supra semel egisse satis est, & ad propria descendam, id tamen praxi perpetua obseruatione dignum existimo, vt in proposito symptomate ab illis omnibus medicamentis semper abstineamus, quæ possunt profluuium hoc seruare, fouere & augere, siue hoc fecerint venarum ora laxando, aperiendo, rarefaciendo, dilatando, vel continuum soluendo. ideò à Diureticis aperientibus, & calidioribus desistendum erit, vt pote ab illis, quæ sanguinem attenuare, acriorem & mordaciorem reddere, viasque magis dilatare possunt. quare in genere lenientium hiera, & aleo locum non habebunt: Cassia etiam quia partes laxiores reddit, relinquenda erit. Sed ea potius erunt eligenda, quæ primas superfluitates tollunt, & simul viscera roborant, cuiusmodi sunt, Syr. ros. sol. tamarindi, myrabolani, & similia. Eadem ratio de præparantibus, & purgantibus haberi debet, vt merito

Monitum.

Quæ materiæ sint relinquendæ.

Lenientia eligenda.

merito præparantium desistendum sit à Syr. de duabus, de quinque radic. & similibus, consultiusque erit illos eligere, quæ aliquam roborandi vim retinent, quales sunt Syr. ros. recens, de rosis siccis, de succo acetosæ, de acetositate Citri, de Cichor. & similibus, magis adhuc probant decotta, quæ mel & zucharum non recipiunt, vt dicti syrupi, præsertim in profluuio facto à materia biliosa. Et denique merito purgantium, si bilem educere opus fuerit, eligere poterimus Rhabarb. immaturum potius, quàm maturum, vstum, quàm non vstum: quod si in infusione præbeatur, parandam erit potius in decocto Tamarindorum, Myrobal. citrin. & similibus, quàm in alijs aperientibus vel laxantibus. Et tutius adhuc erit, eodem vti in substantia potius, quàm in infusione. Supposita igitur totius purgatione, ad localia deueniendum erit, quæ respiciunt non solum partem læsam, sed læsionis etiam causam, tum continentia, tum contenta: in primis si hoc profluuium fiat per apertionem orificiorum, distinguere oportebit, an illud fiat vicio materiæ vel potius vasorum. Si vasorum vicio contingat, quia aperta & laxiora sint reddita, occurrendum erit cum exicantibus astringentibus, quorum materiæ duplices sunt, quarum aliæ astringunt stupefaciendo, & ab his, pro viribus desistendum erit. Alia id præstant, sed excitra stupefactionem, & istis magis vtendum, & ea potissimum cum Gal. eligenda erunt, quæ citra mordacitatẽ exiccant, in errosis & fractis venis non solum exicanti cõducent, sed illa potissimum, quæ aliquid etiam glutinosi habent, Quibus vtemur intus exhibendo, & extra admouendo, magis autem istis quàm illis, pro loci affecti situ, ac positione: si namq; afficiantur ora vasorum, quæ ad vterum tantũ spectant, in illis astringentibus potissimum insistendum erit, quæ exterius applicantur: hæc enim iuuare semper possunt, nocere autem nunquam. At si hæc per os exhibeantur facilè etiam nocere possunt, astringendo internas venas, & caloris consuetam ventilationem prohibendo, qua ratione febrem etiam accendere possunt. At si aperta fuerint eorum vasorum ora, quæ in alto corporis sunt magis locata cũ ratione longioris situs vis astringentium, quę extra tantum applicantur, eò vsq; penetrare non possit, cogimur intus illis vti, & præsertim si profluuium hoc confirmatum fuerit. Vbi autem vtrobique venarum ora aperta fuerint, utrisque etiam astringentibus uti oportebit, de quibus omnibus sigillatim agendum est. Et primò quæ & quot sint materiæ auxilij astringentis enumerabo, secundò quæ sit ratio, & modus utendi monebo, Materiæ igitur astringentis & agglutinantis auxilij citra stupefactionem, & mordacitatem esse possunt frigidi, & calidi temperamenti, quarum usus modo seorsum, modo simul habendus erit, pro diuersitate dicti profluuij. vtriusque autem auxilij materiæ ex triplici rerum ordine capiuntur, Mineralium uidelicet, uegetabilium & animalium, ut in genere mineralium hæc enumerentur:

Præparantia eligẽda.

Purg. eligenda.

Modus.

Localia.

Adstring. 2.

7. de cõpos. med. 9. de simpl. med. 5. Meth. ca. 3. & 4.

Materiæ auxilij ad stringentis.

rentur: bolus armena, terra lemnia, sanguis Draconis, lapis hæmatites, corallia alba & rubea, Samius aster, Ocrea, lapis calaminaris, qui Cadmia est lapidosa, qui sępè vstus, & aceto extinctus, valenter siccat, scoria ferri, alumen vstum, æs vstum, squama æris, chalcantum, quæ tamen exiccando, & cicatricem inducendo acriora sunt, sæpius tamen lota omnem acrimoniam deponunt. Inter vegetabilia sunt radices, folia, frondes, fructus & semina ligna & eorum cortices in quo genere numerantur rosę rubeæ, consolida plantago, verbascum, mirthum, polygonon, qui ab effectu sanguinaria dicitur, bursa pastoris, Arnoglossa, cynoglossa vel lingua canina, folia pimpinellæ & radix, pentaphyllum, portulaca, semperuiuum, barba hirci, cauda equina, cortex granatorum, succus eorum, balaustia, cotonea, sorbæ, mora immatura, mespila, fragæ, glandes, hypocystis, sumach, diapsacum, arancia acerba, Acatia, lycium, millefolium, lentiscus, sanala, spodium, lens, virga pastoris, vitis agrestis, nymphea præsertim quæ candidam radicem habet, bistorta, semina acetosæ, coriandrum. Inter composita habetur Diaoli banum Auicennæ, Theodoricum magnum, tryphera minor, confectio Alkekengi, Athanasia, trochisci de terra sigillata, de Charabe, de spodio, de Camphora, de scoria ferri, diamargariton, triasantala, conserua myrthi, Symphyti, diacitonite, diacornu, succharum rosarum antiquum Syr. de rosis siccis, de myrtho, de portulaca, de agresta de ribes, sunt etiam catapotia ex bdellio à Mesue commendata. Inter animalia habentur cornu ceruiustum & lotum, lepusculus vstus, coagulum hoedi, leporis, cerui & vituli, mumia, cortex ouorũ vsta, puluis ossium sepiæ, rasura eboris, margaritæ puluis spongiæ vstæ, quàm Hypp. dabat cum vino & similia. Materiæ vero excipientes esse possunt aqua simplex vel stillatitia rosarum, vel chalybeata, posca etiam, vinum granatorum, vinum austerum, acetum, & huiusmodi. Quæ verò astringunt, sed calida potius sunt, præter dicta erunt Absinthium, mentha, mastix, Ambra, mirrha, olibanum, coriandrum siccum, nux cupressi & huiusmodi. In quorum administratione id in praxi obseruandum, vt cum expedit per os vti astringentibus frigidis, solis non vtamur, sed permixtis cum portione aliqua calidiorum. sic enim ventriculo non nocebimus, sed ipsius robur aliqua ratione tuebimur, & alijs penetrationem dabimus. his accedunt composita, dyacal. dyatriomp. dyagal. dyaci. ther. mitr. & simil. quibus vtimur, vbi exiens materia aquosior extiterit genitaque fuerit ex ventric. aut hepate frigidiori, quibus pariter vti expedit extra fluxum potius, & pro præseruatione, quàm fluxionis tempore, & procuratione; & ratio est quia vim habent menstrua prouocandi, ex prædictis igitur materijs variæ medicamentorum formæ parari poterunt, vt si de illis sermo habeatur, quæ foris applicantur, conficere possumus, fomenta, sessiones, suffumigia, pessaria, clysteria, inunctiones, lenimenta, cerata & similia. Si in-

Ex genere mineral.

Ex genere uegetab.

Galen. lib. de symp. medi. Hyp. libr. de morb. mul.

Ex genere animalium.

Hyp. lib. de morb. muli.

Materię Excipientes

Materiæ auxilij ad strin gen. calidi.

Monitum.

Tempus.

Variæ formæ medic.

Si interius illis vti magis expediet, propinari poterunt decoctiones, infusiones, succi, pulueres, electuaria, conseruæ, trochisci, pillulæ & huiusmodi. Cum igitur nobis curãdum occurret profluuium quod ex latis vasis vteri fiat, eorumque oris apertis, citra plenitudinem, illæ materiæ adstringentes eligendæ erunt, quæ in passiuis qualitatibus semper exiccẽt citra mordacitatem, in actiuis verò modo ad frigidum, modo ad calidum uergant, pro causarum, & intemperiei diuersitate. Vnde si uteri tantum uasa laxata fuerint, satis erit astringentia extra & ad partes uteri applicare, quemadmodum si parentur sessiones ex folijs mirthi, plantaginis, polygoni, rosarum rubearum an. M. 2. Nucum cupressi onc. 2. quibus omnibus simul mixtis & contusis, excipi poterunt in communi aqua vel vino rubro astringenti, & facta decoctione in ea mulier sedeat singulo die per horam ante cibum. Ex hoc ipso decocto fomenta etiam parari poterunt, quemadmodum ex eodem supposito suffumigium conficitur, pessaria etiam fiant madefaciendo pecias, & ad formam digiti deducendo, & in oleo lentisci intinctis in vterum mittantur. Et si efficaciori pessario opus fuerit, parari etiam poterit ex propria substantia dictorum astringentium, & pro necessitate etiam valentiorum, quemadmodum si prædictis simplicibus addiderimus hypocystidem, balaustia & in vino astringenti de coquantur, & bombace in eo madescente, & contuso ad formam pessarij deducantur, vel etiam eorum substantia in pecia tenui, & rara excipiatur, & in vterum indatur. Ex eodem decocto clysteria etiam parari poterũt pro eodem vtero, vt Galen. testetur se solo vsu succi plantaginis quatuor diebus continuis immoderatum fluxum vteri sistisse. Lenimenta etiam parari poterunt ex sanguine draconis, terra lemnia, bolo armena, æquis partibus acceptis ad scrup. 1. addendo puluerem pineorum cupressi & masticis an. drag. 1. gummi Arabici, tragacanthi. ann. scrup. 5. olei mirthini vel melini, aut de lentisco onc. 15. ceræ lotæ in vino astringenti vel chalybeoto, vel etiam in aceto rosi. q. s. omnibus mixtis lenimentum parabitur: & abrasis prius pilis, dictæ parti applicari poterit. Addo aliud, quod valentius adhuc astringens pro maiori etiã necessitate in vsum venire poterit, quod conficitur ex lopa ferri in puluerem tenuissimum prius redacta, deinde aceto infusa, & in loco calido per 24. horas detenta: sic enim illius vis in aceto recipitur, quod lento igni expositum, & ad mellis consistentiam redactum valentissimum erit adstringens, siue intus, siue extra admoueatur, & hoc genus medic. potissimum locum habebit in profluuio ex apertione vasorum ex nimia humiditate laxante. Extat etiam vnguentũ comitissæ, quod paratum habetur, vt lumbis, ac pectini admotum, abortum etiã impedire soleat. Ex eisdem materijs parari etiam possunt medicamenta intus capienda. In quorum omnium recta administratione illud in praxi perpetuo obseruandum, vt cum dictis materijs

Marginalia: *Cura profluuij ex laxatione uasorũ* — *Sessiones.* — *Fomẽta suffitus.* — *Pessaria.* — *Clysteria.* — *5. Metho.* — *Lenimenta.* — *Valentius adstringens.* — *Vng.* — *Monitum.*

terijs aliqua semper permisceamus, quæ diuretica sint, vt pro vehiculo aliorum inseruiant, donec ad vterum vsque deducantur. Quantum igitur ad potiones, decocta potius probantur, quàm infusiones vel aquæ stillaticiæ, quia maiorem astringendi efficaciam retinent, quemadmodum si acceperimus foliorum plantag. mirthi, rosſ. rubearum, pineorum cupressi, & pro vehiculo, ac diuretico, matricariam addiderimus añ. partes æquales, aquæ stillaticiæ rosarum. q. s. misce & fiat decoctio ad consumationem tertiæ partis, & de hoc decocto detur singulo mane ad vnc. 3. vel 4. ieiuno ventriculo, & pluribus horis ante cibum. Si adhuc magis opus fuerit laxatas partes astringere, ijsdem etiam vti poterimus in substantia, conficiendo puluerem, quemadmodum si acceperimus pul. boli Armeni, terrę lemniæ, corall. rubeorum, triasandalarum, rosarum rub. pineorum cupressi ana drac. 1. quibus permixtis poterimus ex hoc puluere dare singulo mane ante dictum decoctum, vel etiam cum posca. Vel loco huius pulueris dare poterimus tantundem trochisc. de charabe, qui à Rhase tantopere commendantur, propinarique poterunt cum vino granatorũ, posca, aut vino stiptico: Ex eisdem parari poterunt elect. quemadmodum si ex dicto puluere ad onc. 5. accepto ex succharo rosato antiquo ad onc. 1. cum Syr. de ros. sic. q. s. elect componamus, cuius dosis erit drag. 5. singulo mane. Ex eodem puluere cum vino granatorum vel Syr. de ros. sic. pillulæ etiam ponderis scrup. 1. formari poterunt, vel iam paratas accipere poterimus, quales illæ sunt, quæ ex bdellio conficiuntur maiores, & minores: si autem profluuium fiat ex apertis vasis à nimia copia sanguinis, cum impetu commoti ad vias vteri, præcipuum auxilium erit, illius copiam minuere, impetumque, ac motum ad contraria reuellere, cuius auxilij materia erit sanguinis missio, vt supra dictum fuit. si idem profluuiũ fiat ob raritatem tunicarum, & sanguinis nimiam tenuitatem, occurrendum erit cum densantibus partes rarefactus, & tenuiorem sanguinẽ incrassantibus, cuius auxilij materiæ illæ eædem erunt, quę proximè fuere enumeratæ; quibus semper ratio victus proportione respondere debet in quo profluuio conueniet cibus paratus ex pedibus vitulorum, carne testudinis, cochlearum, risum, alica & huiusmodi, & præsertim si cum aqua chaalybeata vel rosarum stillatitia parata fuerint, vel etiam cum radice symphyti, cum coriandris cum modico aceto præparata: Eadem & de potu ratio habenda erit, qui esse poterit vinum, sed austerum, quod si tale non fuerit, permisceri ei poterit succus granatorum vel ribes, vel aranciorum acerborum. Si deinde profluuium fiat à soluta vnitate, atque hoc fiat ab externis causis, vt à vulnere, contusione, fractura, casu ab alto similibus, his omnibus medicus occurrere debet, tanquam chirurgus. At si causa solutæ vnitatis interna fuerit, hæc si sanguis efferuescens extiterit, vt ob turgentiam flatuum vasa frangantur, illis erit occurrendum, quæ

Decocta. *Puluis.* *Troc.* *Ellec.* *Pil.* *Cura ex apertione uasorum ob nimiam plen.* *Missio sang.* *Cura ex raritate.* *Cibus.* *Potus.* *Cura ex soluta unitate*

Cura ob sangu. feru. sanguinis ebullitionem tollere possunt, cuiusmodi est apertio venæ cubiti statim facta, quæ pariter eo in loco facienda erit, ratione cuius illius impetus ad vias vteri reuellendo intercipiatur. *Vene sec.* Deinde cũ consolidantibus, & agglutinantibus progrediendum erit, quorum materiæ erunt illæ eædem supra propositæ, ex quibus variæ formæ præsidiorum parari poterunt, pro loci fractura, quæ si in internis locis fuerit, præbere poterimus decocta, infusiones, succos, pulueres, elect. & reliqua proposita. *Cura ob dific. par.* Si fractura externas potius partes ad vterum pertinentes occupauerit, vt ex difficultate partus contingere solet, satis erit illis vti quæ extra applicantur, siue balnea fuerint, sessiones, fomenta, suffumigia, pessaria, clysteria, inunctiones, explastra, cerata & eius generis. Si tandem profluuium fiat per diæresin, quæ in vasorum exesione, & vlceratione consistit, triplex curandi scopus oritur. *Cura ob uasa exesa.* Primus erit consolidandi vlceris, secundus impedimenta remouendi, quæ cicatricem tollunt, tertius alterandi & roborandi membrum acriores humores generans: cuius auxilij materiæ, illæ omnes erunt, quæ feruorem, caloremque moderari possunt, cuiusmodi sunt cichoracea omnia, siue decoctis eorum vtamur, succis, conseruis, pulueribus & similibus. *Materiæ auxilij refrig.* Præter ista habemus serum caprinum chalybeatum, & in maiori copia exhibitum, & per plures dies. Et si diligentiores esse cupimus, caprã nutrice poterimus cum appropriatis. In eundem vsum conuenit etiam aqua B. virginis: quibus diu administratis si fluxus non cessauerit, cogitandum erit de oppiatis, præsertim in eo profluuio, quod fit per diæresim à materia acri, & periculũ imminet de virium imbecillitate, ita laudatur vsus theriace recentis Philonij Romani pil. decinoglo. si ad tertiã mediã sigula præbeatur, quæ verò impedimenta tollunt, hoc est, saniem vlceris auferunt, cuius præsentia cicatrix induci non potest, erunt quæcunque detergunt, & mundificant: ideò cum decocto hordei, furfurum, decoctis vel in mulsa, vel in sero caprino, poterimus vlcus mundificare, parando vel sessionem vel per clystere inijciendo, *Materiæ auxilij mundificantis.* deinde ad consolidantia deueniendum erit, quæ licet plurima sint, & ex materiis exiccantibus hactenus propositis varijs formis cõfici possint, duo tamen adhuc peculiaria, & maximè efficatia in consolidando quocunque vlcere propono, & præsertim cum illa etiam longa experientia fuerint comprobata. *Materiæ auxilij consolidantis.* Primum est oleum stillatitium paratum ex bolo Armeno coloris rubicundi. Alterum est oleum sulphureum, vtrunque magnam habet vim exiccandi, putredinem omnem tollendi, vlcusque consolidandi. Quod munus citissimè etiam absoluunt, id tamen in illorum vsu obseruandum erit, vt non sola & impermixta adhibeantur, sed cum aliqua aqua vlceri proportionata simul misceri debent, præsertim oleum de sulphure, quod est efficacissimum. *Monitum.* Permisceri autem potest cum aqua stillatitia radicum symphyti, vel foliorum plantaginis, sanguinariæ, rosarum, & similium, vt si.

vt si oleo sulphureo vti voluerimus in vna libra dictarum aquarum satis erit, permiscere drag. 2. dicti olei, cuius vsus & intus, & extra haberi poterit. Intus quidem, si singulo mane duabus, aut tribus vnc. prædictæ aquæ usi fuerimus. Extra uerò parari clyster poterit: ex eodem pessaria etiam confici poterunt, inunctiones & huiusmodi.

De victus ratione. Cap. LVI.

Victus autem rō non eadem vbique esse debet, sed pro causarū facientiū profluuiū diuersitate mutanda erit. Vnde in profluuio facto à sanguinis copia, conueniet victus minuens, consequenter in parua copia sumptus, si ex laxatis vasorum oris, conueniet cibus exiccans, & adstringens. Si fiat ex vlcere, vtendum cibo refrigerante & consolidante, cuius materia erunt testudines, cochleæ, pedes vitulorum, cancri, ouorum ablumina conquassata in aqua stillatitia portulacę vel polygoni, in qua pariter dissoluere poterimus amylū, tragacanthum, mucilaginem citoneorum & similia. Alterari etiam poterunt fercula cum radice Symphyti, altheæ, plantaginis, cum vino granatorum & similibus, quæ eo magis huic scopo satisfacient, si confecta fuerint ex oriza, amylo, riso, panis etiam in posca infusus conducit, & carnes potius assæ quàm elixæ. Potus autem sit posca, vel aqua chalybeata, vel etiam alterata cum oleo sulphuris, vt antea dictum fuit: interim à nimio, & inordinato motu arcendus erit æger, ne humorum impetus magis augeatur, & reliqua pariter victui ratio proportione respondeat.

Victus in profluuio à copia sang.

Victus in laxatis oris uaso.

Victus in vlce.

Alterantis cibum.

Modus præpar.

De Stillicidio & mensium. Cap. LVII.

Tanta est affinitas inter immoderatum profluuium menstruorū & stillicidium eorundem, vt amborum eadem, & communis essentia esse appareat, solumque distingui videantur, secundum magis & minus. Ambo enim symptomata sunt in exeunte mutato, in vtrisque idem est locus affectus, quamuis immoderatū profluuium potissimum fiat à materia fluente à toto. stillicidium autem mag. ab utero, effluens tamen materia est eadem, imò ab eisdem causis p o uenire etiam videntur, vt propterea eadem etiam curandi ratio in ambobus habeatur: proinde breui oratione affectus iste absolui poterit. Ante omnia igitur supponēdum est per stillicidium mensium nos intelligere illud profl uium, in quo menstruus sanguis per uterum egreditur, non tamen consuetis temporibus, aut debito modo, sed exitus continuus est, sensim tamen factus, vt partes pudendi tali sanguine assiduo madescant; cuius exeundi modus non est citra aliquam noxam, leuioremque molestiam & dolorem, qui dolor ten-

Nomen.

siuus esse solet,& circa vteri vasa consistens,ac proinde à repletione illorum vasorum dependet,consequenter à repletione determinata, cuius sympromatis forma, cum eadem sit cum priori affectu, ideò statuendum erit symptoma esse in exeunte mutato, sola differentia erit,quia in profluuio immoderato, menses fluunt absque difficultate,in stillicidio autem cum aliqua molestia,materia etiam exiens eadem est in vtroque symptomate,nempe sanguis menstruus,differentia est solum in quanto, & modo exeundi, quia in profluuio copiosius effluit, in stillicidio sensim & guttatim. Locus pariter affectus non est diuersus,sed est idem vterus,qui etiam primario & secundario læditur, & ratione totius vel partis: fit tandem stillicidium ab eisdem causis,nempe à facultate vteri expultrice labefactata vel impedita: labefactatur ab intemperie calidiori, vel frigidiori, ratione cuius partes vteri ad expellendum in eptę redduntur,duriores enim fiunt ob copiā sanguinis ibi cohibitam, & vasa tenduntur doloremque tensiuum patiuntur. Si facultas impedita fuerit, impediri potest vitio vasorum vel materiæ. Si vasorum fit propter angustiam, quæ ab eisdem causis fieri potest, sicut de suppressione dictum fuit. Si impediatur vitio materiæ cum hac sanguis sit,concurrere potest, ratione copiæ motus, & qualitatis, tum primæ, tum secundæ,vt si peccauerit in caliditate,tenuitate,acrimonia, vel in frigiditate, crassitie & viscididitate. Causæ autem generantes huiuscemodi sanguinem,internæ & externæ esse possunt: & sunt illæ eædem,quæ in suppressione menstruorum enumeratæ fuere,cuius symptomatis etiam differentiæ ab eisdem fontibus orientur,sicuti & priores: quare his consulto prætermissis,ad signa descendo,ad ea inquam quæ non solum stillicidium in genere, sed etiam singulas species patefaciant, Stillicidium itaque adesse patiens ipsa significabit, distinguemus autem à profluuio immoderato,tum ex minori copia fluentis materiæ,tum ex modo exeundi cum aliqua molestia, & dolore. Locum verò primario affectum esse ipsum vterum, cognoscemus recurrentes ad eadem signa superius proposita in sermone de suppressis menstruis,vt si fiat labefactata expultrice vteri, insuetam quandam duritiem habebit, quæ si non aderit, in esternos errores causa referri debet, vt si fiat à sanguine redundante, dolor tensiuus vrgeat,indiciaque aderunt plenitudinem indicantia. si autem sanguis concurrat potius ratione qualitatis,& primo quia sit calidior, tenuior & mordacior, dolor aderit acris potius,quàm tensiuus & harum qualitatū causa ad motum etiam procliuior euadet, si autem locum habuerit sanguis frigidior, crassior & viscidior, ad illa signa adeundum erit, quæ pituitosum sanguinem ostendunt,quę autem eiusdem materię peccatum in motu ostendunt satis patent.

Forma. *Locus affec.* *Causæ affectrices.* *3. de sympt. causis. 2.* *Differentiæ* *Signa.* *Signa in genere.* *Signa diffe. formæ.* *Signa diffe. materialiū.* *Signa diffe. a causis.*

De curatione. Cap. LVIII.

IN curando autem tali stillicidio ad tres illos scopos confugere debemus, curatorios inquam præseruatorios & vitales, vt curatorij capiantur à causa continente, quæ si fuerit sanguis copiosior, auxilium euacuans indicabit, si qualitate peccauerit, auxilium alterans in contrarium, si motu auxilium auertens. Merito vteri si durior fuerit, auxilium emolliens & laxans. A continentibus vero, hoc est, à partibus intemperatis, auxilium præseruatorium roborandi significabitur: quemadmodum à virtute, ratione totius vel partis, vitale auxilium indicabitur. Quibus scopis satisfacere, etiam si difficile sit, non tamen impossibile, non dum enim profluuium integrum est, nec suppressio omnino facta, ac proinde recessus à naturali statu non est magnus, quemadmodum etiam nec læsio fac. vteri, vel regentis corpus vniuersum non est vehemens, pro causarum tamen diuersitate, diuersa prognosticandi ratio oritur, sicut etiam dictum fuit in capite de suppressis menstruis. Quare ad materias medicas descendens, si stillicidium fiat ab vniuersali sang. plenitudine sanguis euacuandus erit, modo per venæ sectionem, modo per cucurbitulas, pro plenitudinis magnitudine, & virium robore, ad quæ pariter respicimus cupientes cognoscere certam mensuram sanguinis euacuandi. Quare si vena secabitur, superior & ipsius cubiti dexteri eligenda erit, cuius gratia, non solum plenitudo sanguinis minuetur, sed illius etiam impetus in vterum reuelletur: ideò sunt in errore illi practicantes, qui in tali stillicidio à totius plenitudine dependente, neglecta sectione venę superioris, venam inferiorem malleoli apperiunt; respicientes ad plenitudinem partis determinatæ tantũ, & negligentes plenitudinem totius, sine cuius remotione, non potest remoueri plenitudino partis, imò ex sectione venæ inferioris tantum, nocemus potius quàm iuuamus, quia maiorem impetum sanguini redundanti, in toto præbemus, vt in eundem vterum copiosius fluat & consequenter obstructionem maiorem reddimus: quare duplici hac plenitudine existente totius, & partis, illa priori loco tollenda est, ratione cuius altera consistit, & fouetur, huiusmodi autem est totius plenitudo, qua priori loco sublata congruum post modum erit ad plenitudinem determinatam respicere, secando etiam venam inferiorem. Idem statuendum erit etiam vbi sanguis non solum copia, sed feruore & calore peccauerit, consequenter in tenuitate acrimonia, vel frigidior etiam extiterit, ac proinde crassior & viscidior, aut motu, vt ratione qua diminute fluit. Idem de cucurbitulis statuendum erit. Quo ad tempus etiam si quocunque tempore, in quo adest præsentia sanguinis plenitudinem facientis in toto vel in parte, liceat per venæ sectionẽ vel cucurbitulas sanguinem

Indic. *Pronosticũ.* *De materijs medicis.* *Sang. missio.* *Quantitas.* *Locus.* *Ordo seruandus in sec. venæ.* *Cucurb.* *Tempus.*

euacuare illud tamen in praxi obseruandum erit, vt eo potissimum tempore dictis materiis vtamur, quo imminere solet consueta & naturalis purgatio, per duos videlicet, tres vel quatuor dies ante consuetam euacuationem. Accedunt quin etiam cucurbitulæ insensibiliter euacuantes, cuiusmodi sunt non scarificatæ, quibus ligaturæ & frictiones correspondent, in quorum omnium recta administratione ad eosdem scopos respiciendum erit, sicuti antea diximus. Idem etiam dicatur de Synapismis,& similibus. De materia pariter pharmaceutica, siue totum, siue partes respiciat, non plura dicam, cum de his pariter abundè actum sit in sermone de profluuio menstruorum. Idem quin etiam de uictus ratione statuendum erit.

Cucurb. non scarif. Ligat. Frict. Synap. Pharm. Vic. ratio.

De muliebri profluuio. *Cap. LIX.*

MVliebre profluuius alterum est symptomatum genus, quod mulieribus adueniens, in exeunte mutato consistit, & illud est, in quo per vterum assiduo, vel per interualla materia effluit insueta, viciosa, à sanguine menstruo substantia, & qualitate diuersa, ratione cuius, tale genus fluxus distinguitur à profluuio immoderato menstruorum, & stillicidio eorundem, in quibus exiens materia sanguinea est: in hoc verò fluxu alterius est generis. Cæterum hæc materia, cum esse possit semen vel alius humor, si semen fuerit, fit ea species profluuij, quæ Gonorrhoea dicitur, de qua suo loco agam, si verò alius humor diuersus, alia species profluuij nascetur, quæ à muliere affecta nomen desumens, muliebre profluuium dicitur, in quo exiens humor prauus, & corruptus est, & diuersi coloris, vt modo albus sit, uiridis, citrinus, vel obscurior appareat; & præterea modo crassior, tenuior & aquosior uidetur: imò mordax vt plurimum esse solet, & quandoque mordacitate carens, de quo genere profluuii institutum est hoc loco agere, pro cuius cognitione non satis est, quid nominis ipsius habuisse, sed illius etiam essentia, species ac proprietates inuestigandæ sunt, vt ex hac integra cognitione, perfectior etiam curandi ratio habeatur. Quapropter cum Gal. de illius forma, materia & causis efficientibus agendum est. Quo igitur ad formam spectat, satis constat muliebre hoc profluuiũ non solum esse symptoma, sed quod in exeunte mutato consistit, in quo immoderatè exit, quod intus citra alienam alterationem retineri deberet. Est quin etiam symptoma ipsius vteri, siue primo afficiatur, siue secundo, facultate labefactata vel impedita, in quo genere conuenit cum immoderato profluuio menstruorum, à quo tamen merito mobilis, & fluentis materiæ distinguitur: nam in profluuio menstruorum, quod immoderatè exit, sanguis est, in hoc autem fluxu muliebri est materia seiuncta à sanguine, & præsertim in profluuio muliebri exquisito, ad differentiam nothi, in quo sanguis cum alia materia exire potest, quæ tamen copia illi dominabitur, hæc materia

Nomen.

Differentia profluuij muli. ab aliis.

3. de causis symp. de differ. sympt. 6 de loc aff. de præcogn. ad posthum. 3. Auic. 21. tert. trac. 3. cap 32.

Locus affec.

Differ a pro flu. menst.

rsa cum à sanguine distincta sit, vaporosa & humorosa esse solet, Hæc tamen cum oculis conspiciatur, & manibus pertractetur, non vapor, sed vaporis potius minera erit, quæ cum alimentalis, & excrementitia soleat, prioris generis non erit, quia hic fluxus longo tempore, & per plures annos perdurare potest citra patientis interitum, quòd minimè contingeret, si materia esset alimentalis, sed citius tabescendo periret. Accedit quòd fluxus materiæ alimentalis ardentes febres comitari consueuit, in quibus ob caloris vehementiam solida corporis liquescunt. at fluxus iste nec febres necessario sequitur, nec patientem ad interitum perducit. Est ergo fluxus materiæ excrementitiæ, quæ cum vtilis, & inutilis esse possit, non erit vtilis, quia esset materia seminalis, ex cuius materiæ immoderato fluxu, corpus ad tabem pariter & mortem citò perducitur, cõcludendum igitur, quòd effluens materia in muliebri profluuio est humorosa, & non vaporosa, excrementitia, non alimentalis, inutilis, & non vtilis, quæ adhuc duplex esse potest, Ichorosa videlicet, & humorosa, vel mixta ex vtrisque, quarum quælibet præter naturam exeundo, muliebre hoc profluuium facere potest. Pro vtriusque autem materiæ diuersitate, & mixtionis modo, multiplex etiã symptoma hoc fieri potest: nam materia exiens si simplex fuerit, & humorosa, potest esse pituitosa, biliosa & melancholica, quemadmodum si serosa extiterit, modo erit Ichor pituitæ, bilis, melancholiæ vel sanguinis, cuiuscunque autem materiæ hoc profluuium fuerit, vel erit materiæ simplicis, & impermixtæ, siue hæc fuerit humorosa tantum, siue serosa. Et humorosa erit bilis, pituita vel melancholia: de sanguine non loquor, quia huius fluxio facit profluuium menstruorum. Pariter si serosa fuerit dictorum humorum serum esse poterit: Quomodocunque autem tales materiæ impermixtæ fluxerint, facient profluuium muliebre exquisitum, si autem permixtæ exierint, orietur alterum genus profluuij nothi, siue hæc permixtio serositarum inter se extiterit, siue humorum tantum, siue serositatum, & humorum simul, ex quarum materierum tam multiplici mixtione multę etiam ac varię complicationes orientur, prout scilicet ex parte ichoris tantum exeuntis, misceri potest ichor pituitosus cum bilioso, vel melancholico, vel sanguineo: uel biliosus cum melancholico & sanguineo: vel melancholicus cum sanguineo, vel cum omnibus simul. Idem dicatur, quando fluit humor tantum, vel humor, cum Ichore simul: quæ omnes propositæ complicationes, denominationem semper accipiunt à materia prædominante: quæcunque autem fuerit hæc materia, siue ichorosa, siue humorosa, considerari adhuc potest ratione qua genita, & ratione qua generanda, dum consideratur vbi genita est, cognoscere oportet, qua ratione concurrat ad hunc fluxum producendum. Concurrit autem penes ea, quæ illius essentiam consequuntur. Hæc autem sunt accidentia, quorum

Profluuium mulieb. 2.
Materia exiens. 2.
Materia exiens excremen. est.
1. Ratio.
2. Ratio.
Materia exiens est inutilis.
Materia exiẽs esse potest ichor. et humorosa.
Materia exiẽs esse potest simp. et mixta.
Profluuium mulieb. 2.
Materia exiens multas complic. facere põt.
Materia cõsideratur vt genita et vt generanda.

Accidentia materiã consequentia. quorum alia absolutè illi insunt, alia respectiuè, quæ absolutè ei insunt, illius essentiam consequuntur gratia materiæ,& est ipsa quantitas, vel gratia formæ, & est qualitas. Si eidem respectiuè inerint, tunc circa dictam materiam considerabimus locum,tempus,motũ, actionem & passionem, vt imprimis si materiam consideremus, vt *Materia vt quanta.* quanta, copiam & inopiam ipsius respiciamus, quæ ad profluuium faciendum concurrit potius ratione copiæ quàm inopiæ, & quo fuerit copiosior, eò magis immoderatum,ac diuturnũm profluuium faciet. Si eadem consideretur ratione qualitatis,ita concurret per ma- *Materia vt qualis.* nifestas vel occultas qualitates, vt si mulier lue gallica correpta fuerit, & profluuium patiatur, tale profluuium dependebit à materia occulta qualitate peccante. Si autem manifestis alterata fuerit,recedere poterit à naturali statu imprimis,& secundis qualitatibus. In primis, vt si calidior aut frigidior illa fuerit. In secundis verò, vt si tenuior aquosior, crassior & terrestrior extiterit: vnde si calida, & tenuis fuerit profluuium erit à materia biliosa,vt in iunioribus contingit: si viscida à materia pituitosa, si crassa à melancholica, vt in senioribus fieri consueuit, si aquosior esse poterit quilibet Ichor: quamuis autem profluuium hoc fieri possit ex omnibus dictis materiis, facilius tamen fit ex Ichoribus, quàm ex humoribus,& inter ichores facilius fit à calidis, quàm à frigidis: vnde ichor bilis cum cæteris calidior & tenuior sit ad motum etiam & profluuium faciendum erit promptior & expultricem magis stimulabit. Eadem sit ra- *Materia vt mouetur.* tio de humoribus. Cæterum hæc materia,quæcunque illa fuerint, cum profluuium facere nequeat absque motu, ideò ratione huius, illam considerare possumus pęnes terminum à quo mouetur,pęnes viam seu magnitudinem per quam mouetur, pęnes terminum ad quem illa mouetur, & tandem pęnes tempus quo illa mouetur. Si *Terminus a quo.* terminum à quo consideremus, esse potest corpus vniuersum vel determinata illius pars, siue Epar extiterit aut Ventriculus vel alia pars, vbicunque autem illa genita fuerit, generari potest, facultate labefactata & impedita. Si labefactata fuerit,causa ganerationis erit intemperies, quæ prout calidior aut frigidior fuerit, hanc etiam vel illam speciem materiæ generabit. vnde ab intemperie calidiori, & ficciori biliosa materia producetur,tum ichorosa, tum humorosa,à frigida & humida pituita, sicut à frigida, & sicca melancholia, quibus intemperiebus, si totum corpus prædictum fuerit, profluuinm fiet ratione totius, fluente scilicet tali materia in toto peccante ad vias vteri, idem dicatur de parte. Ideò in curando profluuio, modo corpori vniuerso,modo parti determinatæ occurrendum erit.Si autem totius, & partis facultas impedita potius sit, fieri potest à causis internis, & externis, si ab internis concurret temperatura, ætas, habitus corporis,& similia. Vnde ratione ætatis iuuenilis generantur humores potius calidi, & tenues quàm frigidi & crassi. contra-

rium fit in declinante ætate: si autem eadem facultas ab externis potius causis impedita fuerit, tales esse possunt necessario & non necessario occurrentes. Si necessario occurrant, erunt sex res non naturales, quæ secũdum oẽs qualitates corpora alterare possunt. si necessario nõ occurrant, medicamenta erunt, quæ pariter si calida, aut frigida fuerint, corpus totum vel partem immutare poterunt, modo ad hanc modo ad illam qualitatem. Hæc rursus materia, siue in toto, siue in parte generetur, consequenter à toto vel parte motus sui principium habeat, requirit etiam terminum ad quem illa mouetur, qui in muliebri profluuio alius non est, quàm ipse vterus, qui imbecillior existens, dictam materiam suscipit, non tamen existimandum, vterum esse partem simpliciter imbecilem, quia tunc in qualibet muliere profluuium hoc esse deberet: non enim vterus est pars corporis à natura facta, vt totius vel partium superfluitates suscipiat, sed solum factus est, vt sit susceptiuus menstrui sanguinis propter speciei propagationem. Dum autem cætera etiam excrementa recipit, præter naturam hoc illi contingit, consequenter ratione imbecillitatis illi aduenientis, siue natiua illa fuerit, hoc est, à semine & parentibus contracta, siue ascititia, hoc est, post ortum acquisita, quod cum contingit, vteri fluxio statutis temporibus non fiet, sed præter consuetum naturæ tempus, sicut accidit in profluuio hoc muliebri. Consistit autem hæc vteri imbecillitas, tum in alijs, tum etiam in nimia illius humiditate & laxitate, siue totum vteri corpus amplectatur, siue illius os tantum, & præsertim secundum venarum orificia, & illas præcipuè per quas menstruus sanguis fluere consueuerat, quod cum euenit, fit illud profluuium in quo vterus primario afficitur; quia deinde nullum mobile moueri potest à termino à quo ad terminum ad quem, sine medio, ideò necessarium est in hoc motu materiæ, magnitudinem reperiri, super qua mobile moueatur. Hæc autem magnitudo non alia est, quàm venæ, modo totius corporis, vt si profluuium à toto fiat, modo partis determinatæ, vt in profluuio quod fit à parte, hic deinde motus cum in instanti non fiat, sed successiuè, ideò tempus etiam requiritur, quod illius motus est mensura. Mensura autem & mensuratum cum coæquari debeant, ideò si motus, & profluuium materiæ longius, aut breuius fuerit, ita etiam tempus, quod illius est mensura illi proportionabitur, vt hinc oriatur profluuium, modo longum, modo breue, modo continuum, modo per interualla recurrens; tandem si materiam generandam consideremus, prout apta est facere, & fouere profluuiũ, hæc generabitur propter aliquam intemperiem totius vel partis, præsertim si à victus ratione, & alijs externis causis occasionem habuerit, inter quas locum habet aer frigidior & humidior, cibus & potus consimilis, ocium. Concludendum igitur est, quod profluuium muliebre vteri symptoma est in exeunte mutato, prodiens à

Terminus ad quem.

Improbatio quorundam.

Vteri imbecillitas.

Via.

Tempus.

Materia generanda.

Definitio.

materia excrementitia, tum humorosa, tum ichorosa copia qualitate peccante, & motu genita, modo in toto, modo in parte, & ad vterum propulsa, cuius præsentis copiosiores humiditates in corpore aggregantur, contra verò ab exercitijs, vel earum generatio prohibetur, vel si genite sunt absumuntur; hinc fit vt sicuti rusticę mulieres propter magna exercitia raro tali sympt. detinentur, ita ciuiles propter ocium consumatum sæpius ab illo occupantur.

De differentijs. Cap. LX.

Differentiæ a forma.

QVæ autem sint propositi symptomatis differentiæ ab illius essentia, forma inquam, materia & causa effectrice colligi possunt. Merito formæ vere & legitimè species non oriuntur, sed ille solum, quæ secundum magis, & minus distinguuntur, prout videlicet muliebre hoc profluuium est functio imbecillis, vel ablata retentricis, ac proinde fluxio est continua vel intermittens, copiosa & minus copiosa. Ex parte verò loci affecti, cum sit vterus ipse, dicimus tale profluuiũ fieri vtero primario, vel secundario affecto: & dum secundario afficitur, vel affici rõne totius, vel partis determinatæ, & ad partiũ rursus numerum, totidem species oriri. Postremò capiuntur differentiæ à causa effectrice, prout muliebre profluuium aliud fit à materia ichorosa, aliud ab humorosa, & vtrunque adhuc triplicem continet speciem, prout ichor, & humor triplex esse potest: & rursus quicunque ille fuerit, cum simplex esse possit, & mixtus, nascetur etiam profluuium exquisitum & nothum; quorum vtrunque adhuc subdiuidi potest secundum materiæ fluentis peccata, & causas generationis eius, vt si peccata spectemus, statuendum sit profluuium aliud fieri à materia peccante in quanto, vel in quali, vel motu & propensione in loca indecentia, id ipsum de causis etiã dicendum erit.

Differentiæ a loco affecto.

Differẽtiæ a causa effec.

De signis. Cap. LXI.

Signa in dupl. differ.

Signa distinguentia a profl. mens.

Prima diffe.

SIgna quædam distinguunt muliebre hoc profluuium ab alio quocunque, quædam enumeratas species ab inuicem seiungũt. Distinguemus imprimis profluuiũ muliebre à profluuio mensium, per materiam, quæ per vterum egreditur: nam in profluuio mensium, egrediens materia sanguinea est: in profluuio autem muliebri exquisito est generis. Dico exquisito ad differentiam nothi, in quo sanguis exire potest, nunquam tamen sincerus, vt in profluuio mensium exquisito contingit, sed alteri materiæ semper permixtus erit. Distinguetur autem à profluuio mensium notho, ex profluuio sanguinis copia minori exeuntis: quoniam in mensium profluuio semper sanguis dominatur alteri materiæ sibi permixtæ, contra in pro-

fluuio muliebri contingit, in quo sanguis semper in minori copia exit, in maiori verò copia alia materia: præterea distinguemus, quoniam in profluuio mensium notho, exiens materia à prædominio sanguinea existens, grumescere potest. At in profluuio muliebri, in quo minor est quantitas sanguinis, maior autem alterius humoris, fluida potius perinanet: Tertio distinguitur quia in fluore muliebri, materia assiduo exit, in profluuio autem mensium certas periodos seruat. Generatim verò cognoscemus genus hoc profluuij, ex totius corporis decoloratione, præsertim si progressum fecerit, oculi etiam tumidi erunt, & quandoque cum dolore, pedes quin etiam & ipsi intumescere videbuntur, inappetentia oritur, & spirandi difficultas quandoque accedit, insuetasque animi mœror comitatur. Vrina erit crassa, ex H p. 2. de morbis mulieb. Distinguemus deinde profluuium muliebre à profluuio solius vteri, sumptis signis à copia, & motu exeuntis materiæ. Nam in profluuio vteri, exiens materia pauca est, cum solius vteri excrementum sit. Contra in muliebri profluuio, materia copiosior effluit, cum potius aliundè quàm ex solo vtero, veniat, & propterea in hoc profluuio licet per vterum materia exeat, ipse tamen secundario potius afficitur, cuius contrarium contingit in profluuio vteri. Seiungitur autem ab eo profluuio, quod fit ratione vlceris, quia in hoc exiens materia saniosa, & purulenta est, imò cum aliquo fœtore, exibitque cum dolore, nec possunt viri congressum sustinere, & præsertim si vlcus in collo matricis fuerit: In fluxu autem muliebri excrementũ erit citra saniem, & dolorem, viri que congressum benè patientur, & in maiori copia materia effluet. Cognoscemus deinde differentias: & primo formales ex relatione patientis, & ex nobis ipsis videntibus. Cognoscemus autem materiales: & primo si vterus primario afficiatur, quia signa aderunt intemperiei vteri humiditatis, & laxitatis eiusdem, præcessere etiam causæ laxantes, & secundum totum, & alias partes benè habebit. Vbi autem nullum ex propositis signis adfuerit, indicium erit, affectum locum alium esse ab ipso vtero, qui si fuerit pars, & primo caput, obseruabimus consuetam eius euacuationem per nares, & os suppressam esse. Si fuerit Epar, ventriculus & alia pars, ad signa illarum affectarum partium recurrendum erit: At illis benè habentibus, in totum causa referenda erit, quod etiã cacochymum videbitur. A qua autem materia hic fluxus pendeat, cognoscemus, quia si febrem ardentem subsequatur, indicium erit, fluxum istum esse potius colliquatiuum, cum ratione huius caloris febrilis, pinguior pars, deinde carnosum genus colliquetur, quod profluuium citò solet ob alimenti defectum corpus emaciare. Si autem materia excrementitia fuerit, proposita signa non aderunt. An verò materia sit ichorosa vel humorosa, distinguemus per tenuitatem, & crassitiem eius, vt tenuior & ichorosa, instar aquæ effluat, crassior

2. differ.

Signa profl. in genere. 2. de præsag. expult. cap. 9.

Differentia a proflu. solius vteri.

Differentia a proflu. ratione vlce.

Signa diffe. formalium. Signa materialium.

Signa materiæ f[ac]ientis profluuium. Signa materiæ alim. Signa materiæ excrem. Signa materiæ ichorosæ.

Signa singulorum ichorum.

autem & humorosa instar mellis. Dum autem ichor exit, cum multiplex esse possit, singulos cognoscemus, respiciendo ad eorum colorem, & modum exeundi, imò ad totius temperaturam, ætatem, corporis habitum, & prægressam victus rationem. Imprimis si fuerit ichor sanguinolentus, verget ad aliqualem rubedinem, si bilis ad citrinitatem, si melancholia ad æruginem, si pituita ad Albedinem. Pœnes modum exeundi si ichor fuerit melancholiæ fecalis, pituitæ dulcis aut sanguinis, citra dolorem, & molestiam exibit. Si autem ichor fuerit biliosus, vel adustæ melancholiæ, aut salsæ pituitæ, cum molestia effluet. Dictas autem species cognoscemus ex colorum diuersitate, quæ si impermixtæ singulæ fuerint, proprium etiam & determinatum colorem præ se ferent. Si autem permixti fuerint, vt dominantem colorem per sensum cognoscere non possimus, debemus linteolum mundum in tali humore madefacere, mox igne autem sole exiccare, ita ex colore in linteolo derelicto humorem exeuntem & dominantem distinguemus. Eadem sit ratio, si exiens materia humor fuerit.

De curatione. *Cap. LXII.*

Scopi curat.

SCopi propositi in sermone de profluuio mensium, huic quoque symptomati, communes esse videntur: nam si in hoc profluuio imprimis ad continentia respexerimus, cum vterus sit humidiori intemperie detentus, indicabit auxilium alterans in contrarium, si alterius causa vterus afficiatur, siue corpus vniuersum, siue pars determinata fuerit, modo huic modo illi occurrendum erit. Quare si totum concurrat, ratione caloris colliquantis, vt in ardente febre contingit, auxilium indicabitur valenter, ac citò refrigerans, ac humectans. Si concurrat determinata pars, quia illius facultas sit labefactata, cum ab intemperie labefactetur, quæcunque illa fuerit, indicabit auxilium alterans in contrarium, si eadem impedita potius fuerit, cum impediri possit à copia, & qualitate materiæ. ex parte copiæ euacuans auxilium significabitur. Ex parte autem qualitatis manifestæ, siue prima, siue secunda fuerit auxilium alterans in contrarium orietur, quemadmodum ratione occultæ Alexipharmacum requiretur. Eadem si consideretur ratione, qua mouetur vel quiescit, si fluxa fuerit, auxilium indicabit euacuans deriuando, si in fluxu, reuellendo.

De pronostico. *Cap. LXIII.*

HIc fluxus modo est curabilis, modo non, & qui curabilis est modo cum facilitate modo cum difficultate. Distinguemus autem discurrendo per propositas differentias, & illarum causas, pro

quarum

quarum diuersitate in numero magnitudine vehementia, & materiæ essentia, diuersimode prognosticandum erit. Vnde si fluxus alimentalis fuerit, & colliquatius, si ardentem febrem sequatur, si cum vehementia fiat, vt medicamentis etiam non cedat, viresque imbecilliores assiduo reddat, & hoc magno recessu, quid aliud prognosticandum erit, quàm eius vitam in magno discrimine positam esse. Si autem alterius materiæ excrementitiæ fuerit, etiam si ratione huius, melius sperandum sit, non tamen symptoma erit contemnendum: quoniam vbi diu perdurauerit, consueuit miseras mulieres ad tabem primo & conuulsionem, denique ad mortem perducere, ideo Hipp. 5. apho. 56. habet quod conuulsio fluori alui superueniens malum, & rationem in promptu, quia conuulsio sequens inanitionem lethalis est. Omitto alia multa incommoda, quæ inde sequi solent: quoniam steriles euadunt, cum ob superfluam vteri humiditatem eiaculatum semen non detineant, secundũ etiam corpus totum fœdari solent, tumidæ fiunt pallent, & mœstæ redduntur lumborum grauitate, & dolore detinentur, quod profluuium si fuerit materiæ potius acris quàm dulcis, & benignæ, qualis est biliosa, atrabilaris & salsa pituita, præter id, quod cum dolore exibit imminet etiam, ne erodendo in partibus vteri vlcus oriatur. Quod deinde si diutius perdurauerit, in malignum etiam & cancrosum degenerare solet. At si exiens materia pituita fuerit dulcis, exigua, per interualla potius exiens, correspondeatque temperaturæ, ætati, corporis habitui, prægressæque victus rationi, maiorem salutis spem polliceri poterit, prætermitto quòd in hoc affectu semper læditur pars satis præstans, & in progressu eius, calor vitalis & facultates omnes corpus regentes languiscunt, quæ omnia, affectus magnitudinem satis superque ostendunt.

De materijs auxiliorum. Cap. LXIV.

IN curando proposito affecto si sanguinis plenitudo fuerit, & nihil prohibeat, sanguis erit mittendus. Ad est autem in eo potissimum profluuio, quod ab ichore sanguineo fit, ad differentiam cæterarum materierum, quæ à sanguinis natura longè distant, ratione quarum nulla habetur euacuandi sanguinis indicatio principalis. Dum autem conuenit venam aperire, ea eligenda erit, ratione cuius sanguis euacuetur, & ab vtero simul reuellatur, huiusmodi erit vena cubiti. De quantitate autem, tempore & modo, nihil dico, cum eadem sint seruanda, quæ antea dicta fuere, ob eandem rationem, nec de cucurbitulis, & alijs auxiliorum materijs ad hoc præsidij genus pertinentibus, agendum erit: quare ad pharmatiam descendendum.

Sang. mis.

Libro ad Posthumũ. cap. 8.

Quantitas.

Tempus.

Modus.

Cucurbitulę

De Pharmacia. Cap. LXV.

CVm Pharmacia, & totum respiciat, & partem, vtraque in hoc symptomate locum habet. Quare si corpus totum cacochymum fuerit, ratione huius præmittenda erit totius euacuatio, & si opus fuerit materiam præparare, aluumque lenire, præparantibus & lenientibus priori loco vtendum erit, vt pro lenitione interdum clysterijs vti conueniat, quandoq; vomitorijs, nonnunquam etiam illis lenientibus, quæ per os exhibentur, vt si primæ istæ superfluitates in ventriculo potissimum redundauerint, vomitorijs educendæ sint, si in infimis intestinis, clysterijs, si vbique, medicamento per os administrato, omnes erunt per secessum euacuandæ, de quorum materijs, cum copiosè actum antea fuerit, plura hic non proponam. Præparantia autem locum habebunt in eo muliebri profluuio, quod fit à materia humorosa & crassa, cuiusmodi est pituita aut melancholia, de quibus pariter supra tractatum fuit, mox materia erit purganda per secessum lotium vel sudorem, pro ut in hac vel illa parte fuerit, vel in hunc vel illum locum raptum magis habuerit: id tamen aduertendum quod ordinem dictorum vacuantium respicit, quòd vbi in toto fuerit cacochymia, semper ab euacuantibus per secessum, incipiendum erit, mox ad Diuretica, & Diaphoretica adueniendum. qua medendi ratione Galen. etiam vsus fuisse videtur in Boeti vxore, cui post alui purgationem factam, euacuantia per lotium adhibuit, deinde ea etiam, quæ per cutim materiam educere poterunt, qualia sunt apium assarum, & similia, nisi eorum vsus prohiberetur ab vlcere, & corrosione vteri, Neque obstat si quis talia meditamenta suspecta adhuc haberet, quia illa quæ vrinas prouocant, eadem menses etiam mouent ex Galen. libr. 5. de simpl. 13. & 22. quia ad hæc deuenire non debemus nisi quando natura ipsa jam incepit per lotium materiã deriuando euacuare, cui dictis præsidijs maiorem ferimus opem, quibus ita administratis illam etiam ab hoc symptomate liberauit. Expurgato vniuerso corpore, roborantibus vtendum erit, atque istis varijs, pro loci affecti varietate, & causarum producentium hoc symptoma, vnde si causa huius fluxus ventriculus fuerit, ob eius facultatem labefactatam ab intemperie frigida & humida, occurrendum erit cum calefacientibus, & exiccantibus, intus & extra admotis, quibus Galen. etiam in vxore Boeti vsus fuit, quæ ob copiam aquosi humoris, imum ventrem tumidum referrebat, vt prægnans omnibus videretur. copia enim huius humoris intus cohibita, & modica fluente, necessarium erat, vterum & vicinas partes in tumorem attolli. In quo casu nequaquam conuenit prius astringentibus vti, quia materia adhuc magis detineretur, hydropemque producere posset: sed præmissa diligenti purgatione

Lenientia. Clyst. Vomitoria. Lenientia per secessũ educ.

Præparantia.

Purgantia.

Ordo.

Lib. de præsog. ad Posthum. cap 8.

Roborantia

totius, tumor ille discutiendus erit, cum calefacientibus, & siccantibus: ideò iubebat marina arena corpus totum calefieri & siccari, frictiones etiam adhibebat, vt excrementa plurima ad cutim attracta resolueret, imò melle etiam cocto, corpus totum perfricabat. Vbi igitur radix huius mali fuerit frigidior ventriculi intemperies, cum calefacientibus, roborandus erit, in quem vsum probatur ius galli præparati, & alterati cum mentha, absinthio, nardo, nuce myristica, & similibus Aromatis, inter cætera autem mihi maximè probatur decoctum sasafre in iure pulli, vel collumbi iunioris ex turre paratum. Potus etiam aquarum thermarũ conducet, & extra eorundem, stillicidium conueniet, & efficacius erit si cum vino paratum fuerit, in quo tamen prius infusa sint, mentha, betonica, absinthium rosæ, & similia: vel eorum loco fieri poterit ex oleo de spica vnguentateorum masticino, & mentha, & similibus. Probantur etiam compositiones, quæ paratæ habentur ex aromatico rosato, diatrionpip. imò ex theriaca mitridato, & similibus. Omitto inunctiones, fomenta & alia, quę ex propositis materijs parari pariter poterunt: A pari si in causa fuerit cęrebrum, post totius purgationem caput quoque per consueta loca expurgari debet, potissimum autem per nasalia, quibus deriuando materia caput replens educitur. Materia autem huius euacuantis esse poterit succus betonicæ, maioranæ, saluiæ, hyssopi, si tepidè ad intra nares attrahatur. Et si valentioribus fuerit opus, infusione agarici vti poterimus, Et si adhuc potentioribus vti expediet, elaterium lacte permixtum admouere poterimus. Omitto masticatoria tanquam suspecta, ne materia ad inferiora magis præcipitetur. Quo tempore insensibiliter etiam euacuantibus vti poterimus, quemadmodum si lotio paretur ex lixiuio alterato cum cinere, ex betonica, saluia, stoechade, cypresso & pineis eius: & si opus fuerit agaricum etiam addere, efficaciorem lotionem reddemus. Ex quo stillicidium etiam super commissuram coronalem facere poterimus, prius tamen capillis abrasis, qui ad eam partem spectabunt, imò post lotionem eidem parti applicare poterimus, puluerem ex mirrha mastice, stoecade, cubebis, rosis an. partes æquales accipientes, & vt diu illi loco adhæreant, superponere poterimus ceratum sacrũ. Qui plura cupit adeat tractatũ de catharro. Si profluuiũ fiat Eparis vitio labefactata illius facultate à frigidiori intemperie, ratione cuius frigidiores, & pituitosi humores aggregentur, calefacientibus & roborantibus tale viscus progrediendum erit, quorum materiæ esse poterunt trochisci de lacca, de Alanda ex Cyphoide, theriaca, mitridatum, tryphera magna conserua absinthici pontici, & similia. A pari si idem Epar concurrat per calidiorem intemperiem acriores humores generando, illius feruor cum moderatè refrigerantibus contemperari poterit. Ideò omnia cichoracea conducent, serum etiam caprinum, & præterea aqua etiam B. Virginis.

Calefac. & siccantia.
Frictiones.
Materiæ auxillij calefacientis ius galli.
Aquæ ther.
Stillicidium
Cõfectiones.
Iniunctiones.
Cura vitio cęrebri.
Nasalia.
Masticat.
Lotiones.
Stillicidium
Puluis.
Cura uicio hepatis.
Troc.
Cicoracea.

Idem

Cura affecto solo vtero. Idem dicatur de his, quæ extra admoueri possunt. Si deinde hoc profluuium fiat solius vteri vicio, illius facultate labefactata à frigida, & humida intemperie, ratione cuius proprium alimentum exactè coquere, retinere & in propriam substantiam vertere nequeat, sed superflua quædam humiditas supersit, quæ venarum ora laxans, sibi etiam aditum paret, vt per vterum sensim distiller, & stillando partes illas continuo madefaciat, tunc merito genitæ, & hærentis superficiei vteri, euacuandum erit. Ex parte verò materiæ generandæ, robur vtero addendum, calefaciendo & siccando. Quare pro vteri mundificatione vti poterimus clystere facto ex decocto Betonicæ, mercurialis, matricariæ, arthemisiæ, bistortæ, spicænardi agarico etiã & similibus in mulsa decoctis vel aqua zuccharata. In eundẽ vsum pessaria etiam parari poterunt ex bombace in dicto decocto imbuto & contuso, & ad formam digiti redacto, mundificato vtero, & ab omni sorde deputato, roborandus erit cum exiccantibus, quemadmodum si intus clysteria ex eodem decocto parata inijciantur: vel etiam ex eorundem succis, qui efficaciores erunt. Suffumigia etiam ex eisdem fieri poterunt, semper illa addẽdo, quæ Aromatica etiam sunt. In quem ipsum vsum tales trochisci etiam parari poterunt, accipientes fol. Arthemisiæ, matricariæ, mirrhidis, pineorũ cupressi macis, nucis moschatæ, styracis, rosarum rubearum, ligni aloes an. drag. 1. quibus puluerisatis cum mucilagine tragacanthi q. s. permixtis, trochisci parabuntur: & proiectis super prunas accensas, suffumigium ipsi vtero paretur. Omitto sessiones, quæ in eodem decocto parari poterunt, cui si vinum additum fuerit, adhuc efficacius & vtilius euadet, præsertim si dulce extiterit. In cuius administratione cõmuniter practicantes in eorrore esse videntur, qui dum vino vtuntur, volunt in illo ebullitionem materierum fieri, cum ratione ebullitionis pars tota tenuior & spirituosa vini in qua sola agẽdi omnis potestas residet, euanescat. Quod autem remanet, nullam vim retinere videatur, hinc est, quod vinum post ebullitionem omnem odorem, saporem & fragrantiam amisit, & alienas qualitates recipit, ob quam eandem causam longè deterius illi agunt, qui lignum Guaiacum præparantes vel salsam, in vino ebullitionem faciunt, dicentes, se velle labefactatum ventriculum roborare, quo fine omnino frustrantur, quia per ebullitionem vinum amittit omnem roborandi facultatem, & acessendo eidem potius obesse quàm prodesse potest. Sed dum eo vti volumus, consultius est, decoctionem, vinum addere in quo eædem materiæ fuerint prius macerate. Omitto etiam inunctiones, quæ parari poterunt ex oleo de spica, ex oleo de nuce myristica expresso, ex styrace & similibus; intus verò præbere poterimus conseruam arthemisiæ, matricariæ, betonicæ, roris marini, diamuschi, elect. de gemmis, elect. Aromaticum Eryngium, & similia. Tandem ad astringentia deuenire poterimus. Inter

Cyster mundificans. — *Pessaria.* — *Clyster robor.* — *Suffumigia.* — *Troc.* — *Sessiones.* — *Error practicantium.* — *Inunctiones*

cætera commendatur à Galen. coagulum leporis, aceto bibitum, in cuius defectu tantundem valebit coagulum hoedi, ouis, vituli, cerui & similium, si valentioribus opus fuerit, ad ea recurrendum, quæ in profluuio menstruorũ fuere proposita, quibus omnibus diligens victus ratio perpetuo addenda erit, quæ iam enaratis causis contraria sit, inter cætera commendatur somnus longior in quo melliores coctiones fiunt, & quælibet fluxio immoderata sisti solet, vt habere à Galen. 1. aphor. 15. sexto de morb. vulg. commento. 4. de sanit. tuenda quarto.

10. de simplic. mcl.
Materia auxilij adstrig.

De Gonorrhoea. *Cap. LXVI.*

QVod latini vocant profluuium seminis, græci Gonorrhoeam dicunt, & est ille affectus, in quo semen assiduo effluit, & præter voluntatem, ac voluptatem, quod symptoma, etiam si fœminis, ac viris commune sit, frequentius tamen in fœminis, quàm in viris fieri consueuit: & ratio ea esse potest, quia fœminæ semen quod habent, & crudius est, aquosius, tenuius & fluidius, consequenter ad motum promptius. Dum autem viris accidit, iunioribus & veneri magis addictis, cole tamen non extento magis aduenit, in quibus partes spermaticæ imbecilliores fieri solent, vt ex longa consuetudine, læsione illis superueniente, ad easdem etiam humores abundantius confluunt. Hoc itaque loco de Gonorrhoea sermo est faciendus, vt fœminas potius, quàm viros respicit, cuius forma generica à prioribus speciebus profluuij distinguitur, cum symptoma pariter sit in exeunte mutato, in quo immodicè exit quod retineri deberet. Distinguitur tamen pœnes ipsum mobile, quod humor est excrementitius, sed pro speciei conseruatione vtilis, cuiusmodi est semen. Quare. Gonorrhoea erit effusio seminis, quæ materia licèt puri & saniei, quæ ex vtero exulcerato exire solet, sit valdè similis, ab ea tamen colore odore, mixtione, modo exeundi, & viribus longè distabit: pus enim malum habet odorem, cum dolore exibit, sanguini exiguo permixtum erit, quia vlcus vteri sequitur: semen autem colorem albùm, & simplicem habebit, malo odore expers erit, & citra dolorem exibit. Accedit, quòd immoderatum fluxum seminis totius corporis tabes comitatur, quod non ita contingit in fluxu alterius materiæ. Semen præterea dum effluit, potest voluntariè & citra voluntatem exire. Si voluntariè fluxerit, id fit ex præcedente coitu, & cũ uoluptate, cuiusmodi nõ est in gonorrhoea, sed citra uoluntatẽ & uoluptatẽ oĩno fit, ut gonorrhoea non solũ sit effusio seminis, uerum etiam inuoluntaria. Hęc rursus inuoluntaria seminis excretio si in uiris consideretur, fieri potest cum tensione, & citra tensionem pudendi, quæ cum tensione fit, est genitalium partium ueluti conuulsio quædam, in qua motu quodam uiolento, &

6. de loc. affe. 6.
Nomen.
De essentia.
3. de sympt. caus. cap. 2.
Forma.
Differt semen a pure multis modis.
Prima differentia.
Secunda.
Tertia.
Quarta.
Quinta.
6. de loc. aff. cap. 6.

14. de vsu par. 12. 3. de sympt. causis 4. 2. de causis sympt. 6. de loc. affe. c. 5.

præter naturam ad propriam principia regrediuntur, quę conuulsio non tantum in vasis seminalibus fieri potest, verũ etiam secundum corpus vniuersum, sicut in Epilepsia magna contingit, in qua corpus totum secundum neruos, & musculos omnes conuellitur, vt musculi etiam, qui sunt circa vasa spermatica, pariter conuellantur, cum seminis emissione inuoluntaria. Imò ob hanc totius conuulsionem, non solum semen emittitur, sed quandoque etiam lotium & cætera alui excrementa, quod minimè contingit in gonorrhoea propriè dicta, de qua hic sermo habetur, in qua semen effluit citra totius conuulsionem, hinc patet differentia gonorræhe ab ipsa polutione nocturna, hæc enim semper fit cum præcedenti aliqua imaginatione, & cupiditate, gonorroeha non, secũdo in polutione nocturna semen emititur hoc tantum tempore, in gonorroeha semper, tertio in polutione fit emissio seminis cum voluptate, in gonorroeha autẽ non, sed potius cum molestia: Cuius symptomatis locus affectus non pudenda sunt, sed vasa potius seminalia, in quibus sanguis benè elaboratus, & spirituum copia refertus, recipitur, vt ab insita eorum ui vlterius excoctus, in seminis naturam degeneret, quod munus, cum in instanti fieri nequeat, sed in tempore, ideò in illis tàm diu detineri debet quo ad retentio coctioni coæquetur. Vt autem detineatur, à natura multis plexibus conformata fuere; qui tandem ad testes terminantur, quibus si laxitas præter naturam adueniat debilitata eorum retentrice, foras effluet; Afficiuntur autem hæc vasa gonorrhoea detenta, morbo in mala compositione, & eo præsertim, qui in vijs plus æquo dilatatis consistit, quæ dilatatio fit propter earum partium intemperiem humidiorem, & laxiorem, ratione cuius facultas retentrix susceptam materiam tam diu retinere non potest, quo ad coctio absoluatur: Et expultrix pariter tam diu non quiescit, vt integræ coctioni satisfacere possit; cæterum dicta vasa dupliciter affici possunt, primario & secundario. Primariò afficiuntur, quando reliquum corpus benè habet. Secundariò vero dupliciter læduntur, gratia totius vel partis determinatæ. Gratia totius fit, quando facultas coctrix, quæ vbique celebratur, labefactata est ob aliquam intemperiem, & præsertim frigidiorem, ratione cuius nec integra coctio fit, ac proinde nec perfecta nutritio, sed diminuta. Quod autem superest & partium substantiam acquirere non potuit, ad vasa seminalia protruditur, & ab illis foras effluit, quæ materia nec sanguis sincerus est, quia ex coctione rubicundum colorem amisit, nec exactum semen, quia ex diminuto calore vltimam formam seminis non acquisiuit, sed maiori ex parte erit materia pituitosa, colore & consistentia similis ipsi semini. si autem causa partis determinatæ eadem vasa afficiantur, fieri potest ob cœrebri læsionem, & potissimum secundum illius ventriculos, vt in Epilepsia contingit. Cum igitur gonorrhoea fiat ob dilatationem orificiorum vasorum semi-

3. de sympt. caus. cap. 2. 14. de usu part. c. 10. Locus affec.

Modus generationis.

Causæ effic.

Vasa 2. affici.

nalium,

nalium, dilatari poterunt facultate labefactata vel impedita. Si labefactata fuerit, fit ob intemperiem, vt meritò labefactatæ retentricis, concurrat humidior intemperies: meritò autem labefactatæ expultricis concurrat calidior. Si autem impedita fuerit, impediri potest ratione totius & partis, vt à nimia copia grauante, vel à viciata qualitate irritante vasorum expultrix expellat dictam materiam, vnde gonorrhoea ratione copiæ facta, locum habebit in corporibus sanguineis, bonis & copiosis succis refertis, & in illis etiam, quæ præter consuetudinem venerem amplius non exercent: hinc fit quod viduę frequenter hoc sympt. detineri solent, quæ autem fit qualitatis potius ratione, esse potest qualitas manifesta & occulta. Manifesta erit, quæ calidiorem vel frigidiorem intemperiem sequitur, ratione caliditatis acrimoniam acquirit, quæ assiduo vasorum expultricem stimulare potest: Ideò ex Epatis calore & renum etiam, dicta materia illa qualitate affici poterit. Si autem frigidiorem sequatur, tunc fiet ex nimia tenuitate & fluxibilitate materiæ, quæ ad hanc fluxionem est valdè parata. Si deinde fiat ratione occultæ qualitatis, erit quemadmodum gonorrhoea Gallica, quæ fit à materia virulenta afficiente eadem vasa spermatica, quæ prauam illam qualitatem contrahendo, quicquid in illis colligitur, vt semen euadat, in tetrum & fœdum virus conuertitur, cui noua accedens materia à priori coinquinatur & nescio quid malignitatis, ac putredinis concipit, ad quam acrimonia consequitur, cuius causa solet per transeundo, non solum dolorem sed excotiationem vijs illis inferre. Omitto causas externas, tum necessario, tum non necessario occurrentes, quæ omnes producendo, fouendo & augendo dictas intemperies concurrere possunt ad generationem dicti symptomatis.

Dillatationis uasorum causæ. *Fac. labef.* *Fac. impedita.* *Copia.* *2. de sem.* *Qualitas manifest.* *Qualitas occulta.* *Causæ exte.*

De differentijs. Cap. LXVII.

AB explicata essentia ad species eius enumerandas descendo, quæ à forma, loco affecto & efficientibus causis capiuntur. Vt ex parte formæ statuendum sit, quod gonorrhoea, ratione qua est fluxio seminis, vel est solius seminis impermixti effusio, vel permixti & alteri materiæ coniuncti. Hinc oritur gonorrhoea exquisita, & notha, & ex hac pro permixtæ materiæ multiplicitate, multæ differentiæ oriuntur. Ex parte verò loci affecti, cum sint vasa seminalia, dicimus gonorrhoeam fieri vasis seminalibus primario affectis, vel secundario: & si secundariò, adhuc dupliciter prout vel corpus totum afficitur, vel pars determinata, & si pars determinata, esse potest cœrebrum, Epar, ventriculus, renes & huiusmodi: A causa pariter effectrice, tot nascentur differentiæ, quot fuere causæ enumeratæ, ita vt gonorrhoea alia sit, quæ labefactata vasorum facultate oritur, alia in qua impeditur, & quæ fit ob labefactatam facultatem

Differentiæ à forma. *Differ. a loco affecto.* *Differentiæ a causa effe.*

triplex erit, prout labefactari potest ab intemperie, calidiori frigidiori & humidiori, si ortum habeat ab eadem facultate, sed impedita, multiplex adhuc esse potest, pro multiplicitate impedimenti, prout impediri potest à causis externis vel internis. Et si ab internis, alia fit, ratione copiæ materiæ grauantis, alia ratione malæ qualitatis, quæ potest esse manifesta & occulta. Si manifesta erit gonorrhoea facta ab acrimonia seminis, à calidiori intemperie producta, ab eiusdem tenuitate & aquositate, à frigidiori & humidiori intemperie causata. Si occulta, erit gonorrhoea Gallica, quæ à virulenta materia etiam fit.

De signis. Cap. LXVIII.

Signa in genere.
6. de loc. aff. 5. cap. 31.
6. de sanit. tu.
Signa gen. exquisitæ.
Signa gon. noth.
Aristoteles de gener. animal.
Signa gon. per essentiã
Signa gon. per consensum.
Signa ratione copiæ.

GOnorrhœam simpliciter cognoscemus ex patientis relatione, nobisque ipsis videntibus, differentias verò distinguemus ex multis signis, de quibus Galen. passim etiam loquitur, imprimis si gonorrhœa sinceri seminis fuerit, diu illam sustineri non poterit, quin corpus vniuersum nõ contabescat, & tandem etiam moriatur. At si alteri materiæ permixtum fuerit, cuiusmodi est pituitosa, quæ in tertia coctione in substantiam partium transmutari nõ potuerit, minorem noxam patientur, & præsertim si maior fuerit copia huius materiæ, seminis autem minima: quamuis enim isti etiam sensim emacientur, diutius tamen superstites esse possunt, magis enim debilitatur patiens ex gutta seminis sinceri effluentis, quàm ex integra vncia alterius humoris: quæcunque autem fuerit ista fluxio, cum semper fiat vasis seminalibus affectis, atque ijs modo primo modo secundariò, distinguemus, quia si cęteris partibus patiens benè habuerit, indicium erit, dicta vasa primario affici. Si verò alterius ratione lædantur, cum lædi possint ratione totius & partis, cognoscemus recurrendo ad signa indicantia corporis totius læsionem, vt ex febre contingit, vel partis determinatæ. Distinguemus tandem differentias ab effectrice causa, & primo si fiat ratione copiosæ materiæ, ex habitu corporis sanguineo, & plethorico, ex prægressa victus ratione laudabilium ciborũ, ex vitæ innocentia, & præsertim si veneri assueta antea fuerit, quod semen si exquisitum & im permixtum fuerit, illius consistentia, color & proprius odor significabunt, modus etiam exeundi, quia citra dolorem effluet, & nisi fluxio ista in longius protracta fuerit citra detrimentum fieri poterit.

Signa viciatæ qualitatis.

At si à viciata eius qualitate fiat, & primo ab occulta, exiens materia citrini erit coloris, mali odoris, & virulentiæ gallicæ signa aderunt. Si autem oriatur à mala qualitate manifesta, cum esse possit acrior & aquosior, si fiat ratione acrimoniæ conqueretur patiens de dolore quodam mordicante, cui addas temperaturã calidiorem, ætatem iuuenilem, & prægressam victus rationem calefacientem, venerisq; abusum.

abusum. Si potius fiat à materia aquosiori & tenuiori, substantia ipsius declarabit, quia fluidior erit instar aquæ mellis. Modus exeundi erit sine dolore, quibus accedit frigidior temperatura, & prægressa victus ratio consimilis. Si denique fiat ob conuulsionem, fluxio erit cum tensione pudendi.

6. de loc. aff. cap. 4.

De indicationibus. *Cap. LXIX.*

SI gonorrhœa fiat ob apertionem orificiorum vasorum seminalium, dilatatio ista erit adstringenda, roboranda & ad naturalem statum & constitutionem deducenda. Hunc scopum assequemur, remouendo causas talem dilattaionẽ facientes. Quare si fiat ex nimia copia seminis, indicabitur auxilium minuens. Si ob vitiatam eiusdem qualitatem, hæc si occulta fuerit & Gallica, Alexipharmacum auxilium requiret. Si à manifesta qualitate, hæc si calida & acris fuerit, indicabit auxilium contemperans. Si ab aquositate & nimia tenuitate, cum fiat à coctrice facultate labefactata, ob frigidiorem intemperiem, indicabitur auxilium calefaciens, & roborans ex parte autem virtutis, quæ in hoc sympt. diuturno plurimum debilitari solet, orietur indicatio custodiendi, quæcunque autem fuerit, non erit malum spernendum, cum progressu temporis ad tabem & mortem perducat, quod modo citius, modo tardius efficit, pro differentiarum diuersitate. Vnde si gonorrhœa fuerit sinceri seminis, si progressum etiam fecerit, lethalis erit. Si alteri materiæ permisceatur, recensq; fuerit, minus periculosa erit. Si vasa seminaria primario afficiantur, peior altera erit, in qua eadem vasa secundario læduntur, & inter has maiorem salutis spem ea pollicebitur, quæ fit per consensum partis, quàm totius, cæteris tamen semper partibus. Si differentias à causa effectrice desumptas mutuo conferamus, salubrior illa erit, quæ fit à copioso semine, imò hæc temerè supprimenda non erit omnium pessima, quia materia ista, non modo manifestis, sed occultis etiam qualitatibus peccat. Si autem fiat ob solam seminis caliditatem vel tenuitatem, & aquositatem, non erit arduum alterare in contrarium. Illa autem erit curatu difficilior & mulieri molestior, quæ ab insigni calore, & acrimonia producitur, quia ratione huius non solum dolor infestat, sed periculum etiam imminet, ne uiæ per quas illa trãsit, excoriationẽ & vlcus patiantur.

Indic. curat.

De prognostico.

De materijs auxiliorum. *Cap. LXX.*

CVm gonorrhœa sit tam multiplex, non vnica curandi ratio illi satisfaciet: in illa enim gonorrhœa, quæ à copioso semine producitur, cum hæc non fiat sine copia sanguinis, ideò missio eius conueniet: locus tamen varius erit, pro varia illius subsistentia, vt si in toto corpore æquè & simpliciter peccauerit, communis vena aperienda sit. Si autem totius plenitudo oriatur à plenitudine partis determinatæ, vt ob suppressa menstrua inferior potius vena secanda erit. Quantitas verò, tempus & modus ex aliàs dictis patent, & eadem

Seng. missio. Locus.

Quantitas. Tempus. Modus. De pharmacia. Localia. Materiæ auxilij prohibentis gen. semi. 6. de tuẽda. 5. de simplici medic.

dem de cucurbitulis ratio habenda erit. Quo ad materias pharmaceuticas, ſuppoſita imprimis totius euacuatione, de localibus cogitandum erit, quæ varia ſunt pro ſpecierum gonorrhœæ varietate. Quare ſi ea occurrat, quæ à copioſo ſemine fit, conuenient illa omnia, quæ copioſi ſeminis generationem prohibere poſſunt, quarum alia id manifeſtis qualitatibus præſtant, aliqua occultis. Et quæ manifeſtis agunt, quædã refrigerant, vt ſemen lactucæ, portulacæ, nymphex, cannabis, papaueris albi, agni caſti, radix halicacabi: his accedunt ſemen viticis, ac rutæ, quorum aſſiduum vſum Gal. etiam commendauit: quæ agunt exiccando, vt etiam Cyminum, Calamenthũ, mirrha euphorbium, ruta, quæ licet calida ſit, minuit tamen ſemen, tum exiccando, tum coagulando: ideò ab Alexandro & alijs ruta enumeratur inter eas materias, quæ occulta potius, quàm manifeſta qualitate agit. Hæc autem & ſimilia varijs formis propinari poſſunt. Primò in auſtero vino infuſa, in puluerem redacta, in pillulas, in trochiſcos, electuarium & ſimilia: quemadmodum ſi acceperimus, ſeminũ rutæ, agni caſti ana drag. 2. lactucæ, thuris, mirrhæ ana drag. 1. pulberizentur omnia, & cum melle deſpumato q.ſ. miſceãtur & fiat electuarium, cuius doſis ſingulo manè erit ad drac. mediã & ſcrup. duos: quibus alterantibus frigidis, & humidis illa etiam gonorrhœa tolletur, quæ à ſeminis acrimonia fit, euacuantes in primis genitam materiam, deinde calidiorem partis vel totius intemperiem moderantes cum aquis ſtillatitijs cichoraceorum, cũ ſero caprino, cũ aqua B. virginis & ſimilib. iam dictis, & vbi aderit etiam renum caliditas, ratione cuius, non ſolum materia acrior fiat, ſed ad vaſa copioſius attrahatur, poterimus regionem illam inungere cum ol. roſ. mirthino, nenupharino, quibus ſi addiderimus roſarum rub. mirthi, lapidis hæmatidis an. ſcrup. 1. & ceram q.ſ. lenimentum parabimus. In eundem vſum conferent troch. de roſis, de camphora, qui parati habentur, ſi ſingulo mane ſcrup. 1. exhibuerimus: parare etiam ex nobiſmet ipſis hunc in modum poterimus, accipientes ſem. lactucæ, papau. albi, roſ. rub. portulacæ, an. ſcrup. 1. Camphoræ gr. 2. quibus omnibus pulueriʒatis, addimus mucilaginis ſem. Citoniorum q.ſ. & trochiſci formantur pondere ſcrup. 1. Si deinde gonorrhœa fiat ex ſeminis tenuitate & aquoſitate, cum tale ſemen ab humidiori vaſorum intemperie producatur, ratione cuius retentrix proprio munere fruſtratur, cum calefacientibus, & roborantibus occurrendũ erit, ſiue hoc contingat, quia vaſa dicta primario affecta ſint, ſiue aliorum gratia: quare inter illa quæ intus exhiberi poſſunt, præſtabit vti iure galli præparati cum mentha, abſinthio, betonica, maci, coriandris præparatis, roſis ſiccis, pienis cupreſſi & ſimilibus. In eundem vſum conuenier conſerua de mentha, de Abſinthio, de betonica, dianthos, quas ſi efficaciores reddere cuppimus, permiſcere poterimus, puluerẽ ſpecierũ diarrhodon, aromatici roſati, diatrionpiperon, vel pul-

Formæ. Ellectua. Aquæ. Lenim. Troc. Cura gen. extenui. ſemi. Ius galli. Conſerua.

uerem

uerem masticis, mirrhæ sassafre, aut pineorum cupressi, ita vt pro singula quaq; vncia dictarũ conseruarũ drachma vna dictorũ puluerũ & specierũ permisceri possit; quo tpe nõ erunt prætermittenda, quæ extra admoueri solent, quemadmodũ si lumbis & renum regioni applicemus ol. masticinum, de mirrha, & cõsimilia, quibus si addiderimus pul. masticis, vel pineorũ cupressi, menthæ, rosarũ, & cætera huiusmodi cũ cera lenimentũ cõponemus: ex eisdẽ parari poterunt sessiones, si in vino austero decoctio fiat, vel cũ posca fomenta adhibeãtur, probatur quin ẽt fex vini nigri pectini & lumbis admota, cuius ẽt puluis ad scrup. 1. cum ouo recenti singulo mane exhibitus, huic malo succurrere solet: quæ aũt requirat gonorrhœa gallica, nõ est vt hoc loco illa adducamus, quia esset agere de cura morbi gallici: his medicamentis correspondeat ẽt victus ratio, ita vt in gonorrhœa ex copia seminis, conueniat victus minuens, qui ẽt alterari cũ illis poterit, quæ semen minuere possint, qualia sunt quæ supra proposita fuere acetũ videlicet succus limonum citri semen agni casti nympheæ, quod à Gal. ẽt 8. de simpl. med. in fluxu seminis plurimũ cõmendatur, victus flatulentus prætermittendus erit, quia venerem excitare solet, cuiusmodi sunt cicera rubea, faba, nuclei pinei, eruca, & cætera huiusmodi. Dimittantur ẽt Diuretica, vt semina Dauci, vrticæ & reliqua: sermones ẽt & lectiones venereæ & spectacula similia prætermittenda sunt, decubitus sit potius secundum latera, ne lumborum arteriæ incalescant. In gonorrhœa aũt à materia calida & acri, conueniet victus refrigerãs & humectans, vt ptisana hordei, alica, quæ pro necessitate alterari ẽt poterunt cũ folijs lactucæ, nymphеæ, portulacę & similibus: & si aliqua fuerit suspicio de vlceratione, parari eadẽ fercula poterũt cũ pedibus vitulorũ, cũ capite castrati & similibus. Potus sit aqua frigida & chalybeata. Si deniq; gonorrhœa fiat à materia tenui, & aquosa, cõueniet victus moderatè calefaciens & magis exiccans: ideò caro columborũ erit vtilis, & assi potius q̃ elixi parari poterũt, reliqua ẽt oĩa cibaria, si cũ Aromatis alterẽtur, magis ẽt conducẽt: hæc aũt calida, vt sint oportet, & leuiter astringẽtia, huiusmodi sũt macis, nux myristica, mẽtha, melissa, nuces cupressi & similia.

Extra admouenda inunctio. *Lenim.* *Sessiones.* *Fomenta.* *Puluis.* *Victus rõ.* *Potus.*

De procidentia vteri. *Cap.* LXXI.

VTeri procidentia vel præcipitatio illud est vitium, rõne cuius vterus à naturali loco dimouetur, q̃ cum intus esse deberet foras prominet, cuius forma est, vt sit ex genere morbi in mala cõpositione, qui in situ consistit, cũ à naturali sede à motus est, vterus. n. dum à proprio & interno situ remouetur, sm̃ omnẽ loci differentiã peruerti põt, sursum inquã, deorsum & ad latera, si sursum dr̃ ascensus ab Hip. 2. de morb. mulieb. si ad inferiora, pro lapsus pręcipitatio procidentia & descensus nuncupat, Sursum quidẽ & ad latera rarò, deorsum verò sæpius: ideò de hoc affectu in pręsentia sermo habet. De materia aũt seu loco affecto nihil aliud dicendum occurrit, nisi

Nomen. *Forma.* *Locus.*

esse vterum ipsum, ad aliarum partiũ corporis differentiam, q̃ñ illis quoq; accidit à proprio loco dimoueri. Causæ aũt producẽtes hunc vteri prolapsum primo internæ capiunt à facultate retentrice vteri tum labefactata, tum impedita. Si labefactata fuerit, fit ob intẽperiẽ frigidiorem & humidiorẽ: potissimum aũt ab humidiori, rõne cuius ligamenta vteri laxari vsq; adeo possunt, vt vterus propria sede relicta foras procidat: pro maiori aũt & minori relaxatione, magis ẽt & minus facultas illa læditur, vt illius functio modo auferat, modo minuatur. Aufertur in illa procidẽtia in qua vterus à suis apendicibus longissimè abest, vt in quibusdã ad dimidiũ coxarũ & ad genua vsq; descendat: imminuitur verò, vbi à propria sede parũ distauerit: hinc eorum sñia reijcienda, qui putant, vterum in hoc affectu à proprijs ligamentis omnino exolutũ esse: tunc. n. frustra esset curationẽ huius affectus aggredi, quia impossibile omnino esset, soluta ligamenta de nuo consolidare, & in pristinũ locũ vterũ restituere. Vbi verò ex ligamentorũ relaxatione hoc cõtingit, ẽt si ardua & difficilis curatio sit, non tñ desperata & impossibilis erit, frigidiorẽ n. intemperiẽ & humidiorẽ remouere cũ calefacientib. & exiccantibus nõ est impossibile: Cæterũ intemperies ista esse põt cũ materia, & sine materia. Et si cũ materia, mõ corpulenta, mõ flatulenta. Si corpulenta, erit pituitosa & aquosa, copia qualitatib. & motu peccans, cõsequenter frigidior & humidior, tenuis ẽt & lũbrica, ac proinde fluxilis, vt partes, quas cõtingit, molliores & laxiores reddat, propriumq; illarũ robur auferat: quare occupans totã substantiã vteri, intus & extra & eiusdẽ ligamẽta, mirũ esse nõ debet, si oĩbus laxiorib. redditis, vterus suo ẽt pondere adiuuante deorsũ feratur. Si materia flatulẽta fuerit, eandẽ matricẽ ad inferiora propellere poterit, quæ materia, mõ in dictis partibus primo generatur, mõ aliundè transmittitur, atq; tunc à toto vel à parte. Si eadẽ facultas impedita fuerit, & primo ab internis causis fieri hoc põt ob frequentiã partus, rõne cuius eadẽ vteri ligamẽta, q̃ in hac functione multũ laborant, laxari pariter pñt, orta resolutione in mẽbranis, & musculis vterũ sustinẽtib. Ex hoc eodẽ partu si ante debitũ tp̃s fiat, pñt vincola ẽt disrumpi, q̃ ex vehemẽti naturæ conatu cõtingit, & tunc fętus ante debitũ tp̃s descẽdit. Si aũt ab externis causis idẽ vterus prolabatur, erũt illæ oẽs, rõne quarũ vterus & vteri ligamenta oĩa debilitari, laxari & disrumpi pñt, vt meritò laxationis & imbecillitatis cõcurrat victus humidior, potus frigidæ, sessio sup lapidẽ frigidum, natatio in frigida otiũ vehementioraq; animi accidentia, vt aduẽtus inimici, insperata filij mors & similia, à quib. mulieres valdè agitatę, lypothymiã syncopin totiusq; corporis exolutionẽ pati solent, vt mirum nõ sit si vterus ẽt à propria sede dimoueat. Causæ verò disrumpentes plures & ipse sunt, inter quas enumerat inartificiosa extractio fœtus, vel violenta secundinæ separatio, vt in abortu cõtingit, eleuatio magni ponderis, clamores insignes, nimia

Cauæ. 3. artis medic.

Improbatio aliorum.

Intẽperies 2 sine materia & cum materia.

Materia 2.

Materia flatulen.

Locus generationis materiæ.

Causæ impedientis fac.

Causa internę.

Causa externa.

Causæ disrũpentes.

detentio spiritus & conatus, casus ab alto & reliqua eius generis, quorum causa si ligamenta disrumpantur & pelliculæ vterum continentes & sustinentes vicinisq; partibus connectentes, necessariò inferius procidat. Erit igitur procidentia, vteri à propria sede dimotio ad inferiora descendens, à labefactata retentrice, ob intemperiē frigidam & humidam cum materia flatulenta & corpulenta, copia motu & qualitate prima & secunda peccante in vtero genita, vel aliundè in ipsum transmissa à toto uel à parte, quæ uterum, ligamenta & pelliculas sustinentes laxando & emolliendo, dorsum procidere faciunt, quod ipsum pariter contingere solet, eadem facultate impedita, siue ab internis siue externis causis impedita fuerit.

Epilogus.

De differentijs. *Cap. LXXII.*

EX singulis partibus & causarum generibus cōtinentibus essentiam propositi affectus, illius & species colligi possunt. ex parte tñ formæ illa tantum oriuntur, quæ secundum magis & minus distinguūtur, nam uteri procidentia, rōne qua est a propria sede dimotio, ad inferioraque prolapsus, pro maiori & minori illius descensu dñiæ etiam, eiusmodi nascentur. Ex parte aūt loci affecti dicimus vteri procidentiam fieri, uel primariò affecto utero uel secundariò, & si secundariò, ratione totius uel partis: postremò ex parte causarum efficientium tot spēs oriri poterunt, quot fuere causæ enumeratæ.

Differentiæ formales.

Differentiæ materiales.

Differentiæ effectrices.

De Signis. *Cap. LXXIII.*

TVnc affectum absolutè & genericè acceptum cognoscemus ex relatione patientis, & ex nobis ipsis uidentibus: dum.n. uterus deorsum a propria sede dimouetur, est quid simile cucurbitæ, qui.si ad genua usq; peruenerit, magnum esse uteri prolapsum significabitur, secus uerò minorem. An uerò in vtroq; prolapsu, uterus primariò uel secundariò afficiatur, distinguemus, quia si primariò fuerit affectus, aderunt signa secundum illas partes quibus uterus alligatur dorso, & aliis circumiacentib. membris, indicantia labefactatam earum facultatē, hoc est, frigidiorē & humidiorē intemperiem, & prætererea in toto corpore & aliis partibus mulier benè habebit: Si aūt cōtra euenerit, ut rōne totius potius uel alterius ptis determinatæ mulier conqueratur, indicium erit uterum alterius causa esse affectum.

Signa in genere.

Signa diffe. formalium.

Signa materialium.

Quocunq; autem mō lesus fuerit, cum ab externis & internis causis id fieri possit, distinguemus, quia si præcesserint externæ illæ causæ antea enumeratæ, oēs inquam, plures aut aliquæ, argm̄ erit, hunc affectum occasionem habuisse ab externis causis, quarum si nulla præcesserit, statuendum erit, causas intus delitescere, quæ si consistant in facultate retentrice labefactata, ob frigidam & humidam intemperiem, uterus citra omnem doloris sensum a proprio loco amotus erit. Signaque talem intemperiem indicantia, aderunt, quæ intemperies, si cum materia fuerit coniuncta indicia non deerunt

Signa ab externis causis.

Signa causarum internarum.

Signa materiæ. *Signa fac. impeditæ.*

significantia materiæ pituitosæ copiam. Si eadem facultas impedita potius fuerit, præces sit frequentia partus, vel nimius in pariendo naturæ conatus, vel cohitus intempestiuus qualis est qui tempore puerperij fieri solet, & tunc vterus non absque dolore procidet.

De indicationibus. Cap. LXXIV.

Indic. *Probib.*

CVm vteri procidentia morbus sit in situ, primo & ante oĩa in proprium locũ reponendus erit: quod aũt hanc repositionem prohibere põt, est intestinorum & vesicæ repletio, ideò aluus imprimis lenienda clysteri, & lotium pariter emittẽdum, mox in propriã sedẽ vterus intromittendus erit, nam cum inter intestinum rectũ & vesicã interiaceat, ideo nisi prius hæc vasa inaniantur à copia suarũ superfluitatum in propriũ locũ repositio impedietur. Cæterum cũ vterus procidat, tum rõne intemperiei, tum solutæ vnitatis, meritò intemperiei cũ frigida & humida sit, indicabit auxiliũ calefaciens & siccans, cui si mã accesserit hæc si flatulenta fuerit, auxilium discutiens significabit, si corpulenta extiterit cũ & copia, & qualitate & motu peccare possit, ideò merito copiæ indicabitur auxilium euacuans, sicut ex parte crassitiei & lentoris, auxiliũ attenuans, & detergens merito motus præter naturã auxiliũ auertens. Si aũt locum habuerit soluta vnitas, indicabitur auxilium vniens partes disruptas: & dũ ab hac soluta vnitate producitur, affectus iste incurabilis euadit. Si aũt ab intemperie potius prodierit, hæc si nuda fuerit, facilius curabitur, q̃ si cum materia coniuncta sit, quæ cũ corpulenta, & flatulenta esse possit, maiori difficultate tolletur corpulenta, q̃ flatulenta, quæ rursus cum in vtero, & partibus illi annexis generari possit, vel alibi, difficilius curabitur: dum vterus primo afficitur, q̃ secundario, cæteris tñ semper paribus: & dum secundario afficitur, maiori adhuc negocio malum tolletur, si fiat rõne totius, q̃ partis. Tandem dum vterus procidit vel recens, vel antiquior erit affectus. Si recens facilius in proprium locũ restitui poterit, q̃ si antiquus. In antiquo .n. imminet, ne locis perfrigeratis, cõuulsio cõtingat, & præsertim in initio, & priusquã loci quandam callositatem contraxerint, quo tempore, nec dolor infestat: at si vterus intumuerit, difficilior cura succedet, quemadmodum si computruerit, impossibilis illa erit.

De prognostico.

De auxiliorum materijs. Cap. LXXV.

Repositio uteri in propriũ locum. *Remotio impedientiũ.*

SVpposita totius corporis prouidentia, ad topica descendendum erit. Primum aũt omnium, qđ in hoc affectu faciendũ occurrit, est vteri repositio in propriũ locum, quæ operatio tunc melius & facilius fiet, si mulier supina figuretur, coxis sursum elatis, & vtrisque disiunctis, & disparatis, per hunc .n. situm, vterus facilius in propriũ locum restituitur, at si id fieri nequeat, uel quia obduruerit nimis, vel etiam computruerit, tunc cum Hip. 2. de morb. mulieb. rõne duriciei emolliendus, donec in proprium locum restitui possit; quod si assequi nõ licuerit, saltim conseruandus erit, ne calore proprio oĩno

priuetur & mortificetur, qđ si euenerit vel cõputruerit, cum Aetio & Paulo, illius incisio verenda minimè erit, cum experientia proba tũ habeatur, mulieres quibus vterus excisens fuit sanas adhuc super uiuere, ante omnia tñ, quæ talem operationem impedire possunt, remouenda erunt, vt si corpus cacochymum fuerit, prius purgetur, si plethoricũ, sanguis vacuetur, ex bracchijs quidẽ in descensu vteri, ex pede autem in illius ascensu, si ad latera porius declinauerit vena aduersi cruris aperienda, hæc.n.rõne non solum fit sanguinis vacuatio simpliciter, vt illius copia indicat, verum ẽt seruata contrarietate cũ vtero affecto, reuellendus si intestina, & vesica proprijs superflũi tatibus referta fuerint, erunt inanienda, & si vterus in tumorẽ subla tus fuerit, oĩs tumor erit auferendus, quibus peractis obliniri debet, deinde in propriũ locũ peruncta manu reponi, nec satis est vterũ in propriã sedẽ collocasse, sed oportet ẽt eundẽ in illa retinere, ne foras iterũ excidat. Ideò ad id cõsequendum pstabit illã aliq̃ formare, qua os uulvę obturetur, ne foras iterum labatur. Parari autem poterit ex lana, posca vel vino austero, prius imbuta, deinde expressa: in quibus si astringentia ẽt calida macerata prius fuerint, vt matricaria, mẽtha, nuces cupressi & similia, addendo semp odorata, & aromatica, adhuc efficaciora euadent, deinde fascijs ex arte pars illa deliganda erit, qui bus peractis, & muliere reclinata eum situm seruare debet, vt nõ solum extensis cruribus decumbat, sed ea ẽt rõne, vt alterũ crus incum bat reliquo, ad q̃ genus auxilij spectabunt ẽt cucurbitulæ nõ scarifi catę, si vmbilico & vtrisq; hypochondrijs cum magna flãma fuerint applicitæ: hæ.n.sursum trahẽdo vim suspendẽdi vterum habebunt, & eundẽ in proprio domicilio retinẽdi. Ex parte verò eorum localiũ quæ ad pharmaciã magis pertinent, illa occurrunt, quæ nõ solum ex tra admouentur, sed intus ẽt capiuntur. Et hęc vim hr̃e debent laxio res partes roborãdi, frigidamq; & humidã intemperiẽ tollendi, qua lia sunt, cõserua ex matricaria, artemisia, betonica, mentha, & alijs su pra propositis, ex quibus multę medicamentorum formæ parari pos sunt, decocta, succi, pulueres, electuaria, rotulæ, trochisci & reliqua de quibus abundè dictum fuit in sermone de profluuio menstruorum, quibus oĩbus illa ẽt correspõdere debent, quæ extra applicant, siue olea fuerint, lenimenta, emplastra, cerata, suffumigia, fomenta, sessiones & reliqua id generis, vt inunctio fieri debeat cum oleo ma sticino, de mentha, de lentisco & similibus, quibus pecten inungi de bet, & inter annum & os pudendi, quibus oleis si addamus puluerẽ masticis, mirrhæ mirthi, menthæ absint. nucum cupressi, rosarum ru bearum, boli armeni, & cætera eiusmodi & cerã q.s. lenimenta parabimus, quemadmodum ex matricaria, arthemisia, nucibus cupressi, rosis & mirtho in vino astringenti decoctis, & optimè contusis & pistatis, & cum farina lupinorum permixtis cataplasma cõponamus; ex quibus materijs ceratum ẽt in eundem vsum formari poterit, ac-

Repositio.

Retentio.

Pila.

Deligatio.

Decubitus

Cucurb.

De pharmacia.

Conserua.

Forma.

Inunctio.

Lenimentũ.

Emplastrũ.

Ceratum. cipiendo masticis, olibani, thuris, ana drac. s. styracis scrup. 1. therebinthi vnc. 1. s. resinæ parum misce pro cerato. Eadem loca foueri ēt poterunt cum decocto supra proposito, in quo spongia imbuta, & expressa, actu calida dictis locis sæpius admoueri debet. In eadem decoctione sessiones ēt parari poterunt, suffumigia pariter nō erunt omittenda, quę duorum generum vt sint oportet, boni. s. & mali odoris, vt priora partibus supernis, naribus inquam admoueantur: q͞m ratione boni odoris matrix sursum trahitur: quæ autem mali odoris fuerint, subiectis partibus, & matrici applicabuntur, quem odorem vterus quasi fugiens intus, & sursum contrahetur. Materiæ autē odorati suffumigij erunt Gal. mosch. styrax, lignum aloes, costus, cinamomum, muscus & similia: mali autem odoris parari poterunt ex castoreo, galbano, sagapeno, accenso sulphure, alliorum & cæparum corticæ, quę & similia trita, & aceto inspersa super ignitos carbones poni poterunt; id t͞n in praxi obseruandum, vt dum fiunt suffumigia, secundum infernas partes, ea ratione fiāt, vt talis vapor ad supernas non exhalet, & vicissim qui naribus admouetur inferiora non petat. ideò optimè contegi debet, vt nulla fiat euaporatio, quia ex tali vapore vterus magis procideret, & prætera capitis grauitas inducetur. Circa victum arcenda erit mulier ab omnibus humectantibus, & laxantibus, quare aer ad siccum potius vergat, cibus pariter nec humidior, nec flatulentus sit, ab aqua præsertim actu frigida abstineat, & eligatur potius vinum rubrum, & sub astringens, somnus moderatus roborando calore conferret, qui es animi, & corporis iniungenda, quæcunque enim calorem nostrum vehementer, aut confertim agitant, nocere etiam solent, ob id cauendum erit à timore subito irruente, à clamore & magno strepitu, ex tempore facto, tussis quin etiam sternutamenta cum violentia corpus agitando, satis superque nocent; & factam repositionem vteri demutare possunt, hoc eodem tempore coitus etiam omittendus erit.

Fomenta. — *Sessiones.* — *Suffumig. 2. sunt.* — *Suffumig. pro narib.* — *Suffumigiū pro utero.* — *Monitum.*

FINIS.


ALBERTINI BOTTONNI NOBILIS PATAVINI PHILOSOPHI, AC MEDICI,

Theoricam ordinariam in Academia Patauina interpretantis.

DE MORBIS MVLIEBRIBVS:

Liber Secundus.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS,
Apud Paulum Meietum Bibliopolam Patauinum.
M D LXXXVIII.

INDEX
CAPITVLORVM
LIBRI SECVNDI.

A

FINIS.

INDEX

CAPITVLORVM

LIBRI TERTII.

B

De diffe-

INDEX

FINIS.

ERRATA, SIC CORRIGITO.

Pagina 3. b. linea 29.animam.lege,anima. ibidem. lin. 37. controuersia. lege,controuersiam.ibid.lin.41.omnius. lege,omnium.pag.4.b.lin.3.pẽnis,pillis.lege,pennis,pilis.ibid .lin.27.Aequo.lege equo. ibid.lin.31.in fecilem.lege,infelicem. Cætera grauiora, si quæ sunt, iudicio prudentis lectoris relinquuntur.

ALBERTINI BOTTONNI NOBILIS PATAVINI PHILOSOPHI AC MEDICI

Theoricam ordinariam in Academia Patauina interpretantis.

PROHÆMIVM.

De morbis Muliebribus. Lib. II.

IN priori libro eos affectus muliebres absoluimus, qui uteri actionem propriam lędebant. illiusque naturæ statum varijs multisque modis euertebant, iàm doctrinæ ordo recquirit vt in hoc 2. lib. eorum tractationem aggrediar, qui eidem vtero contingunt, speciei tamen propagationem magis respiciunt, cuiusmodi illi sunt, qui conceptionem retardare, impedire, vel concepti fætus parturitionem demutare possunt, In 3. verò lib. mamillarum uitia explicabo, & illa potissimum, quæ propriã earum functionem corrumpunt, ac proinde lactis generationem minuunt, deprauant, vel auferunt, qui omnes affectus ad pueri iam nati interitum conducere uidẽtur. Auspicaturus igitur ab illis, qui conceptioni adueniũt, naturalemque illius modum perturbant, ante omnia de stirilitate agendum, deinde de imbecilla, & tarda, nec non deprauata tractatio habenda esset. Verum quia horum omnium recta, & integra cognitio non melius ac facilius acquiritur quàm ex conceptionis notitia secundum naturam facta, ideo totius futuræ tractationis ex ordium erit de conceptione naturali primo tractare, negotium sanè non minus arduum, quam omni ex parte suspiciendum, & admirandum; difficultatem obtendunt, ueterũ, ac modernorum tot dissensiones, qua circa generationis nostræ principia, foetus formationem, gestationem; & ortum nascuntur: quemadmodũ. n. consentiunt omnes phylos. ac Medici ex semine maternoque sanguine hominem nasci, ita circa eorum essentiã, potestatem, generationis modum, & locum, magnopere digladiantur. In assignandis uero causis sterilitatis, & fæcunditatis generationis maris, &

Intentio

ordo

Diffic. tract.

fœminæ ordinis partium, statuti temporis, quo perficiuntur, similitudinis, & dissimilitudinis, Vnius uel gemini partus, an anima ex patre tantum, materiam, & corpus ex matre, vel ab utrisque utrumque, aut aliunde potius originem habeāt, quòd denique gestandi, ac pariendi fętus, constitutum tempus à natura fuerit, torqueri adeo omnes uidentur, ut tot controuersiæ iudicem sapientissimum ex postulare adhuc uideantur; admirationem uerò plura declarant, imprimis generationis nostræ initia, quæ cum non solum corporis excremēta sint, sed rudia, & omnino informia, in materno tamen utero suscepta, & alterata, tale ornatum, & conformationem suscipiunt, ut corpus inde emergens ad plures functiones accomodatissimum euadat, & omni ex parte visu pulcherrimum, & admirandum habeatur: si deinde agens consideremus, quis audebit tot ac tantas illius facultates, & reconditas uires enumerare, uel exprimere? quis tanti opificis artificiū non dixerim pro dignitate explicare, sed mente concipere poterit? cuius excellentiam & agendi uires Gal. quoque sæpius admiratus, obmutescere potius ubique videtur, quam quòd plura proferat; ideo libr. de for. fęt. capit. ultimo testatur se dubium esse de uirtute formatrice quid sit, in illa tamen summam artem, & sapientiam cognocit, & 2. de temp. vltimo habet, de hac ipso facultate Aristot. etiam dubitasse, nūn sit diuinioris originis, & quid diuersum à calido, & frigido, redarguitque illos qui solis qualitatibus formatricem tribuunt, cum rationabile sit qualitatē organum esse, formatorem verò quid excellentius, & diuinius; si præterea tanti operis conformationem spectemus, membrorū in quàm figuram, magnitudinem, numerum colligantiam, ac mutuum omnium simul conspirationem non possumus nisi cum Galen. primo 2. 3. & 14. de usu part. & cum Aristot. 2. de gen. animal. capit. primo. & 2. diuinum illius conditorem admirari cuius prouidentia, & sapientia, & si ubiq; conspiciatur, in homine tamen ut in totius mundi Epilogo, supremoque totius naturæ miraculo, omnium maximè elucescit. Cùm igitur humana hæc fabrica tanti artificis opus sit, ab eodem ego quoque auxilio prius implorato, propositam tractationem fœliciter aggrediar.

Admirab. cō stitut. hom.

De conceptione secundum Naturam quid sit. Cap. I.

Cōcept. def.

PRo dicendorum optimo fundamento à definitione conceptionis naturalis incipiam, quæ non aliud est, quàm constitutio hominis, ex semine, & mestruo sanguine facta, in materno utero naturaliter dispositio, à facultate formatrice, & statuto tempore in externam lucem editi propter speciei conseruacionem; cuius definitionis singulæ particulæ declarandæ sunt, & imprimis ex parte definiti, satis constat hic definiri conceptionem, non simpliciter. sed naturalem tantum, quę quasi comprehensio dicitur, quia citra seminis comprehensionem in ipso utero non fit. quæ cùm ne dum homini, sed brutis etiam communis sit, hoc tamen loco de humana tantum sermo futurus est, hæc enim cæterarum ueluti regula existens, omnibus a-

Vocis explic.

lijs

lijs summam lucem afferre poterit; accedit neminem posse sterilitatem cæterosque conceptionis defectus cognoscere, quam per ipsam fœcunditatem naturalemque conceptionem. Post explicatam uocem definiti succedit genus explicandũ, ꝙ est constitutio, in qua re quatuor expendenda occurrunt. Primũ erit quid constitutio sit 2. quotuplex. 3. quæ earum sit præstantia & usus in homine generando, & genito, 4. nonnullæ soluentur difficultates. Quo ad primum Constitutio nil aliud est, quàm similarium, dissimilariumquæ partium congrua compositio, secundum exigentiam operantis facta; cuius tres sunt species ex Gal. lib. de difer. morb. c. 3. omnium prima est similarium partiũ tẽperies secunda dissimilarium est conformatio, tertia vtrarumq; continuitas, similarium quidem compositio est primarum qualitatum certa commoderatio; ab agente facta ut per illam propria munera exerceat. per caliditatem quidem calefaciendo, attenuando, rarefaciendo, fundendo, liquefaciendo, & actrahendo, per frigiditatem perfrigerando, densando, cogendo, repellendo, per humiditatem humectando, emolliendo, laxando, lubricando, persiccitatem siccando, incrassando, exasperando, & indurando, qua temperatura, & ea quidem multiplici prædita sunt mixta omnia, tùm animata, tùm inanimata, ac proinde lapides metalla, plantæ, bruta, & omnium maximè homo ipse, qui ut in alijs plerisque ita etiam in temperatura cæteris præstare uidetur. Per hanc fætus non solũ in utero formatur, sed formatus nutritur, augetur, & generanti similis fit, organicorum autem compositio sicuti priori constitutione perfectior, & artificiosior, est, ita etiam ad plura, & excellentiora offitia est, magis accommodata, per hanc.n. homo multis mirisque modis sentit, & mouetur, quibus tertia accedens ea est quæ utrisq; partibus & seorsum, & simul acceptis communis existens, unitas nuncupatur. per hanc ambæ partes propriã continuitatem seruant, & procul ab omni molestia agunt, & operantur; quæ omnes species compositionis, cum in hominis conceptione, & iam concepto reperiantur, iure sub constitutionis genere conceptio continebitur.

Genesis exp.

Constitutio quid.

const. quotuplex.

constit. simil. quid.

const. dissim. quid.

const. ambarum patt. simul quid.

De temperatura Hominis, & eius vsu. *Cap.* II.

QVæ autem, & qualis in homine habeatur temperatura, quem etiam usum in illo præstet hinc clare patebit, si distinguentes imprimis dixerimus, ꝙ tẽperatura duplici existẽte, in æquali & æquali, atque hac quo ad pondus, & quo ad iustitiam constare ꝙ homo dum concipitur, temperaturam acquirit æqualem, non quo ad pondus, sed quo ad iustitiam, quæ uidelicet ei conuenit secundum suarum operationum exigẽtiam, & in hoc cum cæteris omnibus uiuentibus communicat, quorum pariter tẽper. nõ solũ multiplex habetur in quolibet indiuiduo, uerum etiam pro partium & actionũ multiplicitate numerosa reditur, & pro ætatis ratione, consuetudinis, sexus, artis, & uictus magnam latitudinem continet, alterumque indiuiduum ab altero & ipsum à se ipso superatur; diffe-

Temp. quotulpex.

hom. temp. quę intelligi debeat.

rentia tamen est penes temperiei præstantiam,& officiorum uarietatem,ad quæ in conceptione hominis illa ordinatur, quæ. n. informando homine acquiritur, quacumque alia longè æqualior, & excellentior iudicatur ad pluresque & nobiliores functiones dirigitur ex Gal. 1.& 2.de temper.cap. 1. cuius præstantià causa, & necessitas vt pateat paulo altius repetendum est. Supponendo ꝙ quemadmodum omnis bona ars naturam immitatur, sic natura ad Deitatis imitationem operatur,sed Deitas intra sui continentiam nihil habet inane, sed bonorum omnium plenitudo, & stipata cumulatio existit, ad cuius exemplar natura quoquæ agens, inanitatem fastidit, & uacuum non admittit ex Arist.4. phys. 66.69. iccirco in elementario hoc habitaculo, in orizonte æternitatis hominem collocauit, ut ligaret caduca cum æternis, & uinculũ uniuersi esset, ac utriusquæ mundi participatio ac proinde microcosmos à ueteribus nuncupatus fuit, cuius rei ueritas satis euidens habetur, cum per supremam eius mentem diuina entia possideat, nam intellectus, & mens, est de numero abstractorum, per spiritus quos habet, cœlestem entitatem continet. scribit.n. Auic. in tract. de uiribus cordis cap. 2.ꝙ spiritus est substantia uergens in similitudinem corporum cęlestium, & Hip. in libro de carnibus, calidum inquit, quo uiuimus immortale est,& Arist.lib. de gen. animal humano semini spiritum cęlestem tribuere uisus est,postremo continet etiam elementarium gradũ, quãdo ex Auic. in sua physiologia habetur, ꝙ membra ex prima humorũ cõmixtione generãtur, humores ex prima cõmixtione ciborum, & cibi ex prima elementorũ copula nascũtur;ne igitur in uniuerso uacuũ daretur,uel transitus de extremo, ad extremum sine medio, oportuit hominem generari, qui naturam omnium referret, & omnium operationes exerceret,quæcumque in cęlis, & in terris sunt, tot autem, ac talium functionum gratia, præcipuè uerò propter intellectionem, eam complexionẽ in prima sui conceptione consequi debuit, quæ præstantiæ suæ propriæ formæ responderet, & illius officijs obeundis abundè satisfaceret, ob quàm causam optimam tẽperaturã obtinuit, ꝙ Auic. etiam cognoscens, dixit in prima fen. ꝙ Deus donauit homini meliorem complexionem, quàm non habẽt reliqua omnia huius mundi entia,& Gal. primo aph. primo ad eandẽ respiciens dicebat subiectum Medicinæ non omne lignum aut corium, sed corpus nobile,& prætiosum, quæ autem potuerit esse causa ꝙ humana hæc complexio cæteris omnibus excellentior fuerit, non alia certè assignari potest, quàm maior contrariorum adæquatio, homo.n. cum animam habeat consimilem animæ cæli, debuit etiam in proprij corporis complexione esse persimilis, modo essendi ipsius corporis cælestis,ac proinde oportuit recipere temperaturam æqualem, & ab omni contrarietate, quamtum fieri potuit, recedentem; contrarietas.n. prohibet animationem,& uitam, quò fit ut nullum elementorum simplicium aptum sit uitæ, & nisi in compositis complexio aliquid de contrarietate frangeret, elementa non essent apta uitæ, hinc fit ut illud mixtum in quo maior est contrariorum adequatio, aptius ad uitam redatur, uitæque nobilioris gradum possidet, cum

Digres de Temp.hum.

Necess. gen Homi.

præstantia temp. hum.

Tem.est causa uitæ.

igitur

igitur homo in prima sui conceptione, & ortu, ęqualiorē cōplexionem inter oĩa uiuentia acquirat, nobilioris etiam uitę, & actionum præstantium instrumentum erit, quo fit, ut ipse solus usum intelligendi promereatur, ut Auic. in tract. de uirib. cord. cap. 2. dixerit ꝙ cum in tēperamento humano refracta fuerit omnis cōtrarietas homo ille tūc uiuet uitam pręcise conformatam, uitæ corporum cęlestium, ꝙ Auic. dictum cum uerum sit, sequi etiã uidetur, ut homo tali temper. donatus inter cæteros altissimum uirtutis habitum obtineat, admirandasque & diuinas operationes exercere ualeat, quamdoquidem ornari poterit & heroica illa uirtute de qua in hecticis mentio habetur, qua qui præditus erit supra consuetudinis cursum operando ordinariam ac usitatam hominum potestatem longè lateque superabit. hac ratione operabantur Heroes, & semi dei à prischa illa uetustate decantati, & irefragabiles Poetæ, Oratores, philosofi, & Med. in ellapsis seculis, quales fuere Alexander: Cesas. Scipio: Hercules, Acchilles, Æneas, Virgilius, Homerus, Demostenes, Isocrates, Iulius, Plato. Aristoteles. Aueroes Euclides. Pitagoras Ptholomeus, Esculapius. Hipocrates. Galenus. & cæteri omnes eius ordinis, quorū omnium dicta sunt uerbum iustitiale, in quo falsitatis macula reperiri uix posse uidetur hinc deinde colligi potest, ꝙ in humana spetie ille tantum homo, qui huius optimi tēperamēti præditus erit, coniungi poterit cum intellectu agenre, qui cum sit forma formarum & causa causarum tunc potens euadet in opere, & sermone auctore etiam Iamblico in lib. de Misterijs; neque id alicui mirum esse debet, quia tunc Deus uiuit in homine, eius uero propria anima otiatur, de qua Vnione loquens etiam Auer. in tract. de foelicit. exclamādo dicebat, ò quàm mirabilis, ò quàm extraneus est hic essendi modus, in qua conclusione cæteri omnes quot, quot de fælicitate scripsere cōcordare uidentur Isiaci. Orfici, Platonici. Pithagorici Gerogliphici. Gymnosofistæ Caldei, Babilonij, Indi, Magi, Mecubales. atque Bragmanes; quam fęlicitatem nobis quoque tribuere dignetur ille, qui bonorum omnium est largitor, & gratiarum fons uberimus.

heroum origo.

Hominis potestas

Hom. felic.

De conformatione Hominis, & eius usu.

HActenus ostendimus quòd conceptio hominis ea est constitutio, quæ merito partium similarium adeo excellit, ut reliqua omnia uiuētia longe lateque superet, ꝙ ipsum explicandū pariter est de secūda specie cōstitutionis in conformatione consistente, quæ ut natura est posterior ipsa temperatura, ita dignitate, & præstantia illã antecellit, in eo tamen ambæ consentiunt, qm̃ ut instrumenta humanæ formæ famulantur, penès tamen munera distinguuntur, cum diuersis animæ faccultatibus inseruiant temperatura enim animæ instrumentum est secūdum imperfectiores eius facultates quoniã est organum illius partis animæ quę actum subsistendi & uegetandi corpori præbet, non potest autem subsistentiam tribue-

Conform. hom. quæ.

re, nisi cum corpore coniungatur, at forma alicui materiæ & corpori recte coniungi non potest nisi benè dispoſito, & secundum formæ suscipiendæ exigentiam optimè præparatò, sed prior dispositio, quę materię humanoque corpori aduenit in complexione consistit, quæ cum imperfecta sit, & ueluti uia ad conformationem ideo non est apta inseruire animæ, nisi secundùm imperfectiores illius potētias: quales illæ sunt, quæ subsistendi & uegetandi actū præbent, quarum opera principalia sunt generare, nutrire, & augere, inseruientia uero sunt attrahere retinere, coquere, & expellere, in quibus omnibus cum plantis homo consentit, sed præter dictas potentias alijs præstantioribus anima prædita est, nempè sentiente, & uoluntarie mouente. quæ si otiosæ esse non debent, preter tempetaturam, in homine concipiendo ulterior compositio requiritur, cuiusmodi est ipsa conformatio, per quam eadem anima cateras uires suas præstantiores manifestabit, ad conformationem autem faciendam recquirirur partium debita figura magnitudo, numerus, situs, colligantia, & cęter a huiusmodi quibus facultas uidendi initur, ut per oculum colores cernat. facultas audiendi, ut per aures sonos audiat, & quælibet alia eius ordinis faceultas determinatam organorum conformationem expostulat, ut propria munera obire ualeat; hanc eandem recquirunt etiam cæteræ facultates sentientes præstantiores, quales sunt imaginatrix. ratiocinatrix, & memoria, quæ omnes sicut latenter & intus fiunt, ita organo, interno, & externis sensibus minimè obuio eguerunt. cuiusmodi est Cerebrum, ꝙ tanto artificio conformatum fuisse uidetur, ut quemadmodum in supremo nostri corporis loco fuit collocatum, ita etiam dignioribus animæ nostræ potentijs inseruire debuit, quæ omnes non ut priores, corpori sunt adeo alligatæ sed maiùs dominium possidentes cerebro quasi assistunt sicuti intelligentię proprijs orbibus. quamuis non desint, qui etiam dicant, ꝙ dum homo in aliqua cogitatione uersatur, ipsius animam in pectus potius se recipiat acsi ad secrettum aliquod secedat, ut ex penetralibus consilium elliciat, & proferat, Hinc fit ut cum ad meditandum ualde intenti sumus, mente in alto corporis quasi recondita, nec oculis occurrentia cernimus, nec præsentes sonos audimus, nec alia quæcumquæ obuia fiunt animaduertimus, Cæterum partium, ac totius conformatio licet brutis communis etiam sit, quæ tamen humano corpori propria est, quacunque alia perfectior extimanda erit, cum in figuræ concinnitate, debita magnitudine partiū numero, situ, colligātia, comēsuratione, & pulchritudine, citra omnium controuersia, principem locum obtineat, ut concludendum sit ꝙ conceptio non solum sit hominis constitutio, sed meritò, temperaturæ conformationis, & offitiorum omnium præstantia perfectissima & nobilissima, ut non iniuria homo non solum animalium omnius prudentissimus ab Arist. dicat 2. de gener. anim. 4. sed etiam paruus mundus ab eadem uocat. 8. phys. 17. & 57. quia in eo uno omnia simul & perfectius continētur quæ seorsum & non in perfectiori in alijs reperiuntur ut ob eā causam rerum omnium metrum & finis sit, quia

Conform. nobiliori pot. animæ inseruit.

cæte-

cæterarum rerum omniũ perfectiones:in se uno continet eodem Arist. au ctore primo physicorum 24.& x. diuin. com. 5.

De dubitationibus occurrentibus circa dicta. *Cap. IIII.*

CIrca ea quæ hactenus dicta sunt de perfectione constitutionis humanę,ac proinde functionibusinde prodeũtibus,multę occurrũt difficul tates,quibus euidenter probatur hominem in plerisque longè deterioris conditionis esse, multis alijs uiuentibus imprimis si inferiores animæ po tentias consideremus, sępe in humanà spetie obseruamus, conceptionem ac generationem aufferri, debilitari, uel deprauari, ꝙ brutis nunquam uel rarò admodum accidere uidetur; & in quibus conceptio fit eam longiori tempore absolui, & in utero tamquam in carcere & tenebris humanum fętum diutius quam bruta detineri; hæc.n. ut prius perficiuntur, ita etiam pręsenti hac lùce citius fruuntur, si ortum deinde contemplemur, & primo ex parte parientis tot doloribus, molestijs, ac longioribus crùtiatibus mulier subiecta est, ut mortem potius, quàm uitam seruari eo tẽ pore expetat. Si fetum eiusquæ exeundi modum spectemus sæpe euersum illum conspicimus, ꝙ dum contingit pręterm naturam intra corpus cohibetur, & necessario moritùr, maternamquæ uitam simul aufferre solet. Quòd si ortus ac eius modus secundum naturam fuerit, non propterea à multis alijs calamitatibus immunis erit, sed in pręsentem hanc lucẽ prodiens, nudus, mutus, cæcus, inermis & omni ex parte impotens nasci tur, à lacrimis uitam suam auspicatur & qui alijs imperaturus erat, manibus, pedibusque deuinctus iacet, alieno præsidio diù indigens; & ad pro uectiorem ætatem ductus multarum rerum ægenus adhuc uiuit, aliundè plura querens, quibus & uitam sustineat, & ab externis iniurijs tutã seruet. Si ad animi, & corporis alterationes respexerimus quibus reliquo ui tæ suæ tempore subijcitur, heù quot animi passiones patitur. quot morbis ac symptomatibus assiduè subijcitur,mente certe concipere quisque uix potest,ommitto studia labores, & peregrinationes, quas subire cogitur,ut medicamenta inueniat præparet ut sibi miserisq; patientibus occur rat; & utinam illa semper prodessent; eorumquæ usus maiorem afflictionem, afflictis sępe non adderent,& medicorum in peritia immatura mors mortalibus non accelleraretur. Si ex altera parte ad bruta conuertamur eorumque ortùm, educationem, corporis,animique robur, uitæ incolumitatem, ac diuturnitatẽ considerantes clarè obseruabimus,bræuiori tem pore concipi, & in matrice ac tenebris tàm diù non contineri, proprięq; naturæ cursui demissa, nec sterilia nasci, aut fieri, sed propriam fæcunditatem seruare, statutisque temporibus procul ab omni abortu partus suos eddere; quibus si contingat cum dolore parere, talis tamen ac tantus esse minimè uidetur, ut alterutri, uel utrisque mortem inferat,nascendo pręterea naturæ modũ seruant,& quàmprimũ in externã hanc lucẽ prodiere, non omnino nuda cæca motu destituta,inermia,& alijs plerisquæ naturæ

dubitatio

secũda ratio

3. ratio.

4.ratio.

5.ratio.

6.ratio.

7.ratio.

8.ratio.

9.ratio.

10.ratio.

dono

dono priuata apparent, sed ea omnia secum statim afferunt, quorum usus magnaque necessitas illis futura est, tùm ad uitæ suę custodiam, tùm ad externas iniurias propulsandas; hinc factum est, ut aliqua pęnis, pillis, squāmis, & similibus uestita nascūtur, aliaque multa munimenta accipiūt quibus tutiorem uitam degere possint, hæc quidem dentibus prædita, illa cornibus potius armata apparent. quædam umguibus, aut rostro muni ta sunt, non nulla duriori corio, solidioribusque squāmis uestita conspiciuntur, quibusdam ad uitæ suę tutellam, uelociorem cursum natura indidit, Alijs uolatum tribuit, ut his, & similibus ad suos proprios fines, tutius deduci uideantur, quorum etiam uitę decursus, nec à morbis, tàm frequenter impediri consueuit, nec morte immatura intereant, sed singulari quodam naturæ fauore uitæ incolumitatē potius seruant. & si aliquibus morbis subijciuntur, q̧ rarò sanè contingit, absque alterius ope, solaque natura duce ad propria remedia accedunt, & eorum usu facile euadunt, sic fertur de ceruo uulnerato, qui dictamno se ipsum curat, canis lingua propria uulnera lambendo conualescit, & uentriculum humorum copiā, aut prauitate occupatum quibusdam herbis uomitum sibi prouocando sanat; quæ & similia in causa fuisse uidentur, ut non nulli de natura ualde conquesti llam accusauerint, q̧ alijs mater, nobis autem nouerca extiterit: quidam Dei prouidentiam perperam è medio sustulere, in nobisque mortalem animam temere statuerunt, si tandem facultates animales spectemus, & penes illas hominem cum Brutis comparemus, statuendū adhuc uidebitur præstantiores adhuc esse ex parte Bruti quam hominis, quandoquidem in uisu cedit Acquilæ, in auditu sorex illi præstat, in tactu simius excellit, in olfactu canis præualet, si corporis & animi motus expendamus, in audacia, ferocitate. & corporis robore à leone uincitur, in cursu Æquo est inferior & denique in uitæ diuturnitate ne dum à quibusdam Brutis ut ab elephante uerum etiam à plerisque Plantis superatur Arist. authore 4. de gener. animal. ultimo.

Naturę prouidentiæ.

11. non.

Dubitationum solutio. Cap. V.

QVi ita discurrunt hominemque adeo infecilem esse contendunt, mul ta absurda concedere coguntur, Omnium primum illud est, q̧ creaturarum omnium præstantissimam ad similitudinem, & imaginē Dei creatam, ne dùm Brutis, sed Plantis etiam subiectam falsò reddunt. Fortuna deinde & casu potius quàm consilio omnia fieri contendunt totiusque uniuersi ordinem corrumpendo, omnia confundūt, cum tamen ineffabilis illa prouidentia Dei, per suam omnipotentiam omnia creauerit, per bonitatem, proprios numeros pondera mensuras, modum, speciem, essentiam, uires, & propria offitia, singulis mirè tribuerit, per suam sapientiam ad proprios fines illa etiam ordinauerit, inter tot autem mundi huius creaturas cùm hominem solum ad sui imaginem produxerit, eidem iure concessit, non esse solum aut vitam, uel sensum, sed eundem ratione ac intellectu ex ornare uoluit, ut quemadmodum per actum essendi, cum

Primæ improb.

Secundæ improb.

lapi-

lapidibus, & mineralibus communicat. Per actum uegetandi cum Plãtis, per actum sentiendi cum Brutis. ita cum Angelis per actum intelligendi conuenire uoluit, ut per hanc potentiam, ipse solus conditorem suum cognosceret, cognoscendo amaret, & amando in eum etiam transformari, perpetuaque eius fœlicitate frui posset quod diuinum donum cum alteri nemini quàm homini concessum fuerit, quis audebit hunc ipsum cæteris animantibus subiectum facere? Præterea cum ratione donatus fuerit nullius rei egemus esse uidetur, sed quçcumque natura illi denegata uisa est, præter id, quod sibi cõparare omnia pro arbitrio facile potest, illud etiam accedit, quod si quæ brutis sunt magis propria, obtinuisset, decorem omnem suum, pulchritudinem, & maiestatem amisisset; Nam si nudum hominem natura non fecisset, sed pillis, quamuis, aut testaceis uestibus induisset si inermen non produxisset, sed cornua, vngulas, ferinos dentes, & similia ad Brutorum similitudinem tribuisset. propria pulchritudine ammissa turpissimus ac monstruosus euasisset, Si eundem mutum constituisset, ea parte carere uisus esset, per quàm muta omnia superat, illisque ut sibi subiectis imperat, & dominatur 4. de natura animal. 9. nihil igitur hominis præstantiæ obesse posse uidetur, etiam si nudus inermis, & fragilis genitus fuerit, quoniam non extra ut Bruta, sed intus per rationem satis superque munitus fuit, huius enim ui uestimenta omnia facile sibi parare, & contra omnia mundi pericula armari, à ferocioribusque animalibus protegi potest & quamuis in unica, eaque materiali actione quibusdam brutis inferior uideatur, non tamẽ in omnibus functionib. simul ab vno animali superabitur, Præterea si Deus æquè ut bruta dictis munimentis præditum generasset, superflua ferè ratio illi extitisset, quoniã recte operandi occasio ei sublata esset, vni præterea Homini manus, & linguç offitium tributum fuit. per manus quidem tamquam per organa organorum omnia sibi fabricare facile potest, quæcumque ad proprij corporis conseruationem natura denegasse uisa est. Per linguam uerò dominium atquæ imperium quod habet supra cętera animantia clarè demonstrat & ꝙ omnium maximè in eodem Homine excellit, est animæ immortalitas, per quàm ipse solus filius Dei fieri, sempiternaque fœlicitate frui potest. cęteris verò animantibus, quibus manus, sermonem, rationem, uitęque immortalitatem denegauit non intus, sed foris potius illa muniuit, & ad propulsandas sustinendasque externas iniurias uarijs mirisque modis armauit. hęc quidem durioribus pellibus, aut squammis, cęterisque solidioribus tegumentis uestiendo, alijs cornua, ferinos dentes, & ungulas tribuendo, ut uitam quàm semel integram accepere, eorum auxilio tutiorem, ac diuturniorem seruarent, si quę uerò existant animalia, quæ his, & similib. destituta nascuntur imbecillitatemque simul seruent nõ tamen aliud armorum genus istis deesse uidetur, quorum pariter usus, ad propriæ uitæ custodiam maxime confert, ut lepori admodum timido, cursus uelocitatem dederit, quo solo fugiendo seruari solet, alij s plumas, & allas concessit, quibus in sublime se tollentes à terrestrium animalium nociuo

Tertiaim prob.

Quarta improb.

Quinta improb.

Sexta im prob.

Septima improb.

Obiectio

consortio pro necessitate separarentur, quibus uerò cursus uellocitatem, aut uolatum natura negauit, in terræ latibulis reconduntur, & ab omnibus tuta iacent, quæ autem in alimentum, & prędam maioribus animalibus cedunt, de illorum quoque indiuiduorum, ac specierum conseruatione prouidit sapientissimus, Deus. ut gratia proprij indiuidui seruandi, in ea regione fuerint relegata, ubi maiora non reperiuntur, meritò autem propagandæ spetiei, generandi magnam fęcunditatē acceperunt, cuius beneficio & alijs pro cibo satisfaciunt, & ad speciem conseruandam multitudo superat nihil igitur animantibus tributum à natura esse uidetur, quod ad proprij corporis, spetiei decorem, usum, atque utilitatem non faciat.

Conceptionem esse constitutionem Hominis. Cap. VI.

QVamuis conceptio ne dum Homini, sed brutis etiam competat, quia tamen de humana tantum cōceptione hic sermo instituitur, ideo ad differentiam brutorum in definitione dictum fuit, Hominis, per hominē autem intelligimus utrumque sexum, marem uidelicet, & fœminam, quæ ambo ut ad generationem semper necessario concurrunt primo homine excepto, ita ad sucessiuam propagationem conseruandam utrumque etiam vicissim generari oportuit, & propterea cum alij s statuendum minimè erit, seminam casu fieri, uel mōstri naturam aliquo modo sapere, sed ambo in natura fundamentum habent, & in semine utrorumque forma delitescit, & continetur, quare ex naturæ necessitate non solum eam generari oportuit, sed pro humana spetie tuenda in æuum quoq; duratura est; per marem autem & fœminam, non intelligimus, ut alter in aliqua parte dessiciat, uel redundet, sed omnibus numeris absolutus sit, nec deformis, & monstruosus esse debet, sed secundum naturæ leges, iuxtam commensurationem, & pulchritudinem seruet, & undique integer, & absolutus sit, prout conceptioni naturali conuenit, de qua solum hic sermo institutus ab initio fuit.

Fem. nō esse a casu.

Conceptionis principia semen esse, & sanguinem Menstruum. Cap. VII.

CVm conceptio sit constitutio Hominis, causæ constituentes explicandæ sunt, quæ tres existunt, efficientes, materiales, & finales, ex parte causæ efficientis, concurrit uirile semen, ex parte materiæ sanguis mestruus, ex quo fœtus nutritur, & augetur, uterus autem se habet ut materia in qua, quoniam est locus recipiens semen & menstruum sanguinem. Vbi tamquam in loco conceptioni conueniente susceptum semen uiuificatur, & fæcunditatem suæ propriæ naturæ ostendit, finalis uerò causa est cōcepti indiuidui ac speciei conseruatio, in quibus causis explicandis nihil dicam de menstruo sanguine, cum de illius natura generatione, partibus

Causa hominis cōstitutiua triplex.

ac usu satis loquuti fuerimns in primo libro. At de semine plura dicenda essent, nisi ab illius oratione specialis tractatio me auerteret, quàm de semine ex consilio, & seorsum composui, satis igitur erit quo ad præsens attinet institutum si dixerimus per semen nos intelligere, tùm uirile tùm fœmineum. in quorum utroq; ex Gal. 14. de usu p. 3. primo de sem. primo duplex reperitur pars, formalis uidelicet, & materialis, & secundum utrasque ad generationem ambo concurrunt, diuersa tamen ratione, quia meritò formæ uim agendi, & conformandi fœtum retinent, meritò autem materiæ uim habent patiendi, & corpus producendi, in qua tamen re magnæ extat apud ueteres difficultas, ut Arist. primo & 2. de gen. animal. 4. & 19. uoluerit semen in muliere nequaquam reperiri, sed materiam tãtum præbendo passiuè concurrere, in uiro autem ut in agente produci, & in generatione actiuè se habere, contra Hip. & Gal. lib. de Genit. libr. de semine, lib. de for. fæt. & 14. de usu part. 3. decernunt semen in utrisque parentibus reperiri, & in eisdem utrumque principium agendi. s. & patiendi simul contineri, ob quam causam seminalia uasa, & generationis organa ambobus insunt, & cohitus tempore semen utrimque emittitur, & in eius emissione magna uoluptate ambo afficiuntur, & uenerem æquè appetunt, quæ sanè omnia non nisi à seminis præsentia, & motu fieri posse uidentur differentia tamen est, qm̃ semen uirile substantia est crassius, quantitate copiosius, & formalius facultate, etiam fœcundius, contra fœmineum tenuius est, acquosius, partius, & magis materiale, passiuumq; principium, quàm formale, & actiuum; differunt etiam ex parte organorum, in quibus seruatur, & custoditur in uiris enim testes sunt magni, & foras prominent, in fœminis sunt parui, & intus delitescunt, ex parte deinde motus uirile semen longius eiaculatur, propè autem fœmineum, præterea ex Galen. 1. de semine cap. 4. & 7. fœmineum semen uirili inseruit, tum uterum irorrando, quod præstare non sufficit uirile, tùm alendo, ꝙ potissimum fit inter conceptionis initiã, quo tempore illius uirtus non dum soluta est, ut semen in uterum maternum sanguinem trahere ualeat, sed hoc incipit facere post 4. uel 5. diem. accedit quod ex eodem femineo semine generatur membrana illa alambdois, seu intestinalis uocata, erit igitur cõceptio constitutio hominis ex semine, & sanguine mẽstruo facta.

Semen. duplex.

Semen ex materia & forma constare

Dubitatio.

Semen in uiro & femis reperiri.

Ratio prima.

Ratio secunda.

Ratio tertia.

Ratio. quarta.

Differ. sem. uiris fem. prima differentia.

Secunda. differ.

Tezra. differ.

Quarta differ.

Quinta differ.

sexta diff.

Septima differ.

Qui sint fęcundi. Cap. VIII.

QVia uir mulieri copulatur cõseruandę spetiei gratia, seruatur autem, per continuam indiuiduorum generationem, hęc autem non fit in sterilibus, sed in fæcundis; ideo ne sterilium, sed fæcundorum potius cõiunctio fiat, utile erit, si nos cognoscamus, qui sint fæcundi, & qui steriles, ideo quo ad uirum attinet, quædam obseruanda erunt, tum meritò corporis totius, tum partium determinatatum eius, qui igitur fæcundus futurus est debet imprimis cum Gal. 5. aphor. 62. laudabilem temperaturã habere, uel ab omni extrema qualitate recedendo, ad mediocritatem sal

Octaua differ.

Nona differ.

Signa fecunditatis.

primum Signum.

secundū Sig.

rem accedat, corporis habitum nec obæsum, nec pinguiorem, non graciliorem, uel macilentũ obtineat, sed moderatè carnosum, Nam in pinguiori habitu exiguum semen generatur, quia tota eius materia quæ post nutritionem superest in pinguedinem degenerat. in macilento autẽ nihil prorsus seminis producitur, sed uix tale corpus nutriri, & in uita seruari potest. Ab ætatibus etiam extremis eum distare oportet, qui generationi sit aptus. in pueritia. n. nondum generatur semen, in senectute uerò uel non fit, uel si fit, ob uirtutis imbecillitatẽ omni fœcunditate caret, Ideo Arist. 5. de histor. animal. cap. 14. censuit uiros ad annum usque septuagesimum generare posse, quamuis experientia contrarium sæpè monstrauerit, & Plin. lib. 7. testatur de quodam rege, qui post annum octuagesimũsextum filium generauit, & Cato censorinus anno octuagesimo. Dum autem uir iam dictas conditiones habuerit non propterea fæcundus necessario erit, sed non nulla alia, consideranda erunt, quæ ad corporis partes magis attinent, potissimum autem penis erit inspiciendus, qui si debitam dimensionẽ non seruauerit, illius causa talis homo sterilis reddetur, si namque in longitudine plurimum excesserit in tan lõgo itinere semen defectu substantiæ spirituose perfrigeratum, suam fæcunditatem ammittet, hinc obiter reiciendus est Auer. 2. colig. 10. qui consensit, relationi cuiusdam mulieris referentis quod absque uiri concubitu cõceperit, sed solo balnei usu in quo uiri semen antea eiaculatum fuerat, affirmans hoc fieri posse ui attractricis facultatis ipsius uteri, Cuius opinio nequaquã uera esse potest, quia si semen euadit sterile, dum per longam uiam in uterum subito eiaculatur, tantò magis fæcunditatẽ suam amittit, si primo in aquam eiaculetur, mox ab utero attrahatur, accedit quod in ea re Auer. sibi ipsi contrarius esse uidetur, eum 2. de gen. animal. 2. dicat quod semen si tantillum ab aere tãgatur liquatur & corrũpitur, ergo longè magis si nõ solũ aeri expositum, sed acquæ etiam permixtum fuerit, omnem suam fæcunditatẽ amittit. Penis autem nimia bræuitas ob eam causam hominem sterilem efficit, quia orificium matricis tangere non potest, ac proinde, nec emissum semen à matrice recipi poterit, ex his itaque satis constat qualis esse debeat uir ad generandum idoneus. Quò verò ad fæminam attinet, laudabilem temperaturam, & ipsa seruare debet, & moderatum corporis habitum, quæ. n. pinguior fuerit ex hyp. l. de aere & aquis. uel menstruum sanguinẽ non generabit, uel in minori copia quam conceptioni conueniat quod longè magis in macilenti habitu fieri consueuit, in quo nec reparatio æquatur deperdito, quæ uerò mediocrem habitum seruauerit, ad prolem idoneam erit, qualis ea est, quæ corpus habet satis carnosum, roseo colore præditam, & uenas satis euidentes, eadem quinetiam in florente ætate posita esse debet, in qua menstrua generentur, quorum defectu, quæcumque in extremis ętatibus sunt constitutæ, ad cõcipiendum non sunt aptæ. Non tamen ijdem sunt termini, in quacunque muliere perscripti. sed ut plurimum ab anno 14. usque ad 40. & 45. aut 50. mulieres concipere possunt ex Arist. 5. de hist. anim. 14 rarò autem contingit, dictos ter-

Tertia. Sig.

Quartã Sig.

Auer. refel it.

Ratio prima.
Ratio secunda.

quæ sit mulier secunda

minos

minos pertransire. sic ferunt historiæ, de Cornelia ex Sipionum familia, quæ post 62. annum Volusium Saturninum generauit. ob hanc ipsam causam mulier virago, habitum densiorem retinens, infęcunda erit, in ea.n.exiguus sanguis menstruus generatur qui ad perficiendam conceptionem minimè sufficit, ad quam eandem causam respiciens etiam Hip. 2. proret. & Ætius dicebat, eam mulierem aptam fore ad prolem, quæ non nimis procera aut parua sit, in nimia.n. proceritate generationis materia absumitur, in nimia paruitate exigua generatur, vt ad fętus nutritionem non sufficiat; præter hæc quæ ad totum corpus spectant, partes aliquæ etiam sunt contemplandæ. & præcipuè ipse vterus, cuius naturalis cõstitutio ad concipiendum necessaria est, vt eius vitio ea mulier ad propagationem idonea non sit, quæ distortum habuerit, vel quouis alio modo, auersum, retractum. his.n. de causis eiaculatum à viro semen, recipi non poterit; idem vterus debitam magnitudinem seruare debet, vt non solum concipere, sed fętum ad integritatem etiam deducere possit, quam laudabilem vteri conformationem illæ mulieres retinent, quæ lumbos latos, uentrem amplum, mamillasq; crassas habent, nec desunt multa experimẽta quibus viros & mulieres fœcundos, & steriles cognoscimus, de quibus infrà agemus, ubi de sterilitate loquemur.

Historia.

Qualis esse debeat uterus.

De modo, & tempore coheundi opportuno in viris. *Cap. IX.*

CVm hactenus constet, qui sint viri, & mulieres fęcundæ, & fęcunditas non appareat, nisi per mixtionem vtrorumq; seminum, & eorum mixtio, copulam, & cohitum maris, & fœminæ supponat, nec omnis cohitus, aptus sit dicta semina rectè permiscere, ideo quis, & qualis haberi debeat, vt inde conceptio sequatur, explicare aggredior, in qua re duo declaranda occurrunt. Primum attinet ad tempus coheundi, Secundum rationem, & modum cohitus respiciet. Quo ad tempus sciendum est, ꝙ quemadmodũ immoderatus intempestiuusq; Veneris vsus, vt potè ille qui corpus eneruando, & perfrigerando, omniũ eius virium substantiam exoluit. cruditates, sensuũ hebetudinem, tremorem, articulares dolores, rhenum ac uesicæ affectus producit, ad omneq; morbi genus viã præparat, ita eiusdem debitus modus oportunè adhibitus, ad bonam valetudinem tuendam potius conducet, quemadmodũ etiam ex parte fœminarum ad conceptionem faciendam, omnium maximè conferet. De tempore igitur acturus in quo vsus veneris magis conuenit cum duplex sit uniuersale, & particulare, vtriusque cognitio habenda est, per uniuersale autem intelligo non solum quatuor anni tempora, sed ætates etiã à quibus uniuersa hominis vita alteratur, & terminatur, per particulare autem intelligo vniuscuiusq; diei partes. Quo attinet ad tempus magis vniuersale, & primo meritò partium anni, dubitandum minimè erit, illud anni tempus ad venerem esse magis congruum, in quo nostra corpora ad meliorem cõmoderationẽ accedunt, & semine copiosiori abundant, huiusmo-

Duo explicanda. Tempus coheundi.

Tempus uniuersale coheũdi.

huiusmodi profectò erit ipsum Ver, quod sui caloris ac humidi mediocritate satis temperatum existens, cætera etiam animalia omnia ad libidinem magis impellit, Nam hoc tẽpore corpora nec præ nimio calore exoluũtur, vt in æstate, nec frigoris excessu, vt in hyeme, perfrigerantur, sed benignitate, & temperie suæ propriæ naturæ, calorem nostrum potius excitat, mouet, conseruat, & auget. Accedit quod hoc tempore sanguis cæteris succis prædominatur, qui cum sit materia seminis, ideo hoc tempore copiosius erit, ac proinde ad Venerem exercendam omnibus aliis magis accõmodatum; in qua re homo à cæteris animantibus longè distare videtur, quamuis.n.cohitus ea sit hominis operatio, quæ cum brutis cõmunis est, ab illis tamen distat, quia coheundo determinatũ tempus vt illa, non seruat, auctore Arist.primo & secundo.de gen.animal.& Auic.10.suo de animal.hæc.n. statutis temporibus ad libidinem promouentur, quod à rerum omniũ conditore, ita constitutũ fuisse existimatur, vt cõmodius proprios fœtus alere, & educare possint, quod potissimum veris tempore contingere solet. excipiuntur tamen quędam animalia ouipara, vt sunt Gallina, quæ toto ferè anno in nostram vtilitatem fęcunditatem suam ostendunt, inter viuipara aũt nullum tale reperitur; solus homo quocumque tẽpore ad Venerem procliuis est, temporumq; nullo discrimine seruato, generare, & cõcipere potest. si deinde tempus magis particulare spectemus, conuenit homo cum cæteris animantibus, quibus omnibus cõmune est, in quacumque diei parte cohire posse, dummodo occasio præsens fuerit, in eo tamen distinguitur, quia sicut in cæteris actionibus omnibus ratione vtitur, ita etiam in venere exercenda modum seruare debet, eligendo conuenientiorem diei partem, quod faciet, si ad duo respexerit, primo ad sui ipsius conseruationem secundo ad speciei propagationem. si ad primum mentem direxerimus dubitandum minime erit, illam diei horam conuenientiorem fore, in qua corpus maiorem cõmoderationem seruat, ita vt nec inanitum, nec repletum, nec in qualitatibus excessum habuerit, huiusmodi autem illum erit, quod somnum sequitur, & qui cibo successit, tunc.n.corpus, nec ab assumpto cibo generatum erit, quia ex somno præcedenti ex toto, vel saltem maiori ex parte concoctus erit, nec vires exolutæ erunt, sed omnes potius ex cibo & ei superuenienti somno restauratæ, & roboratę conspicientur, naturales quidem ex alimento, animales ex somno, vitales ex vtrisque; quare hoc tempore venus citra nocumentum exerceri poterit, ac proinde ad hanc non sequetur virium iactura sensuum hebetudo, cruditas, aut quidpiam tale, quod tempus Hip. etiam nobis significauit.6.epid.cum dicit.labor, cibus, somnus, venus omnia mediocria, à quo Galen.accipiens secundo de tuenda val. cap.2. notat magnum Hip.artificium, quia ex dicta uerborum dispositione ipsarum rerum ordinem & modum simul significauit, ordinem quidem, quoniam somnum à cibo, & à somno venerem, & ante laborem eam fieri debere denotauit, singulorum verò modum definiuit, pro eorum termino, mediocritatem statuendo; Est autem ille cohitus moderatus, ad quem nulla corporis

Ratio secunda.

Quo differat tẽpus coheundi in homi. & brutis.

Tempus partic. coheundi.

In tempore coheundi seruanda sunt duo.

Coitus q. somnũ sequitur cõmendat.

Hyp. artificium.

Cohitus moder. q. sit.

poris laſſitudo, vel dolor comitatur, ſed depoſito potius onere maior prõptitudo ad agendum ſequitur, in qua re Gal lib. art. med. cap. 86. epicuri ſententiam iure euertit, qui venerem nullius eſſe vſus falsò negabat, quã quam tamen moderatè adhibitam inter cauſas ſalubres enumerandã eſſe Gal. voluit, tunc autem moderatè adhibetur, ſi tantum interualli interponatur, vt nulla virium reſolutio ſentiatur, immo ipſe, ſeipſo homo læuior factus, melius ſpirare videbitur, quod ſi vehementiori libidinis impetu impulſi, debita ratio ſeruata non fuerit, id ſaltem faciendum, vt erroribus inuicem relatis maiores ſemper euitemus, quod fiet, ſi cum eodem Gal. cit. loc. ad cohitum acceſſerimus pleno potius quam vacuo corpore, humectato, quam exicato, & calfacto, quàm infrigidato, hinc non erit difficile concilium colligere Pauli, & Ætii, qui in propoſita ſententia ab Hip. & Gal. diſſentire videntur, Nam Paul. lib. 1. cap. 35. & Æt. lib. 3. cap. 8. priorem ordinem euertentes, ſtatuunt occaſionem coheundi oportuniorẽ eſſe à cibo, & ante ſomnum, conſequenter corpore repleto potius q̃ inanito, & calido quàm frigido. cuius dicti ea potuit eſſe cauſa, quia cum ex cohitu magna virium reſolutio ſequutura ſit, & corporis exiccatio, his occurrendum eſt cum illis, quæ deperditas vires reſtaurare poſſunt, non autem imbecilles reddere, at per ſomnum & quietem poſt cohitum factam vires reficiuntur, & corpora humectantur, & incaleſcunt, contra per ſequentes vigilias, & labores poſt cohitum magis inaniuntur & exiccantur, ergo conſultius videtur poſt cibum, & ante ſomnum ad venerem accedere, quàm à ſomno, & ante cibum, quod ſanè licet verum eſſe videatur, cõparando errores penes maiorem magnitudinem inter ſe, non propterea tollitur, quin propoſita Hip. & Galen. ſententia vera non ſit, quia non loquuntur de erroribus qui in vſu veneris committi poſſunt, ſed de cohitu moderato, cuius oportunum coheundi tempus abſolutè declarant, ac proinde cum beneficio, & coheuntium conſeruatione ſemper factum, quare dubitandum non erit, ex cohitu propoſito, moderatèq́; facto, nihil incõmodi ſequi poſſe, præſertim cum ad hunc moderata etiam exercitia ſequutura ſint; Accedit quod ſi poſt moderatum cohitum oportunè adhibitum ſuperueniens ſomnus iuuaturus eſt, mulieri potius pro conceptione, quam viro pro tuenda valetudine condonandus erit. Nam vt mulier concipiat maximè ſollicita eſſe debet vt ſuſceptum ſemen detineat, ad cuius retentionem ſomnus, & quies magis confert, quam exercitia & motus, Si deinde ætatum diſcrimina conſideremus, in eo diſtingũtur ab anni temporibus, quia nulla eſt anni pars, quæ per propriam naturam cohitum auferat, ſed quolibet tempore, aliis concurrentibus, exerceri poteſt. Secus autem eſt de ætatibus, quoniam quæ extremæ ſunt, vt pueritia, & ſenectus omnino cohitum fieri prohibent, differenter tamen, quia pueri nondum ſemen generant, ſed omne id, quod poſt partium nutritionem ſupereſt in augumentum corporis cedit. ex 7. de Hiſtor. animal. primo. Senes verò ob ammiſſum virium omnium robur, vix poſſunt tantũ boni ſanguinis producere, vt pro nutritione ſufficiat, & hac de cauſa ſteriles

Confutatio epic.

conciliãtur Paul. & Aeti.

ut mulier concipiat

Quæ ætas ad cohitũ ſit conuenientior.

tiles fiunt; & illi præsertim qui in extremo senio constituti sunt, ad differentiam primorum senum, qui licet semen aliquod generent, ob declinantem tamen ætatem & frigidius, & pauco spiritu refertum est, ac proinde minus fœcundum esse solet; immo illius vitia si à calidiori utero correcta non fuerint sterile manet, qui igitur vxorem, vel maritum ducunt conseruandæ prolis gratia, extremis ætatibus relictis, medias magis elligere studeant.

De Tempore cohendi opportuno in Mulieribus. cap. X.

Tempus cõeundi ex parte mulie.

SI deinde ad fœmina sermonẽ conuerterimus. præter ea quæ cum viris communia sunt, cum Gal. lib. de dissec. vuluę cap. x. statuendũ erit, idoneum concipiendi tempus esse incohantibus vel cessantibus mestruis, & ratio ea est, quia vt mulier concipiat, duo sunt necessaria, primum est, vt susceptum semen retineat, secundo vt alimentum habent, quo fœtus nutriri augeriq; possit. Semen quidem contineri oportet, quia secundũ Aristot. semen viri est principium actiuum & formale, vel secundum medicos est principium non solum formale, sed etiam materiale, vt Gal. disputat lib. de semi. c. 3. quodcunq; statuatur esse, perpetuo affirmare verũ erit; sine ipso nulllum animal concipere posse, vt igitur retineatur, mulier secundum internam vulue superficiem, talem constitutionem habere debet, vt ei semen adhærere facile possit, fluere autem minime. huiusmodi autem erit, quando non lenitatem & molitiem, sed asperitatem & inæqualitatem quandam continebit, At eo potissimum tempore vulua est ita affecta, in quo ora vasorum, quæ interiorem vteri partem & substantiam penetrant, non oclusa, sed aperta sunt, ita vt mestrua etiam inde fluant, Quod etiam magis declarant, cætera eius generis naturæ opera, nam labia, & digiti & cætere partes quæ distinctæ sunt, & lenem superficiem continent, etiam si coniuncta diu detineantur, nunquam tamen simul coire posse videntur; At si earum superficies exasperata ulcerataq; fuerit, facile simul coalescent: cuius conditionis defectu mulieres in quibus mestrua; ob extremas ætates non fluunt, ad concipiendum pariter idoneæ minime erunt; & ob eandem causam, neque ille, in quibus temporibus debitis eadem apparent, aptæ erunt quocunque tempore concipere, sed eo potissimum, in quo illa exeunt, tunc enim vterus, talem inæqualitatem & asperitatem habet qualis pro retinendo semine requiritur; sine cuius præsentia cessat generatio omnis. Quamuis autem hoc tempus pro tali munere persoluendo sit magis idoneum, cum tamen latitudinem magnam cõtineat, ideo expendendum adhuc superest, an toto purgationis tempore, æque possit conceptio fieri, uel potius in vno magis quàm in alio, hoc autem patefacere nobis potest suscepti seminis adhærentia, quoniam eo tempore conceptio magis fit, in quo semen eiaculatum vtero melius hęret, & non facile effluit, sed incipientibus & cessantibus mestruis, melius adhæret, quàm tempore interiacente, ergo per initia & finem mestruæ purgarionis,

Vt mulier concipiat duo rquiri.

Vterus ꝓ semine retinendo qualis esse debeat.

Cur mulier in extremis ætatib. non concipit.

cõceptio fit fluentibus mestr,

Cir. initium & finẽ purg, cõcep. fit.

tionis, conceptio maximè fiet. quamuis enim partes omnes dicti temporis conueniant, quia dicta ora venarum semper aperta sunt, nihilominus tempore medio, semen in vulua remorari non potest, sicut in eiusdem purgationis innitio & fine contingit. Sed à copia mestrui sanguinis per vterum cum impetu fluentis, simul etiam susceptum semen eluitur, Alijs verò temporibus non solum eadem ora aperta sunt, verum etiam effluens sanguis nec otus nec copiosius erit, sed modicus & paulatim. ob quam causam fit, ut seruata asperitate vuluæ semen per ea tempora & nõ in aliis hæreri ualeat. Accedit etiam quod tunc, fœtus qui concipitur, satis alimenti haberi potest ex dicta fluentis sanguinis paucitate. Cuius conditionis defectu adhuc sequitur quod eædem mulieres quibus ætatis ratione propositus sanguis non efffuit, sed vasa oclusa manent, concipere ne queunt, sed consueto alimento carentes, & debitam vuluæ asperitatem nõ habentes, tali etiam actione iure frustrantur. & hæc de tempore coheundi dicta sint, pergamus illius etiam modum explicando.

In medio temporis purg. cõcept. non fit.

Ratio prima.

Ratio secunda.

De modo coheundi. *Cap.* XI.

SI modum deinde coheundi spectemus, non simplex & vnius in omnibus, sed varius & multiplex habetur, Animalium enim quædam erecto corpore venerem exercent, vt errinacea omnia, talem autem obseruant propter acculeos, à quibus nocumeutum recipere possent, ideo ex Arist. primo. de gen. animal. 5. eorum coitus cito absoluitur. Alia inuersa coheunt, ut quadrupeda, nonnulla per amplexum magis id faciunt, ut serpentes, sepiæ acquatiles, & huiusmodi. Homo autem vt plurimum tali munus decumbendo explet & quandoque præpostera uenere vtitur quẽadmodum Paul. lib. 3. cap. 74. inter cæteros ad concipiendum mirificè cõmendat, per hunc. n. semen virile in maternum vterum melius suscipitur, & susceptum detinetur, nec solum in eo homo à brutis seiungitur, verum etiam ex parte seminis: animalium. n. quædam materiali, & sensibili semine vtuntur vt quadrupeda, quædam insensibilis & magis spirituosi seminis interuentu generant, qualia ea sunt, quæ penè carentia osculis, amplexibus, & frictionibus vtuntur. homo autem per materiale semen sibi simile generat, quod mediante pene in propriam matricem, veluti per manum deducit, in qua re distinguitur etiam à nonnullis brutes, quorum fœminæ tale coheundi organum habent, at illud in mares intromittunt, non quia tales fęminæ generando actiuè concurrant, & mares passiuè, sed talem modum potius seruant, ut formatiuum principium à mare accipiant procreandiq; fętus virtutem, in seipsis, aliunde habeant. non secus ac si quis materiam conformandam artifici præberet, ut habetur ab Aristot. 2. de gen. animal. In alio etiam notatur. differentia, à mensura huius actionis desumpta, in quibus. n. animalibus cohitus longo tempore mensuratur, ut in illis contingit quæ coheundo diutius coniuncta manent, ut in papilionibus obseruatur, in quibusdam quasi subito ab-

Pri. differentia. Modus cohe. con cep. mag. cõueniẽs. Secunda differ.

Tertia differ.

Quarta differen.

soluitur, vt in erinatiis quædam inter vtraque medio modo se habent in quo genere collocantur canes. Æqui, & Homo etiam ipse, à quibus tamen in eo distare videtur quod pro arbitrio potest longiori, & grauiori tempore à dicta actione se expedire. Concurrit, ergo homo ad actum venereum, penem suum in mulieris vuluam immittendo, & semen sensibile eiaculãdo, ꝙ negotium decũbendo potius quàm alio mõ absoluit, ad quod oĩ tpe se propensum oñdit, & in illo perficiendo tẽporis mediocritatẽ seruat.

Epilog.

De signis indicantibus mulierem concepisse. Cap. XI.

QVi fœcundi habeantur, ꝙ tempus, & coheundi modus ad fœcunditate ostendendam seruari debeat, hucusq; explicauimus, in præsentia signa sunt enumeranda, quæ mulierem concepisse patefaciunt. hac enim ratione ab omni abortu illã præseruare melius poterimus mox illa etiam erunt proponenda, quæ distingunt marem potius q̃ fœminam conceptam esse. postremo ea addenda adhuc erunt, quæ vnicum, vel nume rosum fœtum significant, Accedo ad priora signa, quæ passim proponuntur ab Hip. & Gal. 5. aph. 41. 42. 51. 52. lib. de steril. & alibi sæpè, & ab Auic. fen 21. 3. can. cap. 11. Imprimis cognoscemus mulierem concepisse si præter consuetudinem & causam antecedentem menstrua retẽta fuerint. nam, si ratione obstructionis, vel alterius causæ præter naturam id euenerit, non conceptionis, sed futuræ potius ægritudinis argumentum erit, distinguemus autem, quia si ratione morbi menstrua fuerint retenta, sequetur rigor, præfocatio, lipothimia, sincopis, Nausea, vomitus, quandoq; etiam febris, & cætera id generis; at ad priorem retentionem factam à conceptione, sequi consueuit cibi fastidium, pica, malatia. Nausea, & huiusmodi, retinentur autem menstrua post conceptionem, quia in alimentum concepti fœtus vertuntur, hinc fit, vt prægnantibus si purgationes superuenerint, abortum faciant, ob alimenti defectum. aduertendũ tamen minimè inconuenire vt in muliere vtero gerente purgationes citra abortum per vterum fiant, immo detineri etiam potest profluuio muliebri albo, & vtero gestabit, hoc autem fieri solet nõ quia venæ internæ vteti adapertæ sint, quia tunc meteria per vteri os effluens vias laxando, simul etiam, ad fœtum exitum pararet, sed quia venæ per quas mulier expurgatur non solum ad vterum perueniunt a quibus secundæ pẽdent, sed etiam ad vteri colum, ideo fieri potest, ut materia illa non per uenas uteri, sed coli ipsius effluat, clauso semper manente ore ipsius interno, & hoc modo, non inconuenit in prægnante menstrua citra abortum fluere posse, vt clare habetur a Gal. 5. aphor. 60. immo in quibus talis purgatio contingit tantum abest, vt mulierem ad abortum disponat, vt potius magna eius vtilitate fiat, & ratio est, quia tunc excrementa purgãtur, & eorum copiosior aggregatio in membrais, prohibetur, quæ sine nocumento prægnantis fieri non potest. differt autem talis purgatio, ab illa quæ extra conceptionis tempus fit, in copia, & colore, nam conceptionis

Vtil. trac.

Signa ꝙ mulier conceperit.

Pri. sign.

Notandũ

Purgatio ĩprægnatæ quo differat à nõ præg.

tempore

tempore materia fluens exigua est; & eundem colorem exquisitè non seruat sicut ante conceptionem erat, nec præter rationem, quia melior eius pars à fętu nutriendo attrahitur: de quo signo loquutus est Gal. lib. de præ not. ad Post. cap. 8. vbi proponit historiam Vxoris Boetii cui venter intumuerat vt pleriq; grauidam esse pronunciauerint, contra Medici negabant, quia in ea fluebant menstrua copiosè, & assiduè & isti optimè sentiebant. secundo cognoscimus mulierem cõcepisse, quoniam referet post viri concubitum eiaculatum semen in proprium vtrum suscepisse, & susceptum etiã retinuisse, sine quo conceptio nunq̃ fieri potest, ex Gal. 1. de se. & lib. de dis. vuluæ. c. x. Tertio cognoscitur, quia post cõceptionẽ vterus secundum internam sui capacitatem coarctatur, & post receptum semen illi vndiq; hæret, & os ipsius adeo constringitur, vt hoc tempore nec specillus ingredi possit Gal. teste lib. de dissectione vuluæ cap. 7. ꝙ signum inter cætera præcipuum est, & proponitur à Gal. 5. aph. 55. & quia talis constrictio fieri etiam potest à tumore aliquo præter naturam, vel à callo distinguemus, quia hæc erit cum duritiæ, illa cum mollitiæ. quam differentiam cognoscet obstetrix si digito partem illam tetigerit. Accedit aliud signum, quia post conceptionem & progressu temporis regio vteri intumescet, immo etiam mammillæ, & lac etiam habebunt. Verum quia tumor iste vteri fieri potest à flatu, & timpanite, distinguemus quia vbi mulier vtero conceperit secundum illam partem pondus, & grauitatem citra dolorem sentiet, grauitas quidem sequitur genituram, & massam vtriusque seminis in vtero permixtam, & retentam, erit autem citra dolorem, quia hic tumor non est præter naturam, nec pendet ab aliqua materia ibi collecta, sed vtriusq; ratione propriam naturam seruat. at si vterus, ob timpanitem intumuerit, cum hæc fiat à flatu ibi incluso, nullo pondere molestabitur, erit tamen cum aliquo dolore non tamen grauatiuo, sed potius tensiuo. Præterea in muliere prægnante sicut tumor sensim fit, ita etiam continuò augetur, & nunquam minuitur nisi post editum fętum, In prægnante etiam talis tumor non mutabit locum, quia fœtus per membranas, & ligamenta vtero coniungitur, in timpanite autem tumor modo augetur, modo remittitur, modo vnam partem, modo alteram magis tumidam reddit; præterea flatuosus tumor sponte, vel ex calidorum vsu euanescit, ꝙ in prægnante non fit nisi abortus sequatur. Præterea color faciei in prægnante mutatur, quæ cum antea esset coloris rubri, & floridi pallidior euadit, & ratio est, quia calor, & spiritus magis concentrantur in vterum; oculorum etiam cauitates subpalidæ fiunt, & candidũ oculorum ad pallorem demutatur. totius corporis color ad albedinem uergit, venæ pectoris apparentes magis fiunt, & temporis progressu mãmillæ incipiunt intumescere & lac habere. Circa ꝙ signum oritur difficultas, quia videtur ꝙ in initio conçeptionis mammæ, & papillæ magis intumescere deberent, quam in progressu, & circa finem, & ratio est, quia ex Gal. 14. de vsu part. 4. circa finem formati fœtus maior copia alimenti, quàm inter initia recquiritur, ergo hoc tempore mãmillæ graciliores esse deberent,

secunda sig.

Tertia signa.

Quarta signa.

Quinta signa.

Sexta signa.

Septima sign.

Octaua signa.

Nona sig.

10. Sign.

11. sign.

12. sign.

Dubitatio.

Solutio. rent. Solués dico, ꝙ per id tempus excrementũ ꝙ superest, post fœtus nutritionem, seruatur circa venas vteri proximas, & quēadmodũ fętus in dies maiora suscipit incrementa, ita etiam dictum excrementũ in maiori copia aggregatur, vt venis circa vterum bene repletis, & tensis, cum nouam materiam continere nequeant, ad alias partes eam propellunt, cuius expulsionem tumor ventris comprimendo dictas venas adiuuat. præsertim, cum in postremis mensibus sit magis auctus, partes autem recipiētes sunt mãmæ, quæ cum sint inanitæ capaces fiunt, & per communes venas quas cum vtero habent, materiam recipiunt, & ob hanc causam in vltimis mensibus magis attolluntur. ex pulsu etiam aliquas conceptionis notas habere possumus, qui in conceptionis initio validus, & magnus est, circa finē autem celerior euadit, à lotio verò vnicus Auic. conceptionis signa accipere videtur, & ratio ea esse potest, quia lotium non descendit per venas, ad vterum peruenientes, nec per vterum, sed per alias partes excollatur, ꝙ fortasse fuit in causa, vt hoc genus signi à plerisq; aliis neglectum fuerit, & pręsertim cum vrina per se sola nullam necessariam cōsequentiã habeat de ipsa conceptione. de hac tamen Auic. loquens in cap. proptio statuit vrinam in conceptionis initio tenuem esse citrinam & sub albidam, in cuius medio grana, & veluti atomi apparent, qui modo sursum, modo deorsùm moueri videntur. & ad motum matulæ locium turbidum non redditur. circa conceptionis verò finem eadem vrina coloratior euadit.

13. Sign.

14. Sign.

Signa sexus dup. sunt. Secundo loco signa occurrunt indicantia conceptum masculinum, & fęmineum, hæc autem sunt in duplici differentia, quædam diriguntur ad parētes ante conceptionem, quædam post conceptionē, de vtrisq; agendum, & primo de indicantibus masculum, vel fęminam ante copulam, & cōceptionem, si igitur ex parte viri sperma eius densum fuerit, & ita bene compactum, vt in aquam proiectum non dissoluatur, sed vnionē seruet, & fundũ petat indicabit esse productiuum masculi, per hoc. n. significatur talē semē esse optimè coctum, & copioso spiritu refertum, ac proinde caloris robur seruare, prout ad masculi generationem recquiritur. si autem semen tenuius, & acquosius fuerit, & in acqua susceptum facilem dissolutionem patiatur, cum hoc fiat ob diminutam coctionē, & calorem minus robustũ, ideo indicabit esse generatiuũ fęminæ. præterea ex 6. epid. sect. 4. com. 27. si obseruauerimus ꝙ testiculus dexter turgeat, & ante sinistrum maius augumentum suscipiat, significabitur, ꝙ hic uir magis erit aptus ad masculos, quàm fęminas generandas, si contrarium accederit indicium erit generationis fęminæ, si etiam vir temperamento calidus fuerit, in florenti ætate constitutus, & assuetus masculos generare, coniecturæ pariter capiemus masculi potius quàm fęminæ generandæ: ex altera parte si mulier tēperatura frigidior extiterit, si ad senectutē magis declinauerit vel iuuencula fuerit, significabit maiorem in ea propensionem esse ad generationem fęminæ quàm masculi, præsertim vbi hæc à uiro non fuerint correcta. contratium continget si calidioris temperamenti, & in ætate magis florenti constituta fuerit. Quo vero ad signa indicantia masculum, vel fęminã cō-

pri. sign. ante concep.

2. Sign.

3. Sign.

ceptam

ceptam esse hæc plura sunt, Ante omnia illud primo occurrit, ꝙ à qualitate mutata desumitur, nempè ab obiecto visus de quo Hip. loquens quinta aphor. 42. inquit, mulier si marem conceperit bene colorata est, ꝙ signũ ut maiorem habeat efficaciam duas conditiones recquirit, à Gal. etiam in eo com. propositas, prima est ut mulier ad seipsam comparetur ante conceptionem, & hoc modo dicit Hip. ꝙ quæ fęminam concepit seipsa erit minus colorata, quàm ante conceptionem. secundo oportet, vt eadem seruetur viuendi ratio, tempore conceptionis, vt antea, aliter coloris alteratio non magis sequi posset masculi aut fęminæ conceptionem, quam prægressam, aut præsentem victus rationem, causa autem, ꝙ mulier quæ fęminam concepit minus sit colorata, quàm si masculum in vtero gesserit, ea esse potest, quia fœmina fit ex semine, & ex sanguine menstruo frigidiori, & minus optimè cocto, vt ob caloris diminutionem, crudior sanguis generetur, qualis est pituitosus cutus humoris dominium sequitur color, secundum totum corporis habitum ad albedinem uergens, at masculus fit ex semine, & sanguine menstruo calidiori, & perfectius cocto, ideo mulier laudabilē colorē retinet. secundo dum mãmillæ augentur si primũ auctio apparuerit in dextra quàm in sinistra, cõcepti masculi inditium erit. cuius etiam lac si crassum, & magis concoctum quàm in sinistra apparuerit, adhuc magis masculum significabit, lactis autem crassities, ex proba concoctione oriens, hinc cognoscitur, quia lac proiectum super speculum, consistentiam suam seruabit, & soli expositum concrescet, contra tenuius, acquosius, & crudius facile effluet, & sub sole totum euanescet, de quo signo loquutus est etiam Hip. lib. de steril. Quarto cognoscitur masculus ex maiori grauedine, quàm in dextra parte mulier sentiet, quàm in sinistra. illa. n. ad masculum, hæc ad fœminam concipiendam magis conuenire videtur. Quinto ad conceptum masculum sequuntur motus in utero robustiores, & plures, quàm ex parte fęminæ; ꝙ signum per se non est valde efficax, & demõstratiuum, si huic tamē accesserit, mulierem ante quartum mensem in regione vteri motum præcipere certius denotabitur masculus, at si in quarto aut quinto mense acciderit, conceptæ potius fœminæ argumentum erit, & ratio esse potest, quia masculus ratione, qua calidior, & robustior est, citius conformatur, fęmina verò quia frigidior, & imbecillior tardius, proinde ille ad motiones promptior & citior est, hæc tardior, & segnior; præterea quæ masculum concepere paucioribus, & mitioribus symptomatibus afficiũtur, quàm ubi fœmina concepta fuerit. si pulsus tangatur in parte dextra plenior, ualentior & frequentior erit ex parte masculi quàm in sinistra; sunt qui dicant, & experientia comprobarũt, ꝙ muliere sedente, si tempore quo moueri incipit dexterum pedem primo deinde sinistrum moueat, masculum concepisse; si contra fœminam, eadem pariter surgente, & stante, si magis initatur secundum dexterum pedem, quàm sinistrum, masculum in vtero gestare indicabit. si contra fœminam, & huius ratio ea tradit potest, quia pes grauior semper præmitti solet, ut in his etiam patet, quibus alter pes dolet, qui semper alterum antecedere

Prim. signũ post concep.

2. Sign.

3. Sign.

4. sign.

5. Sign.

6. Sign.

7. Sign.

8. Sign.

tecedere solet,& quia in dextera vteri parte masculus generatur, in sinistra autem fœmina, hinc est vt ex motus et quietis ordine secundum pedes nos arguamus de concepto masculo,& fœmina. Non desunt,qui experimentum aliud proponant. affirmantes quod si puluis Aristolochiæ ex melle confectus lanaq; obuolutus,in uuluam imponatur, & hoc tempore mulier saliuam dulcem in ore perceperit,conceptum masculum significabit, si autem ama rorem potius fœminam. Postremo loco occurrunt signa quæ conceptos gemellos denotare possunt.quorum aliqua eos indicant ante partum,aliqua in tempore partus, cognoscemus autem geminatum fœtum ante partum, ex insigni magnitudine abdominis, præsertim si conferatur ad eandem mulierem,penes partus præcedentes simplices,& vnicos. secundo si mulier uel parentes eius assueti fuerint geminos in vtero gestare, aliquod argumentum erit hoc etiam tempore id ipsum contigisse. Quibus tandem accedit, quod secundum eam regionem & præter consuetudinem, insuetum & maius pondus percipiunt; in tempore autem partus distinguemus,respicientes ad umbilicum illius infantis, qui nuper natus fuit,in cuius vena vmbilicali nodus aliqnis adest,vel ruga, quod inditium esse solet alterum in vtero contineri, quod signum ab Auic. fuit propositum in cap.de causis Gemellorum. At si umbilicus eggressi fœtus, sit absque nodo,& ruga nullus alius fœtus parturiendus supererit; cuius signi ratio ea tradi potest,quia ex gemellorum cõtactu tales rughæ fieri solent, præterea post editum primum fętum sit tumor abdominis perseueret secundum fœtum contineri existimandum erit.immo quot nodi, & rugæ in dicta uena vmbilicali enumerabũtur, totidem fœtus mulier ista pariet; & si rugarum vna ab altera multum distauerit, significabit quod inter vnũ atque alterum partum futurum longius tempus interiacebit, secus autem si uicinæ fuerint:rugæ quinetiam nigræ, vel potius rubræ masculos, albæ autem fœminas denotabunt, dum autem gemini nascuntur, & ambo sint masculi,sæpius contingit vt alter moriatur, vel etiam ipsa mater vt habetur etiam ab Arist.9.de hist.animal.cap.4.& 4. de gener. animal.cap. 6. & qui diligentiores fuere affirmant quod si sexu fuerint distincti ambo superstites erunt. Vbi autem plures duobus parturiuntur mater una cum fœtibus mori cõsueuit; fertur quod Diuo Augusto imperante, quædam Ancilla in agro laureto quinque pueros genuerit, & in Egipto ubi mulieres fœcundiores sunt,septenos etiam genitos fuisse non nulli testantur, omnes tamen unà cum matre intereunt & Arist.7.de hist.animal. affirmat in Egypto & quibusdã aliis in loc.quinq; generari.sed quæ potuit esse causa, ut mulier raro plures uno generet, pleraq; autem brúta longè plures, ut canes porci, & huiusmodi; dicendum quod ex animalibus perfectis quædam sunt longioris, quædam breuioris uitæ, si breuiorem uitam ducant plura animalia eodem tempore producere solent. quod fit ne eorum species intereat, & ideo natura prouida tùm de eorum numerosa conceptione tum nutritione, conceptionis multiplicis gratia faciendi multas cellulas fabricauit in eorum matricibus, in quibus omnibus susceptum semen

in toti-

Marginalia: 9. sign. | Signa gemel. ante partum. Pri. sign. | 2. Sign. | 3. Sign. | Signa gemel. ĩ partu. Pri. sign. | 2. Sign. | Historia. cur mulier raro plures uno generet,

in totidem fœtus distribuitur;qui multi partus, vt nutriri etiam possent, totidem etiam mãmillas fabrefecit, quæ nutriendis fętibus corresponde rent;animalia autem, quæ sunt longioris uitæ ut ęqui, Asini, & homines, ut plurimum unicum fętum,rarò autem plura concipiant, In matricę .n. humana duę tm̃ cellulę reperiuntur,quamuis non desint qui tertiam quar tam immo septimam alij decimam statuerint, qui tamen conciliari possunt,quoniam si ad uitales fętus respexerimus non erunt nisi duæ, si etiam ad non uitales plures etiã poni poterunt, accedit quod natura de duabus tantum mamillis prouidit, quæ eorum nutritioni, & non pluribus suffice re possunt. Et præterea ob uitæ diùturnitatem nullũ erat periculum quod speties humana interiret.

Dubi.

Sol.

De utero recipiente, & concipiente. *Cap. XII.*

VT conceptio fiat satis non est uirile ac fœmineum semen adesse, sed ut ad concipiendum neutrum seorsum sufficit, ita ob eum finem consequendum, utrumque necessariò recquiritur,& ambo simul permisce ri, in eodemque loco futuræ conceptioni idoneo recipi debent,hinc uteri non modo utilitas, sed summa necessitas ortum habuit, cuius pręcipua actio ipsa est cõceptio,quæ fieri umquàm potest,quam diù mas, & fœmina disiuncta manent, sed amborum copula recquiritur,quorum semina & generationis principia cum intra eorum corpora in proprijs uasis quiescant, & delitescant,illorum motus concitãdus est,donec extra propulsa fuerint, & in dicto utero suscepta permisceantur, talis autem seminis iaculatio ex parte viri fieri nullo modo potest, nisi illius eiaculationis organum tendatur,& erigatur, & secundum omnem dimensionem augeatur,hac enim ratione semen tamquàm per manum in maternum uterum defertur. ex 15. de vsu par.ca.3. Errectio deinde ista fieri nequit,nisi per interni seminis agitationem, & commotionem spirituum in hanc partem copiosè confluen tium, quorum defectu qui in extremo senio sunt constituti, ad hanc errectionem impotentes, ad generationem etiã sunt penitus inutiles: denique commotio ista non fit citra præcedentem libidinem, & futuræ uoluptatis recordationem,& desiderium, ꝙ natura nobis satis insignem indidit,ut illius quasi stimulo excitati, ad copulam, & generationem promptius promoueremur, & quemadmodum apetentia cibi, proprij indiuidui conseruandi gratia,nutritione terminatur, ita libido, & uoluptas quæ ex cohitus desiderio nascitur,& ad speciei conseruationem ordinatur,generatione ab soluitur; quæ rursus uoluptas mari, & fœminæ, communis esse debuit,ut ambo ad hunc actum æquè libenter accederent; ut hinc colligendum sit ad faciendam conceptionem omnium primum, quòd concurrit esse vo luptatis memoriam, cuius fruitionis desiderio cupiditas mouetur, & sum mo coheundi appetitu tenetur, hinc seminis agitatio, & in organa generationi dicata copiosius spirituum confluxus oritur, unde uirilis pudendi tensio nascitur, ad errectionem dicendæ sequitur seminis eiaculatio me-

Vteri utili.

Ad concep.plura conuiueri.

diante

diante cohitu vtrimq; facto. huic mixtio seminum succedit, hæc denique tunc fit, quando ambo semina in eodem loco suscepta permiscentur, hic autem locus non alius est quã vterus, quare summa illius necessitas habetur, cum sine ipso vana sint cætera omnia quæcumque ad generationem ordinata sunt, Quapropter de vtero, cohitu, coheundi modo, ac voluptate agendum erit.

De voluptate. quid sit, & quotuplex. Cap. XIII.

Tria explicanda de uoluptate. Forma uolup.

DE voluptate acturus tria explicanda propono, primum erit, quid voluptas sit, secundum quotuplex. Tertium vbi maior reperiatur in viro, an in fęmina, quo ad primum cum voluptatis essentia pendeat ex cognitione formæ voluptatis, materiæ, & causæ effectricis, de singulis iure tractandum. Ex parte formæ omnes ferè statuere videntur voluptatem aliud non esse, quàm iucundam sensationem, quemadmodum etiam dolor, qui ei opponitur sub tristi collocatur. Si tamen rem ipsam diligentius expendamus nec tristis sensatio etit forma doloris, nec iucunda ipsius voluptatis, sed potius affectio illa, quæ sequitur iucundam, & tristem sensationem dicenda est forma voluptatis, & doloris, quod probat natura, & vis ipsius formæ quæ inseparabilis esse debet ab eo cuius est forma, at iucunda & tristis sensatio à voluptate, & dolore separari possunt, vtrisque integris permanentibus, ꝙ tamen formæ repugnat; fieri.n.potest, vt ꝙ vni tristitiam parit, alteri voluptatem faciat, & vice versa quemadmodum inuentio thesauri non est dicenda forma voluptatis. Sed potius illa affectio, ad thesauri inuentionem consequens, quæ aliud non est, quàm eius comprehensio sub ratione boni, & delectabilis, similiter eiusdem thesauri ammissio non erit tristitia vel forma tristitiæ, sed eiusdem apprehensio sub ratione mali, & tristabilis, propria erit forma tristitiæ & doloris, non secus ac ira non est conspectus inimici formaliter, sed potius ea affectio quę consequitur ad inimici conspectum erit forma iræ, & ob id Gal. 8. de usu part. cap. 6. & 8. de plac. 7. habet sensationem in quolibet sensu non fieri ex sola illius alteratione à propriis obiectis facta, sed necessario concurrunt principes facultates iudicantes susceptam alterationem, & rursus idem Galen. & Plato septimo. de plac. 6. 21. & 22. & 26. primo de symptom. cap. sexto. & Plato in thimeo dicunt quod dolor non in alteratione consistit, sed in alterationis dignotione. quapropter sicut dolor est dignotio alterationis sub ratione obiecti tristabilis, ita voluptas erit dignotio alterationis facta à specie, seu obiecto appræhenso sub ratione iucundi, & delectabilis. Cæterum voluptas cum effectus uel actio quædam sit in aliquam facultatem referri debet, constat autem alterius esse non posse quam animalis, atque huius non motiuæ, sed potius sentientis tum internæ, tum externæ, vt meritò facultatis externæ concurrat quæcumque facultas sentiens, quæ cum materialis sit nec agere, nec obiecta,

Improbatio.

Volup. ad quàm fac. attinent.

seu

seu species suscipere potest absque proprio organo, quod pro obiecti diuersitate modo corruptiuè, modo perfectiuè afficitur. Ab obiecto.n.conuenienti & proportionato sensorium perfectiuè alteratur, à dissimili autem & disproportionato corrumpitur, quare dolor & uoluptas singulorum sensuum passiones sunt Galen. etiam auctore, primo de symp. causis cap.sexto non tamen eodem modo, sed pro varia sensuum natura variatur, quanto enim sensus excellentior est, & magis spiritualis remissiori etiam voluptate, & dolore affici videtur, ob quam causam voluptas in sensu uisus erit receptio mediorum colorum, quemadmodum extremorum, à quibus læditur dolor erit; quo vero sensus inferior, & materialior fuerit in crassiorique & compactiori materia receptus, tanto maiori; & intensiori dolore, & voluptate afficietur, in quo genere est sensus tactus, cæteris sensibus inferior, & materialior; qui uero inter istos interiacent, prout magis ad uisum, vel ad tactum accedunt illorum etiam natura, & proprietate magis participabunt, consimilesque motus sustinebunt; sensorium autem tactus cum doloris, & voluptatis subiectũ sit, ratione qua fac.animali præditum est, hancq; habeat meritò neruosæ substantiæ, cuius solius præsentia & causa, quælibet sensu tactus affecta est. ideo in cohitu partes genitales ob talem neruosam substantiam, qua constant voluptate afficientur, ob id Galen. decimoquarto. de vsu part. decimotertio. habet, quod nerui omnes ad triplicem finem ordinantur, prout partibus sensificis sensum tribuunt, vel motum in motoriis, uel uoluptatis dignotionem in reliquis omnibus, & quia in mare penis, & in fœmina uterus, & cæteræ partes ad pudenda attinentes exactiorem sensum postulabant, propter cohitum cum uoluptate exercendum, ideo pluribus neruis præditæ sunt, tota autem matrix in uniuersum & partes illæ maris, quæ ad scrotum, & testes magis attinent, paucioribus neruis indigebant, quia nec ad exactiorem sensum, nec ad motum uoluntarium inseruire debebant. Modus autem, quo tempore cohitus uoluptas fit in dictis partibus est, quia illæ ob exquisitum sensum quem retinent à motu materiæ seminalis alterantur, quæ eo tempore in illis, & per illas mouetur, & eiaculatur, à mutuaque pudendorum perfricatione utrimque facta insignis titillatio, & delectatio oritur; non secus ac in scabie fit, cum pruritu coniuncta, ab acrique materia producta: eius enim præsentia, & actione magna sculpendi cupiditas oritur, ex cuius materiæ agitatione in parte sculpta facta, uoluptas simul magna accedit, sic profectò in cohitu contingit, in quo materia seminalis in partes illas sentientes agens, producit insignem cupiditatẽ perfricandi dictas partes, ad quam magna uoluptas etiam commitatur, quia ad uoluptatẽ producendam multa concurrunt, omnium primum est obiectũ conueniens, & simile, q uim hẽt mouendi, & alterandi perfectiuè, & cũ uoluptate. 2.cõcurrit subiectũ recipiẽs talẽ alterationẽ, & est externũ sensoriũ sensus tactus, quòd recipiendo passiuè concurrit: tertio recquiritur susceptionis dignotio, sub ratione boni, & delectabilis, quæ in communi sensu, & imaginatiua potentia fit; cuius conditionis defectu dormientes non

Dolor & uolup. sunt affectiones omnium sensuum.

Neruorũ triplex ẽ finis.

Modus uolup.

Ad uolu. tria recq.

ſemper delectantur in ſenſibus etiam ſi obiecta pręſentia, & coniuncta habeant, quia eo tempore virtus cognoſcitiua otiatur: ob eandem cauſam qui delirant dolorem, & voluptatē ſentire non uidentur, immo qui integra ſanitate fruuntur, ſi ad alia obiecta fortiter intenti fuerint, nec dolorem nec voluptatē ſentire ſolent; quicunque etiam ſuprà ſe, & extrà ſe in diuinam extaſim feruntur, corporeos dolores ſentire minimè poſsūt, ſic legitur de D. T. Acquinate cui Medicus applicās cauteriū actuale cruri, in diuini amoris contemplationem elleuatus, nihil doloris prorſus ſenſit, ob quam eandem cauſam exiſtimandum eſt pariter, ꝙ Martires ſolo ſpiritu Deo intenti, tempore martirij in illius contemplatione maximè delectabantur, inferiorumque ſenſuum cruciatus non ſentiebant: totum oppoſitum illis aduenit, qui perturbato facultatum animæ ordine, ſupremas illius vires retrograde ad infimas ordinant; vnde cum quis auidè comedit, & comedendo maximè delectatur, non audit, quæ dicuntur, non uidet quę aguntur, nec diſcurrit vel intelligit diſcurenda, & intelligenda, ſed ſuperiores iſtæ potentiæ tunc veluti otiantur, vel præter naturæ ordinem in ſenſus deſcendentes, ipſæ totę illis adeo incumbunt, vt propria dignitate, & functione relicta in infimas potētias veluti transformentur, & ſecundū propriam ſuæ naturæ conditionem non operantis, in externorum ſenſuum officiis omnino occupantur: Erit igitur voluptas dignotio alterationis factè in ſenſoriis maris, & fœminæ, ab obiecto conuenienti, & proportionato.

Hyſtor.

De cauſa finali cupiditatis, & voluptatis quæ ex Veneris vſu habetur. Cap. XIIII.

PRæter explicatas cauſas voluptatis de finali etiam agendum occurrit. Gal. 14. de uſu par. cap. 2. cauſam reddens cur in ſingulis animalibus, præſertim in ętate florenti conſtitutis, tempore cohitus magna voluptatæ afficiuntur, quam iure pręcedit incredibilis coheundi cupiditas, duplicem aſſignare videtur. Prima, & principalior ex fine deſſumitur, ad quē partiū genitalium vſus ordinatus fuit, & eſt, ne genus humanum corruptum maneret, Secunda cauſa capitur ex organis concipiendi, quibus natura ſapientiſſima uim quādam excellentem voluptatis effecticem appoſuit, tribuit, & ſenſum magis eximium, quàm cæteris indidit; cuius cauſa in proprium vſum deſcendendo maximam voluptatē præciperent, & animæ quæ illis vſura eſt, incredibilem vtendi cupiditatem coniunxit: qua ut ab infiro ſtimulo animalia excitata ad uenereum actum promptius deſcenderent; hacque ratione proprium genus immortale ſeruarent; Tertia cauſa ſummitur à materia, & ſeroſa quadam humiditate, quæ à venis fertur & arteriis in dextrum, ſiniſtrumque matricis ſinū diſtributis, quæ pręter alios vſus, hunc præcipuum habet, ut ſua acrimonia, & mordacitate maximè valeat partes genitales ad agendum excitare, & quo tempore exercentur inſignē uolu-

Volupta. cā dup.

Primà cauſa.

Secunda cauſa.

Tertia cauſa.

voluptatem efficere, quemadmodum enim in scabie dicebat Gal. 14. de vsu partium cap. 9. serosi humores qui sub cute sunt aceruati incalescendo atenuantur mobilioresque fiunt exitum quærentes pruritum excitant, suoque motu & partium perfricatione voluptatem afferunt, ita etiam & longè magis ubi tales humores non solum sua acrimonia ad eorum uacuationem nos stimulant, verum etiam spiritus copiosus & calidus permixtus expirare contendit, cogitandum est incredibilem voluptatis excessum inde in nobis produci, ut in seminis emissione fieri consueuit; quod præter acrimoniã, spirituosam, calidamque substantiam coniunctam habet quę voluptas ex Gal. 3. art. med. & 12. meth. 7. tanto magis intenditur, quantò dicta materia per eas partes maiori impetu. & longiori tempore mouetur, quib. natura ob dictam utilitatem optimo iure longè exactiorem sensum, quàm ipsi cuti tribuit: cæterum voluptas ista quæ ex cohitu habetur non unica, & indiuisibilis est, sed magnam latitudinem habet, quæ enim præcedit genitalium partium usum ad animam magis attinet, & cupiditas potius quã voluptas dicitur, quæ autem in cohitu habetur, & alterius corporis contactu fit, magna est, cui maior adhuc succedit, & ea est quæ earundem partiũ mutuã perfricationem sequitur, utrisque tamen maxima illa subsequitur, quæ in seminis eiaculatione sentitur; cum deinde talis eiaculatio per penẽ fiat, si in stomacum matricis deferri debet cum Gal. 15. de vsu partium c. 3. eum tensum fieri oportet, & secundum omnem latitudinem magnificari, vt ratione talis tensionis intrò ad partes uteri penetrare valeat. Secundo vt via per quam semen fertur latior fiat, & debitam rectitudinem teneat, hac enim ratione semen quàm longissimè eiaculari potest, cuius tensionis defectu in extremo senio constituti steriles euadunt, deest enim in istis tum semen, tùm spirituum copia, sine quibus ut tensio fieri nequit, ita nec eiaculatio sequi potest. Iuuenibus autem si sterilitas accidat ob aliam causam fiet, & præcipuè ob meatus obliquitatem, cuius causa semen liberè emitti non potest, sed in flexibus virgæ herrendo in matricem transmitti prohibetur, ideo Gal. loco cit. dicit, quòd si absindatur uinculum existens ad finem uirgę debita rectitudo restituetur, & ammissam fœcunditatem acquiret: tunc enim semen sibi ipsi continuum ad sinus matricis celeriter, & absque impedimento peruenire poterit, quæ autem hanc tensionem adiuuant sunt musculi duo, in vtraque parte inferiori ipsius pudendi appositi, quorum ea est vtilitas, vt ab illis, tamquàm à duabus manibus meatus dilatetur, toto pudendo firmo, & recto manente.

Voluptas dupl.

Causa tẽsionis pudendi.

In quo sit maior voluptas in viro an in fęmina. Cap. XV.

QVamuis satis superque manifestum fit ex coniunctione maris, & fœminę ac proinde ex actu Venereo magnam voluptatem in utrisque fieri, in quo tamen maior habeatur non consentiunt omnes, cum ex utraq; parte rationes satis probabiles adduci possint cuius quæstionis solutio

lutio ut melius ellucescat, primo utriusque opinionis potiora fundamenta adducam, secundo quid pro ueritate statuendum sit determinabo. Quo ad primum ex propositis causis maior cupiditas & uoluptas esse uidetur ex parte maris, quàm fęminæ, & prima ratio ex ipso semine deduci potest. Vbi enim materia faciens uoluptatem, est copiosior, magis concocta, spiritu repleta, calidiorq; & mordacior ibi maior uoluptas reperitur, quàm ubi eadem materia est pauca, crudior, spirituum inops, frigidior, & hebetior, sed in uiris materia seminalis est copiosior, magis cocta, spirituum copia referta, calidior, & acrior, quàm in fœmina, ergo maiori cum titillatione, partiumque omnium uoluptate exibit, quam in ipsa fęmina. ad quod Hip. etiam respiciens libr. de genit. dicebat, quod mulier quæ uirago fuerit, ac proinde in omnibus ad masculum proprius accedit, maiori uoluptate afficitur, quam mollior, & frigidioris temperamenti, hinc est, ut ob dictas causas maior delectatio in primo cohitu sentiatur, minor in secundo adhuc remissior in sequentibus cohitibus, semen enim quod in primo cohitu emittitur non solum est copiosius, sed etiam melius coctum spirituosumq;, & calidius, quam in sequentib. cohitibus, ideo Auic. 9. suo de animal. dicit, ꝙ mulieres multoties coheuntes non delectantur. secundo confirmari pōt ratione desumpta à sensatione exquisita uel hebeti partium sentientium per quas semen pertransit. Vbi enim partes sensu magis exquisitio prędite sunt, ab obiecto etiã simili magis delectantur, quemadmodum à dissimili magis dolent. Sed in uiris ut in magis perfectis, & temperatis partiũ sensus est magis exquisitus, iu fœminis uerò ut in minus temperatis, & frigidioribus hebetior ergo in cohitu magis delectabuntur uiri quam fęminæ. tertio idem probatur rōne desumpta ex motu ipsius seminis, in quibus.n. magis agitatur, & maiori cum impetu eiaculatur, in illis etiã maior voluptas fit, at in viris semen concitatiori motu mouetur & expellitur, quã in fęminis ergo intensiori voluptate afficientur. Nam dictus motus sequitur seminis mobilitatem obedientiam promptitudinem, maiorem excitationem, spirituum copiam, uiarum cõuenientem amplitudinem, & facultatis expultricis robur, quæ oĩa in viris potissimũ reperiunt. Accedit quod quęcumq; subitò, & illico immutantur ab obiecto simili, & conuenienti, magis afficiuntur & melius sentiunt, consequenter vehementiori voluptate detinentur & contra ẽt dolor tunc intensior euadet, qñ à dissimili confertim alteratio sequitur, quæ autem sensim agunt, citra dolorem & uoluptatem effatu dignam alterare possunt, quinta ratio dessumi pōt ex tempore quo motus cohitus mensuratur. Vbi enim seminis emissio longiori tẽpore durat, illi etiã voluptas coæquari debet, sed in homine seminis emissio longiori tempore mensuratur quã in fœminis, ergo maiori uoluptate homines afficientur; minor patet quia in viris semen est copiosius, quã in fœminis, ergo ad sui expulsionem longiori tẽpore egebit, quare & uolu ptas diutius perdurabit, ob hanc causam, Arist. 7. de histo. animal. cap. 1. inquit quod homo cęterorum animalium omniũ, seruata suæ magnitudinis proportione plurimum seminis emittit, & præsertim qui sunt sanguinei tẽperamenti

Ratio prima.

Ratio secunda.

Ratio tertia.

Rō quarta.

Rō quinta.

ramenti ergo in delectatione cæteris erunt præferendi, quia in his copiosius semẽ producitur. Quinta ratio accipi potest à magnitudine seu uia super qua mobile, hoc est semen ipsum mouetur, nam ubi uia per quam semen expellitur est longior, ibi etiam maior delectatio sequitur, sed in uiris hæc uia est longior, quàm in fœminis, ergo oblactatione maiori detinebuntur. In oppositum non desunt rationes, quibus probatur maiorem esse delectationem in fœminis, & imprimis, quia desideriũ & cupiditas quæ futuram uoluptatem præcedunt, prçsuponunt priuationem obiecti delectabilis, quæ sola in rebus omnib. est appetentiæ causa, nam ad priuationẽ sequitur desiderium, & ad desiderium delectatio, ex quo fundamento ratio ita formari potest. Vbi est maior priuatio, & potentia, ibi est maior appetentia, & consequenter ex præsentia obiecti optati maior delectatio sequi debet, sed in fœmina, est maior priuatio, & potentia quàm in viro, cũ eo imperfectior sit ergo ex presentia obiecti maiori oblectatione afficietur quàm vir. secundo ubi voluptas multiplex reperitur, maior etiam redditur quàm ubi simplex, & unica adest, sed in muliere duplex est uoluptas prior est, in emissione proprijs seminis. Secunda in receptione alieni, in viro autem unica tantũ habetur, quæ in sui seminis eiaculatione consistit ergo in cohitu viri minus, mulieres magis oblectabũtur. Tertio ibi est maior delectatio, ubi pluries repeti illa potest, quàm ubi minus, at fœmina longè plures cohitus & citra omnem noxam sustinere potest, quàm vir, ergo maiori uoluptate afficietur; quòd fortè est in causa, vt mulier post cohitum odio non habeat virum, sed ipsum magis dilìgit, nouumque cohitum ab eodem exoptat, contrarium autem in uiris contingit.

Ratio sexta. / Ratio prima. / Ratio secunda. / Ratio tertia.

Solutio difficultatis. *Cap.* XVI.

PRo solutione propositæ difficultatis notandum, est, quod instituta oratio de cohitu & eius voluptate uel respicit coheundi cupiditatem uel uoluptatem subsequentem, & ex cohitu nascentem. Et si ad uoluptatem dirigatur, adhuc distinguendum, quoniam uel sermo est de uoluptate intensitiuè, vel extensiuè; longa inquàm, & bræui, numerosa, & unica. Qua stante distinctione resolutè dicendum quòd si sermo fuerit de cupiditate coheundi maior esse videtur ex parte mulieris quàm viri, & ratio est in promptu, quia si priuatio est causa appetitus, ubi erit maior priuatio, ibi etiam appetitus maior esse debet, sed mulier ratione qua est uiro imperfectior, magis de priuatione, & potentia retinet, & cõsequenter maiorem appetentiam habebit ipso uiro. De qua loquens ẽt Arist. primo physic. potentiam, & imperfectionẽ materiæ primæ cõparabat ipsi fœminæ, actũ vero & formã perficientem ipsi uiro: ut sicuti fçmina uirum appetit, ita materia ipsam formam, si autem sermo fuerit de uoluptate, tùm extensiuè, tùm intẽsiuè, statuendum erit, utroque modo maiorem esse in uiris quàm in fœminis, nam quo ad uoluptatem intensiuam hæc fit à semine, calidiori & acriori, commoto p partes sensu magis exquisito præditas. Sed huius modi

Cohitus dupl. / Voluptas dupl. / Cupiditas coheũdi est maioris in fœmina. / Voluptas est maior in uiris.

modi est in uiris, ergo. Præterea ubi partes corporis exquisito sensu tactus sunt magis præditæ à præsentia obiecti conuenientis, & proportionati magis delectantur, & uoluptate afficiuntur, quàm ubi earundem partium sensus est hebetior, qualis in fœminis obseruatur, si deinde uoluptatem extensiuam consideremus, quòd etiam in uiris sit maior patet quia hæc uoluptas in seminis eiaculatione potissimum consistit, quæ cum per motũ fiat, necessarium est ut tempore mensuretur, ergo ubi longiori tempore perdurabit, eo etiam uoluptas extensiuè uehementior erit, talis autem est in uiris non in fœminis ergo. Minor patet ratione desumpta tùm ab ipso mobili, tum à uia per quam mouetur: Est autem mobile semen ipsum, quòd per sui maiorem, & minorem copiam concurrere uidetur ad hanc uoluptatem faciendam. Sed in viris semen est copiosius quàm in fęminis, ergo pluribus eiaculationibus expelletur, quàm in fœmina; Accedit secundo ratio desumpta à viarum longitudine, & breuitate, ubi enim semen per víam longiorem pertransit, maiorem etiã & diuturniorem uoluptatem efficiet, huiusmodi est in viris, & non in fœminis ergo: Postremo si consideremus uoluptatem ratione qua numerosa est, & ex pluribus cohitibus se inuicem succedentibus orta, tunc statuendum erit hanc uoluptatis speciem esse maiorem in fęminis, quàm in viris, tùm quia viri unicam uoluptatem sentiũt, quæ ex proprij seminis eiaculatione oritur, mulieres verò duplicẽ habent. Prima oritur ex proprij seminis eiaculatione; Secunda nascitur ex uirilis seminis emissione quod mulier recipiens in propria matrice, magnam sentit uoluptatem; & per hoc distinguitur à viro, quem per duplicatam uoluptatem superat, huic altera accedit, quæ consistit, in cohitu sepius repetito, nam mulier facile, & citra detrimẽtum plures cohitus eadem hora sustinere potest, quòd uiris citra insignem uirium iacturam concessum fuisse minimè videtur. Nam mulieris eadem die, & hora sunt aptæ plures etiam uiros coheundo defatigare, & citra sui laborem, & uirium detrimentum, immo cum iucunditate, vir autem nec unicam mulierem coheundo satiare põt, sed seminis defectu uoluptate nimia & spirituum insigni resolutione succedente etiam inuitus desistere cogitur ut habetur a Gal. 1. de semi. ca. 16. hinc causa reddi potest cur omnia bruta post impregnationẽ cohitum spernant & fugiant, sola muliere excepta, & ea esse potest quia sola recordationem habet de præterita voluptate, & delectatione. ad quam iterum reuerti cupiens cohitum denuo appetit. At bruta quia non recoedantur, nec discurrunt ob id etiam post impregnationem nouum cohitum non appetunt, uel secundo dicere etiam possumus in muliere illud fieri ob copiam menstrui sanguinis, qui in prægnationis tempore retinetur, & copiosè aggregatur, cuius pręsentia in causa esse potest, ut eo tempore magis etiam appetant: accedit postremo, quòd tempore imprægnationis vterus magis incalescit, quod fit quia post conceptum foetum copiosiores spiritus in uterum confluunt quam antea. Hęc de cupiditate, & voluptate.

Quomodo uoluptas sit maior in formi.

cur bruta post cõcep. cohitum spernat.

Ratio prima.

Ratio secunda.

Ratio Tertia.

De

De utero. Cap. XVII.

VT generatio fiat, præter seminis fęcunditatem alicuius etiam loci su ſcipientis conuenientia & laudabilis diſpoſitio recquiritur, quòd vegetabilium ſemina, & plantarum omnium ortus planè oſtendunt quæ per ſe ipſa nec produci poſſunt, nec ſibi ſimile generare, niſi in terra generationi accommodata recipiantur, huiuſmodi autem ea eſſe cenſetur, quæ non frigidior, aut humidior extat, qualis eſt paluſtris, à cuius nimia humiditate tantum abeſt, ut ſemen fęcunditatem ſuam oſtendat, ut potius corrumpatur, nec calidior, & arrida eſſe debet, qualis eſt arenoſa, in qua tanta ac talis humiditas non reperitur, quæ ad ſemen concipiendum & fouendũ ſufficiat, ſed ſterile manet; quæ verò ab extremis qualitatibus magis receſſerit, commoderationemque maiorem ſeruabit, ad generandum erit maximè accommodata, a pari ſtatuendum eſt de generatione hominis, ad cuius productionem ſemen ſolum aut cum menſtruo ſanguine mixtum nihil poteſt, niſi in utero optimè conſtituto receptum fuerit, huiuſmodi autem ille eſt, qui cum Hip. 5. aph. 46. & 63. merito partium ſimilarium bonam temperaturam nactus fuerit, vt in primis qualitatib. nullum exceſſum, vel defectum habeat, & prætérea in partibus diſſimilaribus congruam conformationẽ retineat oportet, in magnitudine inquã numero figura, & alijs, quibus tandem accedit utrarumque partium debita vnio, & continuatio, quæ omnia ſi ſeruauerit, tunc ſuſceptum ſemen detinebit, amplectetur, illi adhærebit, & ſuprà ipſum quodammodo contrahetur, à cuius loci calore, & ſubſtantiæ proprietate in caleſcit, alteratur, fouetur, alitur & membranis contegitur, à qua perenni actione nunquam in poſterum deſiſtit, do nec ad perfectionem, & maturationem non deduxerit.

Qualis eſſe debeat reſtitutio uteri.

De cauſa effectrice conceptionis. Cap. XVIII.

QVemadmodum ſemen terræ demandatum non germinat, nec ſibi ſimile generat, niſi uirtute agentis interni, & externi, id ipſum pro fecto cogitandum eſt euenire de humano ſemine in utero ſuſcepto, ſi homo conformari debet, quare de tali agente ſermo inſtituendus erit, quod duplex eſt externum, & internum, externum eſt Cœlum, quòd eſt agens uniuerſale, & ęquiuocũ, lumine & motu agens in uniuerſum hũc mundum inferiorem, & ratione qua vniuerſale, non magis hanc, quàm illam formam in materia introducit, ſed alterando, excitando & mouendo ſecundas cauſas, ad quamlibet eſt indifferens. Internum uero agens ſpecificum, & vniuocum eſt, & hoc in quocumque ſemine ſecundum quamlibet ſpetiem, & indiuiduum deliteſcit, à quo agente limitatur vniuerſale agẽs, nullum enim ſemen, & agens particulare per ſe ipſum ſufficiens eſt, ad generandum ſibi ſimile, niſi motum recipiat ab agente uniuerſali, à quo excitatum, & pulſum agit, & ſibi ſimile generat, de quo duplici agente ubiq;

Agens ſecunda.

Ariſt.

Oia regi ā cœlo.

Arist. etiā loquitur lib. de gen. & hist. animal. statuens quòd sol cum homine generat hominem, cum equo æquum, cum tritico triticum, & primo diuin. habet quòd inferiora, à superioribus producuntur, & 12. diuin. com. 18. repetens, inquit, nihil agere in hoc mundo, nisi prius rectum id fuerit & gubernatum à cœlestibus intelligentiis, & primo de gen. habet Auer. ꝙ elementorum generatio, & partium eorum ad inuicem gubernata, & conseruata est per motum corporum cœlestium, ita ut materia prima corporibus cœlestibus eorumque influxibus ac motibus subiecta sit, nec aliter ex illa tot indiuidua secundum quamlibet speciem generari possent, quemadmodum igitur semen terræ demandatum sibi simile non producit, nisi internus eius opifex & calor ab externo, & uniuersaliori agente terræq; calore, promotus primo fuerit, ita profectò de humano semine cogitādum oīno est, quòd quamdiu per se solum manet, sterile etiam remanet, ab ubi in loco generationi acommodato recipitur, nempè in materno utero fęcunditatem suam facile ostendit, varijsque & miris modis in debitam materiā agendo illam disponit immutat, & ad uaria officia peragenda congrue format. Qui internus opifex latentes, & admirandas uires suas non prius pate facit, nisi postea quàm ab uteri calore circumiacentiumque partium influentia à compedibus propriæ materiæ, in qua delitescebat solutus fuerit, & quasi ab otio, & quiete, ad negotium, & motum impulsus extiterit, hinc excluditur agens artificiale, à quo multum distat naturale, quæcunque enim natura constant, internum habent opificem, qui omnis motionis, & quietis principium est auctore Arist. 2. physic. & Gal. 2. de fac. nat. cap. 5. vbi dicit quæ particulas fingit, & sensim auget, omnino per eas tota extensa est, ut quæ eas totas per totas nō tantum extrinsecus, sed etiam intrinsecus nutriat, augeat, atque conformet, ita ut nulla sit particula, quæ illius cultum, & actionem effugiat, agens uero artificiale, foris tātum materiam ornat, intus uero inelaboratam, otiosam, & omni artificio uacuam relinquit. Præterea ars numquàm materiam quam format, in aliam speciem mutat, sicut naturæ conuenit, non enim artifex ex terra facit aurum, neque ex auro terram, at natura ex semine, & sanguine menstruo corpus format, & ex varijs partibus spetie differentibus constituit, cuiusmodi sunt ossa, cartilagines, uenæ, arteriæ, nerui, & huiusmodi, præterea natura opus quodcumque facit, non solum citra errorem perficit, sed eidem etiam vim tribuit, per quā ad ordinatum finem vnumquodque perueniat, quid autem sit fac. hæc formatrix, & quomodo subiectam sibi materiam alteret, & formet abundè docuimus in libro de conseruanda vita.

Differ. agentis natur. ab artificiali. Prima differ.

Secunda differ.

Tertia differ.

Post susceptum semen in utero quid fiat. **Cap. XVIIII.**

VV semen ab vtero materno magna auiditate appetitur, & illud suscipiendo insigni voluptate afficitur, ita ab omnibus eius partibus vndiq; attrahitur, retinetur, & alteratur, ut habetur à Gal. 14. de vsu par. 11. & 1. de sem. 4. quo tempore idem Vterus secundum internam suam capaci-

tatem

tatem, & collum adeo constringitur, vt nec specillus tunc ingredi possit, qua ratione fit vt semen ipsi vtero & vicissim vterus ipsi semini omni ex parte hæreat,& coæquetur, quam vteri constrictionem & suscepti seminis retentionem mulieres etiam sentiẽtes, iure se tunc cõcepisse referunt, quòd sanè semen ita receptum, & retentum latentes, & admirandas vires suas, non prius ostendere potest, nisi posteaquàm à proprio vteri calore, & circuniacentium partium influentia internus eius opifex, ad operandum promotus fuerit, quòd dum fieri incipit ab otio ad negotium accedens, naturæ motus primum exercet, eodemque temporis momento circa membranarum fętusque generationem multa mollitur, imprimis spiritum, & tenues humiditates per venas, & arterias in matricem ad se rapit, illas alterando incrassando, & futuro fętui similes reddendo, & loca excrementis suscipiendis conuenientia fabricando, quæ naturæ opera vt faciat materialem partem vtriusque seminis permixti alterat, & tenuiores, & magis homogeneas intro ad se rapit. atque recondit, ne facilem sui dissolutionem patiatur, crassiores vero extendit, & dilatat, quam distensionem si citra disruptionem sustinuerit, exterior eius pars in membranam concrescet, in qua fętus inuoluitur, vt habetur à Galen. decimoquarto de usu partium. tertio & decimoquinto. capitu. quarto lib. etiam de semine, et de infante. hoc autem vt fiat semen copiosum requiritur, quod sufficiat in membranam illam extendi, & præterea lentum, & crassum esse debet, ut vtero facile adhæreat, & procul ab omni disruptione extendatur. Præterea vterus lene esse non debuit, quia alterius corporis lenis coniunctionem non admitteret, hinc fit, ut mulier in vtero habens cicatricem, non concipiat, huius enim causa semen, vt suscipitur ita facile effluit, quòd ne contingat asper, & rugosus esse debuit. Cæterum membrana ista non vnica, sed triplex est. quintodecimo de vsu partium. quarto & quinto. quarum quælibet licet in communi materia conueniat, origine tamen substantia compositione, colligantia, & usu differunt, omnium prima quæ extrinsecus, & in eodem efformatur corion, à græcis, à latinis secundina, & intestinalis vocatur, secundina autem dicitur, quia ut plurimum secundo post partum exire solet, & quandoque etiam simul cum fętu inuoluta. Cuius origo potissimum est ex materno semine ordine autem est prima immediatè hærens ipsi vtero, quem totum intrinsecus ambit, & illius partibus potissimum nectitur, in quibus asperitatem retinet, secundum vasorum ora, quę ad illam pertingunt, quæ acceptabula vocantur, uel cottilidones, ob similitudinem quam retinet cum herba cottilidona nuncupata, & est umbilicus veneris, quæ orificia vbi mulier conceptura est, aperiuntur, & ob hanc vteri inæqualitatem, & asperitatem susceptum semen facile detinetur, & hæret, ob cuius carentiam iuuenculæ etiam ut semen eiaculatum non retinent, ita nec concipere possunt. hæc autem tunica, cum in principio tenuissima sit, per eandem etiam vapor alimentalis à dictis oris vteri facile permeat, quæ temporis progressu solidior facta, ac

Prima operatio semi.

Semen quale esse debet.

Membrana fœtus triplex ē.

Prima membrana.

Nomen

Materia ex qua.

Positio.

superficies.

proinde alimenti penetratione prohibita secundum illas partes perforari patitur, quæ dicta ora, è directo respiciunt, ut hac ratione perennis aditus alimenti pateret, cuius substantia sicut ex crassioris seminis parte fit, ita & in soliditate, & firmitudine cæteris præstare uidetur, cuius compositio ex uenis arteriis, & neruis constat, quæ uasa per tenuem hanc membranam cõtexta sunt, & instar radicum extremarum in plantis parua existunt, in maiora tamen consurgunt, non secus ac extremæ plantarum radices, in trũco finientes faciunt, uenæ quidem in uenam magnam, & arteriæ pariter in arteriam desinentes, quæ ad Vmbilicum omnes coheunt & ordinantur, per eundemque in fętum nutriendum, augendum, & uiuificandum ingrediuntur, ita ut mediante uena Vmbilicali sanguinem pro sui nutritione, & auctione ab hepate trahat, per arteriam uitalem spiritum à corde rapiat, per neruos motionem à cerebro recipiat. in quorum uasorum mediò urinaculum collocatur, & est meatus ex fundo vessicæ exortus, per quem lotium in tunicam alambdoidem effluit, ad quæ omnia præstanda prouida natura tempore conceptionis substantiam uteri non reliquit ita simpliciter membranosam, & densam qualis erat ante conceptionem, sed rarior, & spongiosior facta fuit, ut sanguinem, & spirituum copiam, non solum melius contineret, pro fętus nutritione, & auctione, verum etiam ut roris modo aliundè ea suggeret, & fœtui subadministraret, per hanc tunicam fœtus concluditur, inuoluitur, & per cottilidones ipsi utero alligatur non tamen fœtum undique circundat solum à mucronata pectoris usque ad sedem ossis ilion & toto gestationis tempore intra ipsum cõtinetur, nutritur, augetur, & cõfirmatur. Secũda tunica priori succedens alambdoidis dr̃ quæ ex Gal. 15. de usu part. 5. de diffic. vuluę ulti. 1. de sem. 7. Paulo est tenuior, & ab illa ortum habet, à cuius uenis, & arterijs mutuò coniunctis, & sensim dilatatis debitam magnitudinem acquirit, figuram habet rugosam amfractuosam ad similitudinem tunicæ multis plicis contextam, ut à quibusdã forciminalis etiam uocetur, à forciminis similitudine nomen accipiens. cuius generationis utilitas, & necessitas illa fuit, quia cum in iecore ipsius fœtus coctio fiat, & succi generentur, sicut in adultis, & in omni coctione separentur excrementa crassiora, & tenuiora, & quæ tenuiora, & acquosiora sunt, per ceruicem uesicæ non expellantur ut in adultis fit, ideo per alium ductum recipiuntur, qui in fundo uessicę inseritur, & in Vmbilicum peruenit, à quo deinde superfluitas dicta effluit in allantoidem tunicam, ubi sensim collecta, in illius plicis recipitur, & usque ad debitum pariẽdi tempus seruatur, cuius quantitas non est tàm copiosa ut ad id usque tempus contineri non possit, præsertim cum sanguis ex quo fœtus alitur, ab ista acquositate maiori ex parte expurgatus sit, & præterea ab interno, etiam uteri, & fœtus calore asiduè absummatur. His tertia tunica accedit, quæ amios dicitur, nomine accepto à mollitie, quæ ortum habet ab allantoide, cui immediatè coheret secundum internam uerò superficiem toti fœtui, quæ in substantia cæteris tenuior est, & cum fœtui etiam proximior sit, ab illius contactu detrimentum aliquod pateretur cuius utilitas multiplex habetur

Composi tio primę membr.

Vsus cõponẽtiũ.

Secunda tunica.

Composi tio.

Ortus.

Figura.

Vtilitas.

Tertia tunica.

Origo.

Vtilitas.

tur primo.de sympt.causis septimo prima est, vt fętus totius excrementa sudorifica seruaret,quam ob causam debuit quoque totum fętum circundare.secunda est, quia in tali excremento fętus quasi innatans sursum tollitur, ac vehitur,qua ratione minorem grauitatem,ac pondus vinculis, & dorso affert aborsumque facile fieri prohibet, cuius humoris causa Hip.5. aph.45.dicit,quæ vtero gerunt bimestres, aut trimestres sine causa manifesta abortiunt, his acceptabula humore sunt plena,neque possunt fœtum præ grauitate detinere,sed abrumpuntur. Tertia utilitas respicit partum faciliorem,fętus enim per colum matricis hoc humore perfusum facilius ellabitur. Quarta vtilitas est, quia ab hoc ipso humore idem matricis collum maiorem dilatationem acquirit, absq; intensiori dolore, de excremen tis autem crassioribus,quæ ab intestinis recipiuntur, nihil hoc loco dicendum,cum fętus quãdiù in vtero nutritur illis careat,ideo per aluum nullũ tale deponitur.& ratio est, quia huiusmodi excrementa sunt superfluitates primæ coctionis,quæ in ventriculo fit, circa cibos ore receptos, & fœtus quamdiù est in vtero, nec ore cibum capit, nec ventriculus coquit quod non habet,quare nec excrementa talia fieri possunt, & quamuis in nuper natis obseruetur per aluum aliqua excrementa expurgari, sciendum tamẽ ea non esse primæ coctionis superfluitates,sed potius secundæ, nempè ipsius iocinoris, ex cuius parte caua crassior pars excrementi separatur, & ad intestina dimittitur, & ideo genus hoc excrementi simile videtur humori melancolico, fęculento crasso,& nigro, & hæc de membranis factis ad fœtus generationem dicta sint. ad differentiam indusii quod procedit à fętu postquàm est factus & ab excrementis tertiæ concoctionis nascitur. Ex dictis satis clarè colligere licet quod nam sit opportunum concipiendi tempus, si namq; conceptio recquirit apertionem vasorum vteri,per quæ consuetæ euacuationes fiunt, ratione cuius apertionis interna eius superficies talem retinet asperitatem, prout retinendo semini conuenit,& vt per eadem vasa conueniens alimentum attrahatur pro fœtu generando,& neutrum horum fieri possit, vbi dicta vasa clausa sunt, cũ nec semen hærere, nec alimentum suscipi possit, sicut in iuuenculis contingit,in quibus menstrua nondum fluunt, quorum vterus lenior est, vt nec semen detineri,nec nutriri possit,ideo conueniens tempus concipiendi in mulieribus adulterioribus erit, vel mestruis incipientibus, vel eisdẽ cessantibus.quibus temporibus debitam ex asperationem & inæqualitatẽ seruat,quæ ad seminis retentionem necessaria videtur, & ex modico fluente sanguine satis alimenti habet.ad differentiam copiosę fluxionis, cum qua semen simul effluere solet, & ita conceptio è medio tollitur, quæ Gal. etiam fuit sententia lib.de dissect.vuluæ cap.10.

Prima. Secunda. Tertia. Quarta. In fœtu non fiũt excrẽ. primæ coct. Obiectio. solutio. Oppo.tunum tempus concip.

De actionibus interni opificis. Cap. XX.

HIs itaque tunicis vitalis calor,internusq; opifex munitus in puriorique ac tenuiori materialis seminis portione conclusus, & concen-

gratus cæteras internas uires suas euidentius patefaciens, ad fœtus nutritionem & formationem eodem tempore se accingit, in cuius sinu etiam si omnis agendi potestas delitescat, non tamen quodcumque corpus sibi temere fabricat, sed ei tantum specie uel indiuiduo simile, unde iam decisum fuerat, quòd ideo facit quia cum sit agens materiale, nihil prorsus agere potest, nisi secundum conditiones illius materiæ, in qua recipitur, quæ autem & quales sint soli rationi inotescunt, quoniam eiusmodi esse debent quales post corporis constitutiones se ostendunt. At corpus hoc cum mole imprimis magnum sit, partiumque multitudine, & diuersitate multiplex ac uarium, actioneque & vsu tam numerosum, atque distinctum, ita etiam per temperaturam & conformationem multi forme esse oportuit ut tot actionum numerus, totidem organis eorumque temperamentis, & conformationibus respondeant, & uicissim organa ipsis functionibus, & denique omnia facultatibus coæquentur, ex quibus ita manifestis, & sensatis ascendere licèt ad occultiora sensibus, & ratione tantum contemplabilia, statuendo quòd sicut actiones omnes ab uno vitali principio ducuntur, quòd essentia vnicum est potestate tamen multiplex, ita materialia organa omnia ab uno materiali principio emanabunt, quod pariter in essentia vnicum erit, & sibi ipsi vndique simili, vi tamen & facultate valde numerosum, & dissimile, ut potè illud in quo futuri corporis vniuersa essentia continetur, ac proinde tria illa principia, quibus quodlibet corpus, & singula quæque pars necessario constat, auctore Hip. libr. de natura hum. quibus vitale hoc principium imprimis allegatum nihil prorsus agere potest, nisi secundum dispositionem dictorum principiorum materialium, à quorum certa mixtione ita limitatur, vt in vtero susceptum, corpus ei tantum simile fabricare valeat, à quo antea decisum fuit, idem materiale principium cum quantitate exiguum admodum sit, ut per se minimè sufficiat, ad tantam corporis molem conformandam, sterile omnino maneret, nisi per vim eiusdem vitalis formalisque principij quòd continet, noua materia sub vaporis specie à materno corpore, & vtero attraheretur, retineretur, coqueretur, densaretur, & uarijs mirisque modis conformaretur, qua ratione quòd antea erat insensibile mox sub sensu cadit, quod erat vniforme, sensim difforme euadit, & quod quantitate exiguum, temporis progressu in magnam molem excrescit, quod ipsum in plantarum etiam generatione fieri obseruamus, granum enim sinapis etiam si mole exiguum admodum sit, terræ tamen demissum & interno illius calore, & opifice excitato, à materialibusque impedimentis soluto, per nouam, & assiduam alimenti attractionem, in magnam plantam extollitur, tandem idem materiale principium, cum unica temperatura, eaque ad æqualitatem magis accedente præditum sit, in eodem tamen per modum causæ, & radicis, tàm multiplex delitescit, qualis in singulis partibus post corporis conformationem

Agèntis actio a quo limitatur.

Tria pri. corp.

Similitudo.

tionem

tionem reperiri debet, ut ad propria officia obeunda benè paratę sint, quo autem tempore idem fœtus animetur, & quo ordine animæ uires, & functiones in eodem apparere incipiant, docet Hip. in libro de natura pueri. Vbi proponit historiam de quadam saltatrice quæ suspicabatur utero gestare, & propter pudorem Hip. consuluit quid ei esset agendum, ne conciperet, qui ei mandauit ut à cohitu ad septimum usque diem saltaret qua ratione susceptum semen facile effluere, atque ita non conciperet, ut hinc pateat secundum Hip. quod ante septimum diem nondum fœtus animatus est, quod ipsum Aristotel. quoque affirmare uidetur. septimo de histo. animal. tertio. quod si uerum est alicui impium uideri minimè debet si Hip. eo tantum tempore docuerit fœtum corporis agitatione, & motione ante septimum corrumpere, quàm sequentibus temporibus à propria matre uiuentem interimi. ad quæ tempora idem Hip. non minus grauis quàm religiosus respiciens, in iureiurando testatum reliquit prohibitum omnino medico fore abortum prouocare, siue id medicamentis siue alijs rationibus tentatum fuerit. Dum autem fœtus animatur facultas omnium prima, quæ in illo exercetur, & fit, uegetalis est, cuius præsentia plantarum more uitam ducit, nutritioneque, & auctione tale genus uitæ absoluitur: cui sentiens succedit, per quam cum brutis animantibus in sensu ac motu communicat, postrema omnium & soli homini propria rationalis est, per quam solus discurrit, intelligit & fœlicitatem consequitur. hunc uero animationis, progressum & ordinem Gal. passim in libro de semi. destincte patefacit & potissimum in capitu. nono, & decimo.

Quo tempore fœtus animetur.

Qua facit ut primo animetur.

Ex quibus nutriatur fœtus. Cap. XXI.

SI quæ hactenus de generatione fœtus dicta sunt, ueritatem continent, inde colligi etiam poterit ex quibus ut ex materia fœtus nutriatur, quoniam ex illis nutriremur, ex quibus constamus, & generamus, at ex semine, & sanguine generamur, ergo ex eisdem nutrimur quod autem ex sanguine fœtus in materno utero allatur, omnium consensu satis, manifestè habetur, ex semine autem ea ratione fœtus nutriri dicitur, quia semen ex sanguine ulterius ellaborato fit; præterea modus nutritionis ostendit modum generationis, at nutritio fœtus immo etiam nati indiuidui non fit ex alimento materiali propriam speciem seruante, sed in uaporem prius conuerso, in quo tamen triplex illa substantia corporis constitutiua continetur. spirituosa scilicet, humorosa, & solida, quæ licet in uapore illo distinctè nobis non appareant, post corporis tamē nutritionem cōspicuæ nobis fiunt quam ueritatem Galen. etiam cognouit quarto de usu partium nono circa finem, ubi habet

Quæ sit materia nutritionis fœtus.

Proxima materia nutritionis est uapor.

habet hæc uerba,& si ualde flatuosa quæ commesta sunt, fuerint, coquuntur tamen, ac distribuuntur facile, partem namque flatus ipsi ructus uacuant,alia autem deorsum penetrat, quod autem vaporosum simul, & utile fuerit in venas assummitur, quòd ipsum longiori oratione verum esse confirmaui in lib.de conseruanda uita,à pari statuendum,est, de semine,& de mẽstruo sanguine ex quib.dum generatur propriã speciem,& materialẽ illam substantiam amittunt,& vaporis formam induunt, in quo tamen cũ tria illa corporis principia contineantur mirum alicui esse non debet, si ex eodem totius nostri corporis essentia generari,nutriri, augeri, formarique possit, quia semen materiale etiam si in vtero cum fœmineo permixtum sit, non solum quantitate est simplicitur exiguum, ut nulla ratione, quis sibi facile persuadere possit, ex illo totum fœtum generari,immo nec minimam eius partem,nisi aliunde noua materia assiduo accederet, præterea hæc materia seminalis quamprimum est in vtero vim interni opificis in tres illas tunicas degenerat, ut ad illarum generationem,ne dum corporis totius vix sufficere posse uideatur, sed statim dubitaret aliquis hoc repugnare Medicis, & potissimum ipsi Gal. qui lib.de for.fœt.secundo & 1. de sem.8.voluit fętum generari,nutriri,& augeri, partim ex semine partim ex sanguine menstruo,iecur quidem,& cor ex sanguine, & adhuc differenter,qm̃ hepar generatur ex sanguine crassiore, per vteri venas fluente, cor autem ex tenuiori mediantibus arterijs,ad eundem vterum pertingẽtibus. cerebrum vero generari voluit ex puriori, & tenuiori parte seminis ad centrũ conuersa,à qua eadem neruos etiam oriri cẽsuit, & rursus 5. aph.6. fętus inquit, alitur sanguine menstruo fluente à toto in ipsum uterum per Vmbilicum ad portas in iecur,quæ opinio si ita nudè intelligeretur vt verba sonant,falsitate non vacaret,quia impossibile est,cerebrum,neruos,& reliquas spermaticas partes ex semine generari,cũ ad illas nulla seminis proportio habeatur. quapropter dicendum, est, fœtum generari ex sanguine non immediatè sed mediatè, quia generationis, & nutritionis materia est eadem,sed materia ex qua nutritio immediatè fit substãtia est uaporosa, in qua reperiuntur tria corporis principia,generandi,& nutriendi, non subdistincta,sed sub eadem spetie,vi[illegible]men, & scientia interni opificis separatio fit,& mox distincta omnia apparent; Et quia omnis uapor suam habet mineram vnde oritur,hæc alia non est,quàm maternus sanguis, ex quo generatio,& nutritio fieri dicuntur, sed differenter quia ex eorum vapore proximè,& immediatè,ex mineris vero mediatè, & remotè. Quod autem ex sanguine fœtus alatur testantur etiam Hip.lib. de nat.pueri,& Gal. lib. de semine cap.7.& 5.aph. 57.cæterum sanguis cum duplex sit venosus, & arterialis ex vtroque nutritio fit, ideo Gal. citatis locis inquit, fœtum nutriri ex optimo sanguine qui si debet alere in uterum confluere eum oportet confluit autem longè aliter quam faciat ante imprægnationem, si quidem in prægnante effluit, quia à fœtu attrahitur, ut non iniuria Gal. cit.lo.in semine dixerit vim contineri attractricem,coctricem,& cæteras.secundo attrahitur pars purior ac melior sanguinis.tertio assiduè & sensim eius attra

Dubitatio.

Solutio.

Materia nutritionis dupl.

Sanguis dupl.

ctio

ctio fit, at extrà tempus impregnationis sanguis in uterum citra aliquam illius attractionem confluit, ex Gal. 5.de symp. med.fac.capit.22. & tamq̃ *superfluitas,& naturæ onus à toto corpore transmittitur.* secundo confertim effluit. tertio in magna copia, quarto hic sanguis est mixtus ex bono, & malo, ideo si ob aliquam causam intra corpus cohiberi contingat, multa & uaria accidentia inducit, & quamuis in sanguine qui à fœtu etiam attrahitur aliqua portio vitiosa reperiatur, illa tamen exigua admodum, est,& à laudabili per subsequentem coctionem separatur, & ex Hip.& Gal.li.de nat.pueri, ad membranas fœtus illa pro truditur, ubi etiam vrina colligitur, partus deinde tempore *expellitur,& ab omni collecta* immunditie vterus expurgatur; hinc eorum sententia explodenda, qui putant fœtum non ex sanguine sed ex lacte potius nutriri, quemadmodum ex eodem post ortum etiam alitur; quæ sententia ex Hip.colligi posse videtur 5.apho.quando dicit: Mulieri vtero gerenti si lac ex mamillis multum fluxerit, debilẽ esse fœtum significat at non fit debilis nisi defectu alimenti ergo fœtus ex lactem nutritur, nam mulier dum utero gerit, in eius vtero nulla lactis concoctio fit, sed nutritio fit ex attracto sanguine per venam ab hepate ortã, quę in ramos duos diuiditur, quorum alter qui superior est, duos alios producit, vnus inseritur mamillæ dexteræ, alter sinistræ,& per utramque venã sanguis ab hepate in mamillas deffertur, quod potissimum fit post natum puerum, quod ipsum fieri etiam incipit circa finem fœtus formati in vtero, alter ramus qui inferius descendit in duas alias uenas pariter distribuitur quarum vtraque vtero inseritur, ut altera ad dexterum cornu matricis, alterata ad sinistrum tendat, & ambæ subintrant cottilidones, qui sanguinis motus dum omnino uel ex parte impeditur quod contingit, quando obstruuntur porri dictarum venarum, ad vterum terminantes, tunc fœtus si oĩno alimento priuabitur, vitam cum morte necessario commutabit, si in minore copia fluxerit debilitabitur, q̃d intelligere voluit Hip.in præallegato aphor. quia tunc sanguis ad mamillas recurrens ab earum propria temperatura in lac degenerat. Rursus quod sanguine, & non lacte fętus nutriatur confirmatur ex Hip.5.aph.60.

Improbant quidam.

Fœtus in utero no nutriri lacte.

Ratio prima.

Vbi dicit mulieri vtero gerenti menstruis fluentibus impossibile est fœtum esse sanum, quia ratione huius fluxionis consuetum,& conueniens alimentum fœtui subtrahitur, quæ eiusdem Hip. sententia fuisse videtur in lib.de nat. pu.ubi dicit fœtum non solum ex sanguine menstruo nutriri, verum etiam ex meliori lactis portione. Pro solutione notandum ex Gale. 5. aph.37.& 14.de vsu part. 4. quod licèt fœtus alatur tùm ex optima menstrui sanguinis portione, tùm lactis, differentia tamen est, quia fętus in quo cumque tempore sanguine menstruo alitur, lacte autem non nutritur nisi in postremo mense, in quo lac incipitur generari aliis vero temporibus non lacte, sed lactis potius materia conseruatur.

Ratio secunda.

Cõciliũ.

Per

Per quæ loca alimentum fluat ad fœtum, & quomodo.
Cap. XXII.

Opinio aliorum.

HActenus de alimento fœtus egimus, nunc de locis per quæ ipsum fluit loquendum est, in qua re diuersæ sunt sententiæ. Quidam uolunt fœtum alimentum peruentum in uterum per os capere, eo ducti argumento, quia fœtus cum primum natus est mamillas ore, & manibus quærit, ad illas sponte accedit, atque comprehendit, quod certè nō faceret, nisi tempore quo in vtero adhuc detinetur, per idem os assuetus non esset alimentum capere, quorum opinio sicut leui coniectura initur, ita facili negotio reici potest: Imprimis quia inter conceptionis initia, & ad tertium, uel quartum mensem os adhuc non est conformatum, sicuti nec uentriculus, in quo primo suscipiuntur quæ per os ingrediuntur, nec intestina sunt perfecta, in quibus huius coctionis excrementa crassiora recipi debēt quapropter si aliqua est probabilis suspitio, vt per os fœtus nutriatur, ea solum locum habebit, in ultimis mensibus formati fœtus, quo tempore secūdum omnes suas partes integritatem accepit & ut animal viuit atq; nec in postremis conceptionis temporibus fœtus ita nutriatur, ea ratione probari pt, quia primæ coctionis excrementa in intestinis recepta obseruaretur, q; tamē nullo vmquā tempore visum fuit; Alij voluerunt fœtum per os non nutriri, nec per aliam corporis partem determinatam, sed potius per totū corpus, quod instar spongiæ à matre, maternoque vtero proprium alimentum exugeret. qui pariter nutritionis modus minimè admittēdus est, quia totius naturæ ordinem inuertit, nam cutis est potius receptaculum excrementorum tertiæ digestionis, quæ insolidis totius corporis fit, sudoris inquam sorditiei, & pilorum, quàm terrestrium earum superfluitatum, quæ in prima coctione separantur: Præterea eorundem excrementorum sequestratio quæ in cute fit, non solum supponit tertiam digestionem, sed secundam etiam, & primam sine quibus præcedētibus tertia sequi minimè potest. Sed supra ostensum fuit, quod in vētriculo ipsius fœtus, nulla celebratur concoctio. ergo. quapropter melius censuit Hip. lib. de for. fœt. & Gal. 14. & 15. de vsu part. 5. primo de sem. 4. & 6. quem Auic. est sequutus, fœtum per easdē venas vteri, nutriri, & augeri, p quas etiā sanguis mestruus ante conceptionem efluebat, differentia tamen est, quia tempore formationis fœtus. sanguis & spiritus immediatè non attrahuntur à dictis vasis. Sed mediāte illa membrana, quæ chorion dicebatur, quæ aliud esse non videtur, quàm dictorum vasorum omnium vteri radicatio quædam, per hanc enim vasa omnia feruntur, quæcunque secundis in sunt.

Improbatio.
Ratio prima.
Ratio secunda.
Ratio tertia.
Alia opi.
Improbatio.
Ratio prima.
Ratio secunda.
Vera opi.

Membra an simul omnia, vel successiuè generentur. *Cap.* XXIII.

CIrca eandem conceptionem dubitant plerique an membra omnia nostri corporis vno & eodem tempore simul generētur, vel potius successiuè,

cessiuè, & ordine aliquo, cuius quæstionis resolutio ardua, & difficilis est, non solum quia formatio fœtus & partium omnium generatio non extra, sed intus & latenter fiat, ut interno potius opifici quàm nobis nota esse uideatur, Verum etiam, quia inter ueteres magna fuit dissensio, nam Hip. libro de infant. eius sententiæ fuisse videtur, vt membra omnia simul fiant, & producantur, fundamento dessumpto ex partium omnium consensu, & mutua illarum conspiratione, sicut enim singula quæque membra singulis vtilitatem, & vsum aliquem præbent, ita ab eisdem vicissim suscipiunt, quòd si verum est rationi consentaneum videtur, vt quemadmodum partium omnium mutua conspiratio habetur, ita earundem generatio vnà, & simul fieri debeat. Secundo semen est corpus homogeneum, & calor est agens uniforme, ergo æquè in talem materiam totam simul aget, & ita membra omnia simul conformabit.

Cã diffic. duplex.

Ratio prima, quòd oïa membra simul genẽ.

In contrarium non desunt rationes, quarum prior à naturæ progressu in rebus omnibus constituendis accipitur, quæ certè nec totum, nec partes eius uno eodemque tempore format, sed cum ordine semper progrediens, ab imperfectis ad imperfectiora ascendit, quod tum alia naturæ opera ostendunt, tùm plantarum generationes, cum quibus homo etiam in vegetali facultate communicat, per hanc enim sicut plantæ generantur, aluntur, & augentur, per eandem etiam homo conformatur. Sed plantæ & partes ipsarum non simul fiunt, sed ex iacto semine primum quòd conspicitur est tenuis quidam cauliculus, qui ad terræ superficiem tendit, mox in centro eius radices figit, à quibus deinde caules & truncus nascuntur, inde postea rami, frondes, flores, & fructus miro, & successiuo ordine originem ducunt. ergo id ipsum iuditium ferendum erit in hominis, aliorumq; animantium generatione, quare ex virili semine, in conueniente matrice eiaculato totus fœtus simul, & secundum omnes partes eodem tempore non generabitur, sed successiuè & cum ordine quæ ratio à Galen. proponitur libro de format. fœtus cap. 3. confirmatur experientia dessumpta à saltatrice proposita ab Hip. libro de infan. quæ prę pudore nolens concipere, saltando genituram in sexto die eiecit, in cuius pellicula iuditio sensus conspiciebatur contentum rubrum esse, & hepati magis simile. ergo membra omnia simul non generantur, conformantur, & augentur, sed illa quæ natura maiora sunt prius etiam in formando fœtu nobis apparent, & maiora augmenta suscipiunt, ideo priorem generationem, habere etiam videntur; Accedit quod facultas formatrix licèt ia totam subiectam materiam æquè agat, ualidiorem tamen se ostendit, in generatione, & auctione unius quàm alterius partis, quod est in causa, ut membra principalia, quæ natura sunt maiora, & copiosiori, ualidiorique calore prædita, citius appareant, & augumenta suscipiuant. Aristote. quoque secundo de gener. animal. capitu. quarto ex omnium veterum philoso. consensu affirmat,

Quod partes eodẽ temp. nõ gene.

Ratio prima.

Ratio secunda.

Ratio tertia.

Ratio quarta.

membra interiora prius secerni quàm exteriora, & rursus membra superiora quæ sunt supra septum prius efformari, quàm inferiora, vt in generatione maiorum animalium conspici affirmat: & tandem multis rationibus concludit, cor omnium primum rationabiliter generari, vt suo loco patebit. Gal. etiam lib. cui titulus est, An omnes partes animalis simul generentur. dicebat quod etiam si clara huius quæsiti euidentia soli creatori innotescat, rationabili tamen omnino videtur. non omnes partes simul produci, & ratio ea esse potest, quia generatio cum semper progredi videatur ab imperfectioribus ad perfectiora. in hoc etiam supremo naturæ opere condendo, hunc ipsum ordinem, ac partiũ successionem seruari oportet. ergo non omnes partes simul consistent: immo si iudicium etiam sensus sequamur, clare conspicimus in conceptione formandoq; fœtu, nonnullas partes primo conformari. aliis nõdum apparentibus, sed paulo post in conspectum veniunt. Immo post partum etiam æditum videmus dentes & cornua superuenire, quod ea ratione factum fuisse ab intelligentia non errante, existimandum est, quia cum dictarum partium generatio informando fœtu nulla habebatur vtilitas, & necessitas. sed solum post generationem, ideo hoc etiam & non alio tempore prudens natura hæc producit. Tandẽ Ars omnis quicquid agit ad naturæ imitationẽ agit et operatur, at nos videmus, quod nulla ars opus suum totum & integrum simul conformat, sed cum otdine & successiuis temporibus. ergo longæ magis ipsa natura idem in generando homine seruabit. cum igitur ex his satis cõstet, quod in generando omnes partes simul non fiunt iure partium ordo & ordinis causa cognoscenda est.

Ratio quinta. — Ratio sexta. — Ratio septima.

Solutio difficultatis. Cap. XXIIII.

PRo resolutione propositæ difficultatis statuendum est, vno & eodem tempore, atque ẽt diuerso partes fœtus formari. Nam si considerentur generationes pattium eius in ordine ad cõem finẽ, in quem omnia naturæ opera semper diriguntur, in eodemque conueniunt, vniuntur, & simul cõspirant, hac ratione cum Hip. dicendũ corpus vniuersum totum simul esse conspirabile, & partes oẽs eius adinuicem, & mutuò se adiuuare, & cõmunem finem habere, atque ita simul omnia fieri; at si partium pluralitas inter se comparetur in illis ordo reperietur prioris, & posterioris, ita vt partium aliquæ sint priores aliis natura, tempore, dignitate diuersisq; modis, & hoc modo membra principalia quibus corpus vniuersum regitur, cæteris priora omnibus rationibus erunt; quæ autem ex istis partibus principalibus priorem generationem habeant magna semper fuit apud veteres difficultas, quæ res vt clarius ellucescat à partium distinctione exordiendum, quarum aliquæ principales sunt vt cor, cerebrum hepar, & testes, Gal. auctor. lib. art. med. cap. 9. aliquæ sunt inseruientes, vt cæteræ

Solutio diffic. Generatio partium dupl. — Quæ ex princip. sit prior pars. Diuisio par.

teræ omnes: rursus principalium quædam respiciunt conseruationem indiuidui, vt hepar, & cerebrum, quædam speciei, vt testes, quare inuestigandum erit priori loco an principes partes generatione & tempore priores sint non principibus, dico tempore, quia quod dignitate, & actionum præstantia antecellant, omnes concedunt. secundo si partes principales tempore priores erunt, inquirere oportebit an illæ præcedant quæ ad indiuidui conseruationem ordinantur, vel illæ potius, quæ speciei propagationem respiciunt. Præterea cum partes principales indiuidui valetudinem respicientes plures sint, quæ nam ipsarum priores, & quæ posteriores habendæ sint, inuestigatione dignum erit; denique si inseruientes priorem generationem obtinuerint cum istæ plures sint eadem quærendi occasio ut de prioribus oritur. Quo ad primum consentire omnes videntur, quod inter tot corporis partes priorem generationem illæ habere debeant, à quibus reliquæ omnes reguntur, & gubernantur, sed à partibus principalibus vniuersum corpus regitur, ergo eorum generatio prior erit, immo ab istis complures aliæ originem ducunt, vt secundum Medicos arteriæ à corde, venæ ab hepate, & nerui à cerebro nascantur. confirmatur etiam quia cæteræ omnes partes seorsum à principalibus nullam actionẽ obire possunt, ergo priorem generationem illæ habebũt; nam sine hepate in corpore nulla fieret nutritio, sine cerebro nulla sẽsatio, aut motio, sine testibus cessaret omnis generatio. secundum etiam quæsitum omni cõtrouersia carere videtur, cum omnes pariter fateantur ea mẽbra priori loco generari debere, à quibus indiuiduum totum regitur, quam illa quæ speciei propagationi inseruiunt. sicut enim natura post productum indiuiduum illius conseruationi primo incumbit. quam speciei propagationi, ita etiam generationis tempore eadem sollicita magis esse debet de generatione eorum membrorum principalium, quæ ad proprium opus conseruandum ordinantur. quam eorum quæ speciem potius respiciunt, hinc est vt indiuiduum à primo naturæ ortu vsque ad vitæ extremum nutritioni semper incumbat, generationi autem non semper, cum in medijs tantum ætatibus corpora nostra generandi sibi simile potentiam habeant, eadem verò in extremis ætatibus careant. Quod autem magnam facit difficultatem, est de prioritate membrorum principalium, quæ diriguntur ad conseruationem indiuidui, in qua re digladiantur philosophi cum Medicis, & ambo inter se. Arist. inter philosophos lib. de iuuent. & senect. vita, & morte cap. secundo. de histor. animal. de part. animal. tertio. & quarto. secundo de gener. animal. quarto. statuit cor omnium primum generari, contra Galen. inter medicos lib. de formatione fœtus. cap. 2. & 3. & 15. de usu part. cap. 6. & primo de sem. octauo. dicit arduum admodum esse hoc cognoscere, & distinguere. & soli creatori innotescere; si tamen aliquid rationabiliter proferre licet, statuendum est, inquit Galen. partem quæ primo generatur esse hepar. secundo cor, tertio cerebrum. Alchmeon caput primo formari censuit, cui lactantius firmianus in lib. de opif. mundi consentire videtur, sumpto ex

Secunda qõ.

Tertia qõ

Quarta quæstio.

Solutio pri.

Solutio secun.

Solutio tertii.

Opinio Arist.

Opinio Gal.

Opinio alchmeonis.

auibus argumento, in quibus sæpe deprehendit oculos in fœtibus primo effingi. Auic. statuere videtur membrorum omnium primum Vmbilicum esse, per hunc enim cætera membra in vtero alimentum capiunt, ommitto, qui etiam asserunt magnũ digitum pedis primo efformari. Hip. uelle videtur omnia membra principalia simul fieri, examinanda imprimis est Aristotel. opinio, quæ multis rationibus rationabilior cæteris uidetur, cuius ueritas probari imprimis potest ratione dessumpta à vita, & morte nam illud membrum quod primo viuit, & ultimo moritur ante omnia generari debet, sed huiusmodi est ipsum cor, ergo. maior satis manifesta, est, Minor autem probatur quia omnia viuunt propter animam, sed prima animæ sedes est cor, ergo in eodem primo est vita, illius vero gratia in cæteris partibus, quamdiù enim cordis influentia in reliqua membra fit, & perdurat tamdiu etiam illud corpus uiuit, & secundum singulas partes ad propria offitia descendit quamprimum uero dicta cordis influentia desinit, totum etiam corpus & singulæ eius partes propriis functionibus destituuntur, & otiantur; Alia ratio summitur à motu qui primo cordi inest, & illius gratia cæteris partibus communicatur, tanta enim est connexio vitæ cum motu, & vicissim motus cum ipsa vita, ut motus quasi ipsamet vita videatur, uel uitæ causa, quapropter ut cor est fons uitę, immo totius uitæ, ita est principium motus, & totius motus, ac proinde omnium motionum, causa quæ in alijs partibus fiunt, Cor enim mediante suo perenni motu, & minimè laborioso, assiduo generat uitalem spiritum, sine quo uita nec tantillum sustineri potest, & quandiù cor tali motu præditum est, tamdiu etiam vita in corpore superest, hoc eodem motu debilitato, deprauato, vel ablato ubique etiam uita imbecillior fit deprauatur, vel auferrur. quare membrum illud in generatione est omnium primum, quod ante omnia mouetur, & illius motus causa cætera mouentur, & ad proprias actiones impelluntur, & sine cuius motu, quiescunt, & otiantur omnia, sed huiusmodi est cor: ergo. hoc idem etiam in magno mundo fieri obseruamus, in quo vitalis eius spiritus non aliter huic inferiori mundo communciatur, quam per ipsum motum, cuius virtute assiduæ fiunt generationes, & corruptiones, quæ tamdiù etiam perdurabunt, quoad Cęli influentia & motus persistent, quibus pereuntibus, & diuina uoluntate cessantibus, statim & temporis momento rerum omnium generatio desinet, & quæ iam genita fuerunt subitò interibunt. nec ob aliam causam continget, nisi quia consueta influentia spiritus uitalis facta mediante motu, ablata erit: ad cuius similitudinem cor se habet in ipso homine & paruo mũdo. quare sicut est prima animæ sedes, ita sui influẽtia uitæ ac motus principium erit; Altera ratio summi potest à principatu agentis instrumentalis; ad operandum enim duò potissimum concurrunt, anima vt agens principale & calor seu spiritus, ut præcipuum animæ instrumentum quemadmodum igitur uninersa anima primaciam sedem in corde habet, ob eandem rationem etiam oportuit, quod

eiusdem

Opinio Auic.

Opinio Hip.

Arist. opinio comprobatur

Rõ prima.

Ratio secunda.

Ratio tertia.

eiusdem animæ totale, & præcipuum instrumentum simul cum illa ipsa sedem in corde retineat, ut quemadmodum in illo anima primo residet, per eundem etiam in corde ageret, & vbique operaretur, & sicut calor iste totaliter, & principaliter in corde reperitur, in eodem etiam totalem animæ operationem exerceret, nempè vitam ipsam, ergo vt cor est prima sedes animæ, ita ipsius caloris esse debet, in quo assiduò generatur, in illoque rationem causæ absolutè habet. in cæteris uero partibus sicut partibiliter suscipitur, & à corde dependet, ita habet rationem effectus, præterea in corde genericam naturam causæ seruans, animæ inseruit, ut genericas operationes eddat, quæ sunt uita, & motus: in cæteris autem partibus receptus, partiales operationes exercet, ubi etiam particularia nomina acquirit; in hepate enim in quo particulare animæ officium producit, sanguificandi uidelicet, naturalis dicetur, quia animæ inseruit secundum infimam illius potentiam, quæ uegetalis dicitur. In cerebro ubi exercet sensum, & morum quæ sunt operationes facultatis animæ paulò superioris, & animalibus communis, animalis denominabitur, ita in oculo ubi inseruit eidem animæ secundum facultatem sentientem, magis specialem Visorius denominabitur, & ita de aliis, huic alia ratio additur desumpta & ipsa ab origine omnium instrumentorum materialium, quibus anima vnà cum suo calore, & spiritu assiduo vtitur, vt seipsam suumque calorem, & spiritum cui perpetuò nectitur, toti corpori communicet. Nam si cor est prima sedes animæ, & caloris, & cordis causa distribui debent in totum corpus, ergo oportet ab eodem corde, tamquàm à fonte oriri debere omnia organa & vias, per quas animæ facultates omnes à calore & spiritu, deferri, vehique possunt in cæteras omnes partes. Sunt autem ista organa tria potissimum. Venæ, Arteriæ, & nerui. Per arterias vita commubicatur toti corpori, per neruos sensus, & motus, per venas facultas altrix, ex qua instrumentorum origine colligitur cor omnium primum efformari, & huius causa cætera omnia suo ordine constitui. Quod autem à corde nascantur arteriæ fatentur omnes, quod venæ etiam ab eodem nascantur, patet, quia in illo membro est prima radix venæ, in quo, & cuius interna substantia infigitur, & recta via non penetrat, sed huiusmodi esse conspicitur vena in corde, & non hepate, ergo cor erit prima radix venarum. & non hepar. Minor probatur, quia si uenam cauam consideremus, quæ in cor tendit, patet quod ingreditur dextrum ventriculum cordis, deinde in ipsius substantiam insummitur, ibique terminatur, & figitur; altera autem vena, quæ ex parte cordis Paulo superiori ad pulmonem transmittitur, à priori longè distare videtur, vt propriè non sit vena, sed potius vena arterialis. si vero hepar intueamur non videtur dici posse venarum origo, quia in eo nulla vena conspicitur, quæ in illius substantia tamquàm in prima radice infixa, & recondita sit, prout radici conuenire videtur, sed vena quælibet recta via penetrat hepatis substantiam,

Spiritus unde uarias denominationes habeat.

Quinta ratio.

Tria esse organa facult. omnium

Venarũ originẽ esse à corde.

Venarũ originẽ non esse hepar.

tiam, & in eo nulla terminari apparet; tandem quod ab eodem corde nascã tur etiam nerui probatur quia orta attestantur suis principijs, sed neruorũ substantia dura est, ergo à corde magis nascentur, quòd cum illis consimilem habet substantiam, quàm à cerebro, quod nimia sui mollitie satis superque a neruorum natura distare videtur, neque obstat quod à corde copiosa illorum propago non ducatur, sed potius à cerebro, quòd fuit in causa, vt Medici statuerint cerebrum eorum esse primam originem, ob quam eandem etiam decernunt idem cor non esse principium venarum, sed potius hepar, cum multis venis contextum esse videatur, non inquàm valet proposita ratio, quia natura sicut in superfluis non redundat, ita in necessarijs non defecit, sed ad influendas dictas facultates à corde in reliquas partes, & præcipuè in principaliores, exigua propago neruorum, & venarum sufficit, à quibus deinde, vt communicarentur cęteris partibus corporis, maior propago recquirebatur, ideo vt à corde facultas in cerebrum influeret, unicus neruus sufficiebat propterea natura plures in eo nõ fabricauit; at vt à cerebro in cæteras omnes partes animalis facultas diffunderetur plurium neruorum numerus erat necessarius, ob quam causam eadem natura coacta fuit à cerebro plures neruos ducere, id ipsum etiam de venis statuẽdum est in hepate præterea sicut partes omnes corporis in lucem iam edditæ talem ordinem in suis functionibus seruant, vt à corde tamquàm à primo fonte dependeant, à pari existimandum est eundem ordinem in earum generatione seruari, quia cor omnium primum reliqua autem posterius generabuntur. Cõcludendum est igitur, quod cor ratione qua primo, uiuit, cætera vero membra secundario, & illius gratia, membrum sit principale, & rursus idem cor ratione qua postremo moritur adhuc magis omniũ primum dicendum sit, cum cæteris omnibus uitam tribuat. Pręterea secundo de gen. animal. 4. Arist. ex plantarum generatione hanc sententiam magis confirmat, sicquidem animalis & plantarum eadem generatio esse videtur, ambo enim fiunt ex semine, & à facultate formatrice, in debitam materiam agente, sed in plantarum generatione primum quod producitur est pars superior deinde inferior, vt patet de cœpa antequàm seratur, ciuus germen cordis analogiam habet, triticum etiam terræ demandatum cũ primum ab insito eius calore, & ambientis alteratur, ad suique similis productionem promouetur; primum quòd concipitur, atque secernitur, germen est, quod in partem superiorem emittit, deinde secundum inferiorem radices iacit in terra. per quas superior pars, cordis similitudinem habens tamquàm per radices alimentum à terra trahit, sic in animalis generatione cor est veluti germen sursum tendens, Vmbilicus vero & membrana quàm secundam vocant radicis officium gerit, ideo de orsum descendit, & per illa fœtus alimentum à matre trahit, & sexto de Natura animal. capitu. 3. idem comprobat experientia desumpta à brutorũ generatione: Vbi dicit cor in Ouo, quasi punctum sanguineum in candido liquore primo scõsistere, qđ & salit iam, & mouetur vt animal, ommitto rationem desumptam à posi-

Neruorũ origine esse cor.

Obiectio.

Solutio.

6. Ratio.

7. Ratio.

8. Ratio.

9. Ratio.

tione

tione eiusdem partis, quoniam cor quasi in cētro corporis locatum, instar principis in ciuitate se habet, cui locus eius medius conuenit, quam rationem tetigit idem Aristo.lib.de par.animal. 3. tādem id quod alitur primus alimento, & organo per quod alimentum defertur, subsistere debet, sed Vmbilicus est tamquàm radix in planta, per quem cor alimentum recipit, ergo primo formabitur, quod si quis oppositū statuat, statim sequitur hoc inconueniens, quod ante formationem cordis nutriendi, per Vmbilicum alimentum otiosè duceretur, & in planta similiter, si radices primo & ante germen generarentur, alimentum alitum præcederet. Contra Gal.lib.de format.fœ. 3. statuere videtur primas sedes in generatione hepati deberi, ad quod affirmandum communi fundamento cum alijs innite uidetur, qui cordi principatum tribuunt; ea pars inquit, omnium prima generari debet, cuius præsentia, & actione cæterę subsistunt & operantur, sed huiusmodi est hepar, ergo. Minorem probat quia hepar est sedes facultatis naturalis, & nutrientis, quæ cum cæteris natura prior sit, tantam habet in corpore viuente necessitatem, vt nullum animal, vel aliqua eius pars absque illius ope consistere, aut operari possit, sed reliquarum omnium fundamentum existit: uiuit enim animal benefitio alimenti, sed hoc non coquitur, nec in substantiam nutriti uertitur, absque facultate naturali conuertente alimentum in sanguinem, cuius sedes principalis cum hepar sit, ideo ante omnia primo generari debuit; quæ ratio satis probabilis videtur, immo cōtra ipsum retorqueri facile potest, quia hepar nec aliqua alia pars propriū officium obire potest, nisi agendi facultatem à corde accipiat, ergo hepar non poterit sanguinē generare, nisi sanguificandi facultatem à corde prius susceperit, præterea ubi nulla fit substantiæ resolutio, ibi nec restauratio alimento facienda locum habere potest, at in primis sex diebus in quibus fœtus formatur partesque eius adumbrari, & delineari incipiunt, nullus substantiæ effluxus, effatū dignus fit, ergo per id tempus nec alimento egebūt. ac proinde nec hepate, tamquàm aiimenti officina, contra vero in quocūque tempore conceptionis facultas formatrix nihil prorsus agere potest, absq; vitali calore, at sine corde nullus calor vitalis esse potest, ergo primū quod generabitur in formatione fœtus erit cor. Addo quod nulla pars corporis generatur antequam illius vsus necessarius sit, ita dentes non producuntur, nisi postquàm solidioris cibi vsus habendus est, nec cornua tauris nascuntur, nisi post corporis firmitudinem, sed inter conceptionis initia fœtus non eget hepate, sed corde ergo. Secundo addunt aliam rationem ex progressu naturæ dessumptam, quęcumque enim à natura fiunt eo ordine semper fieri videntur, vt ab imperfecto ad profectius progressus fiat, sed inter membra principalia illud est imperfectius, quod sedes, & organum est facultatis naturalis omnium infimę, paulo perfectius est cor, q; sedes est facultatis vitalis, perfectissimum erit cerebrum, quoniam organum est facultatis animalis, quæ nobilitate & perfectione cæteris omnibus præstat, ergo hepar primo cor secundo cerebrum tertio loco generabitur, quo deinde

10. Ratio · *Confutatio.* · *Opi. Gal.* · *Ratio prima.* · *Confutatio rōnis.* · *secunda confut.* · *Tertia cō fut.* · *Ratio secunda.*

inde fit, ut fœtus dum generatur. primo uiuat vita plantæ secundo vita animali. tertio vita intellectiua, quam introduci volunt in quarto mense, quo tempore embrio est præparatus ad susceptionem huius formæ perfectioris, prioribus vero temporibus solum dispositus est ad præcedentes formas imperfectiores recipiendas: formæ enim ex Plat. sententia non imprimuntur nisi secundum merita materiæ, quæ pariter ratio nihil demonstrat imprimis quia iactum fundamentum non est necessarium, non enim natura componendo, & generando semper progreditur ab imperfecto ad perfectius, quia tunc nullum membrum principale primo & ante imperfectiora, & minus principalia generari deberet, sed contra imperfectiora, & viliora perpetuò præcederent, ergo hepar licèt ratione qua imperfectius est alijs membris principalibus priori loco produci deberet, si tamen ad reliquas omnes corporis partes conferatur, citra omnem controuersiam perfectius illis erit, quare posteriorem generationem acquirere etiã deberet, q tamen est falsum, quia ossa, cartelagines, Musculi intestina vesica & cætera huiusmodi ante ipsum hepar non generantur, ideo melius est si dixerimus quod illa membra à natura producuntur priora, sine quibus cætera subsistere, & operari non possunt, at sine corde nullum membrum permanet vel operatur, ergo cor omnium primum generabitur, Præterea addũt illud membrum promptius generatur, & concrescit quod substantiam habet magis similem sanguini, huiusmodi est hepar, quod est Parenchima, & veluti sanguis cõcretus ex Gale. 6. de plac. 8 & 10. meth. vlti. ergo hepar primo loco generabitur, maior euidens est, quia sanguis est materia generationis membrorum. Minor autem sensui manifesta videtur, ideo Hip. in lib. de infant. historiam proponit de psaltria, quæ sexto à conceptionis die genituram in terram cum strepitu emisit, cuius corpus intra pelliculam contentũ eiusmodi erat inquit Hip. rubrum videlicet, & rotundum, quod hepar magis quam aliud membrum repræsentabat, quæ pariter ratio sicuti ex apparẽtibus deducitur, ita facilem solutionem admittit, quamuis enim sanguis materia sit generationis membrorum, non tamen sola materia sufficiẽs est, sed necessario recquirit aliquod agens, quod sanguinem generet, vel genitum attrahat, attractumque formet, quod agens cum materiale sit in subiecto aliquo residere debet, in quo, & per quod agat, huiusmodi autem aliud esse nõ posse uidetur, quam ipsum cor, cui solum competit ut sit fons caloris, in quo anima & quælibet eius facultas primo recipiatur, & sine illo nihil prorsus operari possit, ergo facultas formatrix cor primo sibi fabricauit, in quo principaliter residet, deinde alias partes, in quibus aliqua animæ facultas solius cordis gratia reperitur, confirmatur ex Auic. fen. 21. can. 3. tract. 1. capit. 2. vbi de generatione embrionis loquens inquit, nihil ali, nutririque posse, quod etiam nou uiuat, ergo primo & ante omnia illud membrum produci debet, à quo natiuus vitalisque calor ut à fonte emanat, sed omnium philosophorum, & Medicorum consensu radix vitalis caloris, & prima sedes est cor, ergo primo & ante omnia debuit generari

Confutatio. · Ratio tertia. · Confutatio rõnis. · Alia confutatio. · Epilogus

hactenus

hactenus ergo patet quod in generatione fœtus partes principales primo generantur, & inter has, quæ ad indiuidui conseruationem ordinātu r præcedere illas, quæ speciei propagationem magis respiciunt, & rursus inter regentes indiuiduum, omnium prima quæ adumbratur, & lineatur esse ipsum cor, quæ autem huic in generatione proximius accedat explicandum superest. Rationabile autem videtur, quod illa priorem habeant generationem, quæ cordi prius inseruiunt, & sine illis non potest virtutes, & calorē uitalem in cæteras partes distribuere, huiusmodi autem sunt hepar, & cerebrum, hepar quidem iuseruit, materiam, & alimentum subministrando, cerebrum verò cordis feruorem contemprando, sensumque & motū subiectis partibus distribuēdo; quę deinde duo viscera si mutuo comparata fuerint illud prius generari debet, quod ad uitam est magis necessarium, tale autem esse videtur ipsum hepar, quod sanguinem generando, materiam alimenti pro totius corporis conseruatione suggerit. ideo ex anatome conspicitur, quod Vmbilicus per hepar transiens terminatur in cor præterea alimentum antequam ad cor perueniat, & præparari, & coqui debet, hanc autem coctionem non nisi in hepate acquirit, propterea hepatis cum corde maior est vicinitas, quam cum cerebro, ac proinde priorem generationē habebit, cui cerebrum succedet, quod minorem alendi, & subsistendi necessitatem retinere videtur, fœtus enim inter suæ formationis initia cerebro non ita egere videtur, cum per id tempus videre, olfacere, gustare. discurrere uel moueri nondum opus habeat, quare posteriorem generationem habebit: his tandem cæterarum partium omnium producto sequetur, quę pariter cùm citra omnem confusionem fieri debeant, eandem ordinis & productionis rationem seruabunt, prout in principalibus reperiri ostēdimus; quapropter illæ partes priorem generationem habebunt, quarum maior, & magis necessarius vsus erit in conseruatione principalium. Nec plura de generatione fœtus ac partium ordine dicenda occurrunt, tùm quia ex eisdem propositis fundamentis reliquarum partium ordo dessummi potest, ex quibus etiam principalium ordinem deduximus, tum magis, quia dictarum partium generationis ordo ratione potius est contemplabilis, q̃ quod sensuum iuditio cognosci, & exactè distingui possit. Si autem sermo fuerit, non solum de genesatione partium fœtus, sed ēt ante ipsum fœtū tunc statuendum erit, quod membrane circumuoluētes ipsum fœtum, omnium primæ generabunt, nec non etiam vasa quibus constat inuolucrum chorion; perquę fœtus generandus, & partes eius, accepturæ sunt alimentū & spiritū. vt clare testatur Gal. 15. de usu part. 4. & 5 & 1. de sem. passim. & ratio est clara, quia cum fœtns & eius partes contineri debant à dictis inuolucris, & per eadem alim. & spiritum accepturæ sint, ideo priori etiam loco generari debent. Neq; obstat si quis Gal. obijciat 6. de plac. hyp. & Plato. ca. 6. vbi habet, quod venæ et arteriæ quibus membrana chorion contexta est, originem habent à vena hepatis, & arteria cordis. ac proinde videtur, quod hepar tamquam venarum orig. & cor vt origo. arteriarum prius ge-

Epilogus

Solutio 4 quæst.

Post cor, 1. generari hepar.

Ratio prima.

Ratio secunda.

cereb. gener. post hepar.

Aliarum partium ordo qs.

Obiectio

nerentur ante dicta vasa. non inquàm valet, quia etiam si ratione qua vim influentem recipiunt, à corde & iecore, vt à partibus principalibus ipsius fœtus, ab illis dicta vasa originem habeāt, sicut loquitur etiam Gal. 6. illo de plac. si tamen ex altera parte cōsiderentur, vt fœtui inseruiunt, tamquā ductus sanguinem & spiritum deferentes ad ipsum, hoc modo originem habebunt ab orificijs vasorum vteri, quorum generatio, fœtus & partium eius conformationem præcedet. & hoc modo loquebatur Galen. 15. de vsu part. & 1. de sem. Quod autem lib. de plac. idem Gal. dicta vasa consideret, ut influentiam recipiunt à corde & iecore, vt à membris principalibus, patet quia ibi dicit, si comprimantur arteriæ circa vmbilicum fœtus, quæ in chorio sunt, pulsu carebunt. ecce quàm clare ad vim influentem respiciat.

Solutio.

De gestatione fetus, & multiplici gestationis tempore.
Cap. XXV.

QVemadmodum in ortu plantaruumque mutatione contingit, vt nec eodem tempore conformentur, vel fructus ad maturitatem perueniant, & à proprijs plantis sponte decidant pondereque adiuuante separentur, ita profecto humano fœtui accidere obseruamus, qui tādiu propriis appēdicibus in materno vtero coniunctus manet, quàm diù nutritionis vi debitam magnitudinem, partiumque omnium nnmerum, ac perfectionem acquisiuerit, quo sanè tempore alimenri penuria impulsus, loci angustia opressus, caloris que euentandi maiori necessitate coactus, agitari incipit, & motibus validioribus præter consuetudinem moueri, viamque & egressum sibi parare, in qua motione tam diù versatur, donec manibus, ac pedibus calcitrādo, vincula soluat, & proprii carceris fores sibi aperiat, quod facit internam quandam pelliculam rumpendo, mox & cæteras illi adhærentes debilitando & frangendo, quòd quam primum contingit, icores & cruenta multa ex utero primo effluunt. Vt viis ita lubricatis, iam formatus fœtus facilius exeat: quapropter de partu secundum naturam agendum occurret, si tamen priori loco de gestationis tempore tractauero, res sanè non minus difficilis, quam controuersiis plena. in cuius explicatione tria potissimum declaranda propono, primo varias philosophorum, ac Medicorum sententias adducam. secundo singulas examinabo. tertio qui partus vitales sint, & qui non expendam. Ad primum igitur accedens supono per gestationem nos intelligere totum illud tempus, quo fętus in vtero concipitur, ibique moratur, donec maturescat, & excat, quod sanè tempus sicut in cæteris brutis certum & determinatum est, ita in solo homine multiplex ac varium obseruatur, ut colligitur etiam ab Arist. 4. de gen. animal. 4. & 7. de hist. animal. 4. Nam inter bruta canis quatuor tantum mensibus fœtum suum gestat, Camellus decem mensibus, equa annum vnum absoluit.

Tempus gesta.

Tempus paruus.

Tria de gesta. explicanda.

Tempus gest. multipl.

absoluit. Ellephans per duos annos fœtum suum retinet, cuius perscriptio nis causa in brutis animantibus ea esse potuit, quia hæc in victu vniformitatem seruant, ut alimentum à fętu etiam attractum sit semper idem, & vniforme, & præterea statutis temporibus tantum ad cohitum accedunt; ortus uero hominis semper varius ac multiplex fuit, vt Polibus pro primo limite sextum mensem statuerit, philosophi & Medici omnes concorditer dicunt esse semptimum, vltimum vero & consumatum non nulli dicunt esse decicum alii vndecimum quidam ad xiiij. etiam ascenderunt mẽsem. quòd Auic. etiam verum esse affirmat lib. 3. fen. 21. quamuis ex aliorũ potius, quam ex sententia propria illud proferat in qua re Hip. videtur etiã sibi contrarius. Nam in lib. de nat. pueri, statuit partum maturuumque omnino, & ad summum fieri in decimo mense, quem terminum mulier pertransire naturaliter non potest, & addit, quod illæ fœminæ, quæ aliter fieri affirmant, decipiuntur, vel mendaces sunt: quandoque enim contingit, illarum matrices flatu repleri, & ipsæ tunc se concepisse falso affirmant. At lib. de alimento aliter sentire videtur statuendo mensem nonum, decimum, & vndecimum esse naturele tempus pariendi, & otius, etiam ac tardius fieri uoluit; vt Romæ etiam honesta mulier reperta fuerit, quæ post mariti obitum filium peperit in mense vndecimo, quæ causa ad Diuum Adrianum delata decernit in mense vndecimo partum secundum naturã fieri posse, quod decretum veterum philosophorũ, ac Medicorum opinionibus diligenter prius requisitis, tamquam possibile, & verum confirmauit, si igitur mensis septimus & xiiij. vel xi. sunt extremi termini gestationis, & partus, ergo in singulis interiacentibus mensibus partus pariter fieri poterit, differentia tamen erit in duobus, primo quia gestatio, & partus rarò fit in octauo mense frequentius in nono Paulo minus frequenter in decimo adhuc minus in vndecimo & aliis. secundo differunt, quia eorum quidam semper vel ut plurimum saltem vitales sunt, vt mouimestres, & decimestres, & qui in vndecimo nascuntur mense, vt septimum omittam. Alij vel simpliciter nõ sunt vitales, vel rarò, vt octimestres, ideo Hip. lib. de septimest. & octimest. partu, octimestrem à vitali omnino exclusit. Contra Aristo. 2. de hist. animal. 4. & Auic. loco cit. octauum mensem inter uitales enumerant, nec solum in gestatione fœtus sunt discordes, verum etiam in illius formatione, quamuis enim omnes in eo consentiant, quod mas, & fęmina non eodem, sed diuersis temporibus in utero conformentur, & perficiantur, quia mas ad integritatem celerius quàm fęmina peruenit, & similiter ortus fœminæ est mare paulo tardior, sed quo tempore uterque integram conformationem in vtero accipiat, varia est sententia Nam Aristo. 7. de hist. animal. cap. 3. voluit mare diebus quadraginta, fęminam vero nonaginta formari. Empedocles censuit in quinquagesimo primo die formationem perfici. Auic. inter Medicos voluit uirum formari usque ad trigesimũ quintum diem, fœminam uero ad quadragesimumquintum protendi. Hip. lib. de nat. pueri habet fœminam de articulari secundum omnia membra in 42. die, masculum uero in 30. paulo tamen minus, & plus etiam tempo-

Cã deter. minatæ gesta. in brutis.

Hip. sent. uaria.

Menses qui uitales sint.

Aris. opi. de 8. mestr.

De formatione fętus maris opi.

Arist. op. de form. fœtus.

Auic. op.

Hip. opi.

tis condonauit, quod verum esse experientia ex abortu accepta confirmat, cum sepius obseruatum fuerit, mulieres in 30. die abortum passas fuisse, cuius fœtus articulatus aparuit. ante uero hunc idem nequaquam, de fœminis autem minimè. quarum diuersitatum omnium causæ inuestigādæ sunt, & illę imprimis quę multiplicem gestationem, & parturitionem respiciūt. secundo illæ quæ ad partum vitalem, & non uitalem ordinantur, tertio de vnici, vel multiplicis partus causis erit disserendum.

De causis multiplicis gestationis, & ortus. Cap. XXVI.

SI luce naturæ causas indagare cupimus tam multiplicis gestationis, & ortus, ad plantas primum brutaque animantia confugiendum, vt potè ad illa, quæ cum generatione hominis magnam similitudinem habent, & quantum sit meritò plantarum, non ob alias causas celerius vel tarde ex terra nascuntur, augentur, & perficiuntur, quàm ex sui ipsius proprii seminis causa, & aliorum quæ ad generationem & productionem eorum cō spirant siuè principaliter, siuè secundario concurrant, vt ex parte seminis ipsum concurrat secundum propriam sui dispositionem bonam, vel malam, tùm penes temperaturam, tum conformationem, pro quorum uarietate oritur in dictis seminibus modo fęcunditas modo sterilitas, & quæcumque illa fuerit adhuc non semper eadem erit. Hinc fit ut ex seminib. specie quidem conuenientibus, constitutione tn̄ differentibus, etiam si eidem terræ eodem tempore, ac modo demandata fuerint, suæ tamen digestionis tempora diuersa expostulabunt, vt eorum quædam longiora, quędam breuiora requirant interualla prius quam ad debitam maturationem perueniant, plantamque sibi similem generent, si deinde cōsideremus, quæ extrà illi adueniunt ante omnia dispositio terræ spectanda erit, pro cuius pariter diuersitate maiorique, & minori præparatione suscepta semina citius, aut tardius alterantur, meliusque vel peius immutantur, & in plantam excrescunt, nec minus aeris temperies, cœlique clementia seminum fœcunditatem accellerare, & retardare solent, ab hac plantarum generatione, & ortu si ad hominem ascenderimus non erit ut puto arduum, causas tam multiplicis generationis ac ortus in ipso assignare quæ pariter referendæ erunt, tum in dispositionem seminum in utroque parēte, hoc est in temperaturā cruditatem, & maturationem eius, in uteri suscipientis dispositionem, partium principalium influentiam, & vniuersam viuendi rationem, quorum omnium uarietate, & causa, semina modo sterilia modo fœcunda se ostendunt, & eorum rursus quædam celerius, quædam tardius maturitatem attingunt, in eo tamen à brutis maximè distare videntur, quoniam illa easdē naturæ, & constantiæ leges in cohitu conceptione, formatione fœtus, & ortu perpetuo seruant, quod soli homini denegatum fuisse apparet, cuius euentus uarietas, & tam multiplex in constantia, tum in alias causas tum in illas potissimū referri posse vr̄, quæ ab ea animæ vi profiscuntur, in qua cū brutis non communicat, cuiusmodi est ratio, & uoluntas qua cum bruta

Cā ortus celer. & tardi in plantis.

Causa celeris & tardi ortus ī ho.

Dife. hominis à brutis. Prima differ.

omnia careant, nihil prorsus ex ratione discurrente, aut uoluntate imperan te agere uidentur, sed sola natura duce omnia operantur, hinc fit ut eadem bruta non semper ad concubitum propensa sint, sed perscriptis tantum temporibus promouentur nec voluptatis causa, sed iustissimæ potius naturæ impulsu, hoc est speciei conseruandæ gratia, talem actum exercent, quod brutorum fœminæ planè ostendunt, quæ ubi unam, vel alteram maris coniunctionem passæ sunt, vlterius non admittunt: sed eadem natura semper duce, susceptum semen, propria matrice undique clausa, retinent, custodiunt, alterant, immutant, & ad debitam conformationem absque errore perducunt, & ut definito tempore integrum perficiunt, eundem etiam iam perfectum determinato tempore pariunt: cui tam immutabili temporis perscriptioni fauet, quod uniformem viuendi rationem perpetuò seruant, non curis, ut cæterisque animi perturbationibus agitantur, quibus corpus plurimum alterari, demutarique consueuit: at homo nisi ab extremis ætatibus impediatur, vel maioribus negotiis alio auertatur, aut aliquo morbi genere coripiatur, sed iuuenis sit, in otio positus, & secunda valetudine fruatur, libidinis stimulos assidno, & nullo ordine patietur, voluptatisque recordatione, & explendæ libidinis causa conseruandęque prolis amore, quocunque tempore ad Venerem, & concubitum in genti desiderio concitabitur quò fit ut in solo homine conceptio, gestatio, & ortus incerta sint, ommito errores quos mulieres tempore quo conceperunt committere solent, in ciborum inquam uarietate, substantia, quanto, quali, ordine, & præparatione, idem de inordinatis mo tibus, cęterisque aliis animi accidentibus dicatur. Ommitto etiã quod ex frequenti concubitu conceptionis tempore facto os uteri non numquam dilatatur, & huius causa fœtus corrumpitur, uel abortus sequitur, ut non immeritò Auic. fen. vigesimaprima 3. tractat. moueat, tempore quo mulier conceperit ab omni concubitu arcendam esse, quod autem Hip. lib. de septimestri partu propositis causis tribuit. Plinius falso ascribit septimo de Hist. animal. capitu. quinto conceptioni factæ pridiè, vel postero plenilunii die, aut internilunio. Ommitto celerem, & violentum motum fœtus, qui calcitrando membranas disrumpit. Ommitto maturitatis ac perfectionis varietatẽ, quæ in uno celerius, in altero tardius fieri contingit. Nam si eueniat à fętu perfecto grandiori, & robusto vuluam expleri, vt tanto onere grauata longius ipsum sustinere nequeat, eo ipso mense partum fieri necesse erit, quod etiam in conformando, gestandoque fœtu euidens discrimen ex parte sexus habeatur experientia declarat, cuius diuersitatis ratio non aliunde capienda est, quàm ex maiori, & minori dispositione subiectæ materiæ ab ipso agente conformandæ: quæ cum in fœmina humidior, & minus depurata sit, quàm in mare, ipsi etiam agenti magis resistit, priusquam debita delineamenta, & configurationes suscipiat, propterea mulier ante diem 40. secundum omnes sui corporis partes non conformatur, at materia ex qua mas fit, cum melius disposita, & magis parata sit ad propriam formam, & figuram recipiendam, ideo in

secunda differ.

Tertia differ.

Quarta differ.

Plinius confuta.

Mulier in 40. die cõ formaĩ.

Masc. in 35. die cõ forma. Masc. in 3. mense moueri fœmi. in quarto.

35. die, & ante etiam formari solet, præterea differentia etiam est ex parte motus, nam ex Hip. lib. de nat. pueri infans in vtero tertio, vel quarto mense mouetur, in tertio quidem si masculus, in quarto si fœmina fuerit, nec citius partes omnes corporis vnà cum musculis qui sunt motus instrumenta, de articulari possunt, cuius diuersitatis causa ab eodem agente desummetur. Masculus enim quia robustior, & calidior est fœmina, citius etiam conformatur, ac proinde ad actiones, motionesque omnes promptior redditur.

De tempore partui secundum naturam constituto.
Cap. XXVII.

Quo tempore ortus uitalis nõ sit.

Qui partus septi. uitalis sit.

QVamuis non vnicus sit gestationi ortuique nostro constitutus terminus, sed varius, & multiplex; vt antea dictum fuit, non tamen quilibet secundum naturæ leges fit: longa enim experientia cõfirmatum est, quod ortus quicunque ante septimum mensem factus, vel post 14. vitalis esse non potest, prior quidem quoniam ad sui integritatẽ nondum peruenit, sed ante maturationem exiens, necessario moritur, quæ fuit omnium physicorum, & medicorum sententia, & Hip. potissimum lib. de septimenstri partu. alter vero: licet perfectionem obtinuerit, quia tamen debito tempore exire non potuit, sed intus præter naturam cohibitus fuit, moritur; septimus aũt mensis is. potissimum vitalis est his, qui cœlo benigniori nascuntur: sicut enim semina quædam pinguiori terræ, & benè dispositæ demandata, concurrente cœli constitutione, & syderum laudabili influentia, citius illis ad maturitatem perueniant, quibus aeris clementia, & cætera eorum ortui, & maturitati minus fauent, quod dum contingit membranæ spicarum pleniori maturiorique semine existente, laxari coguntur, & præ pondere semina decidunt; à pari de ijs dicendum, qui septimo mense nascuntur. quoniam ob consimiles causas citius maturescunt, & robore satis valentes, membranas vteri citius disrumpendo, partum suum accellerare solent; cæteri verò partus omnes quicunque inter septimum, & 14. mensem interiacent magnam inter se diuersitatẽ habẽt, tùm penes tempus, tum penes vitam, vt meritò temporis in quibusdam mensibus partus, vt plurimum fiat, cuiusmodi est nonus mensis, in cæteris verò mensibus tàm frequens esse non consueuit, sed in decimo mense raro fit, in octauo, & vndecimo rarius, in decimotertio & decimoquarto rarissimè: quæ partus tempora si penès vitam consideremus, eorum aliqui vitales non erunt, vt octimestres, quidam vitales sunt, vt qui à nono vsque ad decimumquartum fiunt, cuius diuersitatis causæ inquirendæ sunt, in qua re alioquin difficili non omnes consentiunt, sed aliter Astrologi, aliter Medici decernunt, Astrologi in vniuersalibus causis magis versantes, vt cæterorum euentuum omnium, ita octimestris partus causas in cœlum, & planetas referunt, à quibus vniuersum hunc mundum regi, & gubernari volunt, statuentes quòd quemadmodum materia prima in mundo hoc

Causæ partus [illegible] uitalis, & [illegible] uitalis.

Opi. astr.

elemen-

elementali eorum motibus, atque influxibus subiecta est, ita ab eisdem etiam, uariis mirisque modis agitata & alterata, pro uarietate dispositionū eius multis formis perficitur & ornatur, quod ipsum cogitandnm etiam est de materia Embrionis, quæ pariter multipliciter ꝑparata diuersis planetarum influentiis recipiendis non æquè accomodatur, sed hoc tempore huic alio tempore alteri magis subiecta manet, ut in primo conceptionis mense ea materiæ dispositio reperiatur, ratione cuius apta reditur, ut à Saturno potius quam alio planeta patiatur, Saturnus enim refrigerādi, & siccādi, facultate præditus vim densandi & constringendi retinet, at in primo mense materia fœtus & uterus in quo illa continetur, à dictis facultatibus iuuamentum suscipit, ergo à tali etiam planeta regitur. Nam quo ad materiam attinet, cum hæc semen sit, quod per propriam naturam fluidum, & humidum est, consistentiam requirit, hanc habet à causis refrigerantibus, & incrassantibus. quibus Saturnus affectus est, ideo refrigerando, & siccando materiam densat, & fixat. Ex parte verò vteri si materiam quam suscepit alterare & immutare debet, eandem imprimas retineri, & retentam firmari oportet. at vteri facultas retentrix ab eadem siccitate robur aquirit, ergo initium conceptionis, quòd in primo mense habetur à Saturno potius quàm alio planeta regulabitur. In secundo autem mense conceptus fœtus maiorem habet dispositionem, vt à Ioue potius regatur, quo tempore non solum nutritur, & secundum omnem dimensionem augetur, verum etiam in partibus delineationem, & conformationem recipere debet, ad quę prę standa Iupiter plurimum fauere uidetur, à cuius caloris humorisque benignitate non solum Saturni contrariæ qualitates commoderantur, sed fœtus etiam rectè nutritur, & debita augmenta suspicit, cuius actio tunc optimè fit quando agens est robustum, & materia vim agentis suscipiēs, ad omnem dimensionem est aprimè parata, at Iupiter his qualitatibus præditus est, quibus uitæ & augmenti auctor dicitur, ergo. In tertio mense fœtus disponitur ad influentiam Martis, non enim satis est fœtum firmari, nutriri, & augeri, sed eundem oportet moueri, at motus non fit nisi illius instrumēta fabricentur, qualis sunt musculi, nerui, crura, manus, & huiusmodi, ad quorum motionem & robur plurimum cōfert mars, qui suo calore ad motus ciendos est ualde efficax, & sua siccitate superfluam omnem humiditatem absumendo ad motionē illa magis adaptat, & disponit. In quarto mense regnat Sol, qui ut uitalis caloris fons existit, ita uiuifico suo influxu eadem membra dilatare, & spiritu implere potest. In quinto mense fœtus regulatur à Venere, hoc enim tempore decoremsuum aquirit, & multæ externæ partes generantur, & illæ potissimum, quæ libidini sunt dicatæ. In sexto mense dominatur Mercurius qui ad facundiam conducere uidetur quæ cum per uocem explicetur, ideo cæteris partibus uocis instrumenta addenda sunt, lingua uidelicet, gutur pulmo & huiusmodi, quorum omnium integræ formationi Mercurius præerit, & fauebit. In septimo mense idem fœtus Lunæ planetarum omnium postremo, & infimo subiicitur, tēperaturæ moderatè frigidæ, & humidæ, quæ cæterorum planetarum bene-

Saturnus dominatur in primo mēse.

Iupiter in secundo mense dominatur.

Mars in tertio mēse dominatur.

Sol regnat in quarto mense.

Venus dominatur ī qninto mense.

Merc. dominat ī in sexto mēse.

Luna dominatur in septi. mense.

ficio

ficio, ac fauore posita, vltimam perfectionem extremamq; manum eidem fœtui imponitur. quo sanè tempore non solum secundum singulas partes internas, & externas absolutus est, sed omnem etiam pulchritudinem recipiendo, eius corporis cauitates omnes à debita pinguedine replentur, & ornantur, ad cuius generationem valdè conferre videtur lunæ frigiditas & humiditas: Cum igitur in hoc septimo mense fœtus nil ultra ad sui integritatem desideret, sed omnibus numeris absolutus integerq; sit: ideo si sub huius planetæ potestate ad exitum se accinxerit, nihil ei obesse videtur, quo minus vitalis non sit. Proposita opinio astrologorum ea certè esse non videtur, quæ addiscéris intellectum acquiescere possit, nam scire est rem per causam cognoscere propter quam res est, sed ratio à cœlo, & planetis desumpta nimis ampla, & remota extat, quamuis enim cœlum cum suis partibus in hęc inferiora agat non tamen est agens vniuocum, & propinquum, sed æquiuocum, & remotum, quia non est eiusdem rationis cum illis, & ex eo tantum nihil necessariò sequi potest. Sed ratione qua est agens vniuersale, per se non est sufficiens absque secundis causis specialem aliquem effectum producere, ergo nec ex ipso, legitima ratio propositi quæsiti desumi poterit. præterea si vera esset proposita opinio sequeretur, quod initium conceptionis vno & eodem tempore ac mense semper fieret, in quo videlicet saturnus regnaret, cuius contrarium docet quottidiana experientia, cum in quolibet mense conceptio, & ortus indifferenter fieri possit, ergo ex planetarum dominio ac potestate secundum singulos menses nihil certi habere possumus.

Confutatio Astrolog.

Ratio prima.

Ratio secunda.

Opinio Pithagoricorum de causis partus uitalis.
Cap. XXVIII.

PIthagorici autem numeris magis incumbentes, ex eisdem etiam effectuum omnium causas libentius deducunt, statuentes ex numeris aliquos perfectos esse, aliquos imperfectos, perfectos esse volunt impares, imperfectos autem pares, est autem numerus impar perfectus, quia formæ rationem habet, par autem materiæ, ideo si impar diuidatur semper in parem, & imparem secabitur, ut patet de numero septenario, quem constituunt senarius, & vnitas, quemq; & duo, quatuor, & tria, sic numerus nouenarius ob eandem causam est perfectus, quia diuiditur in parem, & imparem, tùm magis quia ter continet ternariũ qui est primus impar, ex Aristot. primo cœli, quo Deus etiam maximè gaudet, at Numerus par imperfectus est, quia semper est diuisibilis in numeros pares vel impares; cum igitur constitutum pariendi tempus in muliere sit à mense septimo vsque ad 10. & vel 11. & secundum Apponensem, & Auic. vsque ad 13. quicumque nascetur in mense impari uitalis erit quia perfectum, & formalẽ numerum assequutus est, ob id partus septimenstres, & nouimenstres uitales erunt, cõtra octimestres ob numeri imperfectionẽ uitales non erunt, quod autem in mense decimo nati, ac proinde in numero pari, & imperfecto vitam su-

Numerus duplex.

Obiectio.

tam su-

tam ſuſtineant in cauſa eſſe dicunt, quia in dictis numeris paribus magna eſt latitudo, & differentia, vt inter ipſos denarius ſit perfectus, quia omnis alius numerus per circulationem factam per decem conſtituitur. Quorum opinioni veteres Medici repugnare non videntur. Nam Hip. lib. de ſeptimeſtri partu clare videtur quibuſdam numeris magnam vim tribuere, vt potè illis, in quibus longa experientia confirmauit, magnas mutationes fieri, non ſolum ſanitatis, ſed etiam ægritudinis tempore, inter quos excellentem quandam prærogatiuam arcanamque poteſtatem ſeptenario tribuat, cum dicat conceptum partum, & abortum, fieri quemadmodum morbi, & ſanitas, hoc eſt in eiſdem diebus menſibus, & quadragenarijs, & Gal. pariter tertio de diebus decret. habet, quòd partus cum ſit criſis quædam, in conceptione locum habebunt ijdem dies ac numeri, qui in morbis pariter obſeruantur: quemadmodum enim ad criſim concurrunt digeſtio, ſeparatio, & expulſio rei nocentis, ita in partu priuſquam fiat, præcedit digeſtio embrionis, cuius finis eſt perfecta eius conformatio, ad quam ſequitur ſequeſtratio, quæ fit per diſruptionem membranarum fœtum inuoluentium, & eundem ipſi vtero alligantium. Poſtremo ſuccedit fœtus, & omnium ſuperfluitatum expulſio; cuius etiam infantis vita ſi per ſeptenarium diuidatur magnas mutationes in dictis temporibus oſtendet, quoniam ſeptimeſtres dentes emittunt, eoſdem in primo ſeptenario deponunt, in ſecundo pubeſcunt, in tertio viriles ſunt, & ſic de alijs. Deus etiam vniuerſum ſeptem diebus creauit, ſeptem aſtris mundum regi voluit, Lunam ſeptenario numero figurauit, menſis ſeptimanis conſtituitur, & quælibet hebdomada diebus ſeptem perficitur. Et Gal. quoque cum Hip. conſentiens lib. de morb. accut. de criſib. prima & ſecunda aph. vigeſimotertio & vigeſimoquarto: & alibi ſæpè ſtatuit accutos morbos per ſeptenarios dies iudicari, & in quarto indicari, qui ſi ſimpliciter accuti fuerint, duos ſeptenarios non pertranſeunt, ſed in decimaquarta ſemper iudicabuntur, quales illi ſunt, qui ab initio cum acutis incipiunt, & eandem continuò ſeruant; qui autem paulo poſt accuti fiũt, etiam ſi diebus quatuordecim terminentur, non tamen totius morbi progreſſus eodem dierum numero finiet, quia ſi in quarto, aut quinto acutus fieri incipiet, & eandem ſpeciem in futurum ſeruet, in decimoſeptimo die totius morbi terminabitur, qui tamen reſpectu acuti quatuordecim tantum erunt, ſi pariter in ſexto, aut ſeptimo accuti euadant ad vigeſimum peruenient, & ſic deinceps, & quamuis tale genus morbi dies quatuordecim non pertranſeat, omnibus tamen acutis minimè conuenit, vt quatuordecim diebus ſemper abſoluantur. Sed pro maiori, & minori eorum acutię citius etiam deſinere poſſunt: ſicut ergo in dictis morbis acutis contingit, vt certis quibuſdam diebus, ac hebdomadis indicentur, & iudicentur, & per ſingulos quaternarios mutationem oſtendant, indicando, & iudicando, diebuſque quatuordecim omnes terminentur, ita de geſtatione fœtus, & partus ſtatuendum videtur; qui ad acutorum morborum ſimilitudinem, nec celerius, aut tar-

Solutio.

Vis numerorum.

In quo lib. 3. ſepten. mutationes fieri.

Acuti morbi per dies ſepti. iudicari.

Morborum acutorũ latitudo.

dius fit, sed ut morbi legitimè acuti diem 14. non pertranseunt, ita gestatio fœtus vltra 14. mensem protrahi nullo modo potest, & quemadmodum natura in dictis morbis magna & continua eorum incrementa vltra præscriptum diem sustinere non potest, quin morbum ipsum non superet & expellat, vel contra ab illius magnitudine, & vehementia non succumbat ita in gestione fœtus non potest eadem natura vltra 14. mensem ipsum perferre, & si aliquam ob causam id assequi impediatur, patiens necessario moritur, ob causas suo loco dicendas; & quemadmodum ijdem accuti morbi, celerius indicari, & iudicari etiam possunt, ita & partus ante 14. mensem fieri sæpius solet, & sicut in eisdem morbis dies obseruantur, in quibus magna est iudicandi vis, vt in qualibet septima contingit, & alii in quibus est minor vis, vt in 9. 11. & sexta. & alii in quibus nulla reperitur, sed omnis mutatio in illis facta ad malum tendit, vt 6. dies quã Gal. primo de crisi & 2. aph. 23. semper malam, & infelicem esse obseruauit, ita in fœtus formatione contingit, cuius tempus vniuersum per quadragenarium diuisum quintus quadragenarius septimo mense respondet quo tempore si partus fiat, vitalis erit. sextus quadragenarius vt infœlicissimus, octauo mense respondebit, quem totum continet, & proportioni respondet, sexto diei morborum, qui vbi iudicat male iudicat, & ad interitum patientem perducit; ad cuius similitudinem partus etiam editus in sexto quadragenario consequenter in octauo mense infœlicissimus, & minimè vitalis erit. septimus quadragenarius respondebit nono mensi cum principio decimi, qui pariter vitalis erit. Hæc opinio quæ à peculiari quadam numerorum prærogatiua desumpta est, & ipsa parum roboris continere uidetur, imprimis quia numeri formaliter sumpti accidentia sunt, in solaq; anima, & non in natura fundantur, ideo ea vis minimè inesse potest, ratione cuius tot insignes mutationes in substantia fieri valeant: si autem materialiter, & pro rebus numeratis capiantur erunt quidem entia realia, in naturaq; fundamentũ habebunt, sed tunc mutationis causa non à numero amplius, sed à rebus potius numeratis capietur. præterea etiam si in numeris aliqua inesset potestas, non tamen illa, ratione cuius tot fiãt in gestatione partus mutationes, sed per accidẽs potius hoc illi competet, quod enim partus nascatur in septimo, & simul vitalis sit, in octauo autẽ non, ob alias causas contingit, vt suo loco dicemus. Præterea similitudo iuditii quod in determinatis diebus fit ex parte morborum gestationi fœtus & partui omnino non respondet, nam si sermo fuerit de morbis accutis ex decidentia, statuit Hip. in prognosticis, hos finiri non in 7. 11. 14. aut 20. sed etiam in 40. & Gal lib. de dieb. decret. circa finem concedit eosdem ad diem etiam sexagesimum peruenire posse, quare cum istis nulla seruabitur similitudo, si sermo etiam fuerit de morbis acutis legitimis, in istis etiam iuditium fit, non solum in 14. vel 11. vel 7. sed etiam in 4. at partus vitalis numquam in 4. fieri potest. in 11. raro in 14. rarissimè, aut vmquam, ergo nec cum istis similitudo seruabitur. præterea si partus vitalis in eo quadragenario fit, quod respondet quaternariis hebdomadum,

in quibus

Sexta dies in morbis semper mala.

Cur partus in sexto mense nõ sit uitalis.

Improb. pithag.

Ratio prima.

Ratio secunda.

Ratio tertia.

Rõ quarta.

in quibus morborum iuditia fiunt. ergo sicuti in septima tamquam in die non solum indicatoria, sed etiam principaliori, acuti morbi frequentius iudicantur, partus quoque in septimo mense frequentiores esse deberent. cum tamen tali mense rarò partus fieri soleat. tandem vbi in morbis acutis iuditium non fit in septima ad 14, protrahi solet, secus vero est de partu, qui si in septima non contingat, rarò aut nunquam ad quartodecimum differtur, frequentius verò in 9. aut 10. mense succedit.

Quæ sit uerior causa gestationis & partus. *Cap.* XXIX.

EXaminatis, & reiectis aliorum sententiis de gestatione fœtus, & vitali partu superest, vt veriores causas proponamus, quæ non aliunde melius, quàm ex rei natura capi poterunt. A notioribus igitur exordientes, manifestum est apud omnes, quod fœtus in vtero tanto tempore gestari debet, quantum ipsius integritas, & perfectio acquirenda expostulat. Sed ex communi medicorum omnium consensu, non priusquàm in septimo mense hanc perfectionem acquirit, ergo fœtus ut ante hunc mensem factus abortus dicitur, ita in septimo & post septimum in lucem prodiens legitimus partus dicendus erit; præsertim cum hoc tempore non solum perfectionem acquisiuerit, sed vitam etiam seruare valeat, qui uerò ante hoc tempus natus fuerit, nullo modo viuere potest, sed quæ sunt causæ, quod naturæ ordine seruato in septimo mense, & post etiam, fœtus exitum quærat, uitalisque sit, causa triplex assignari potest. Prima à Nutritione, secunda à calore, tertia à magnitudine fœtus accipitur, quotiescunque enim fœtus vndique integer, & secundum omnes partes absolutus est, copiosiori alimento eget, quam illud sit quod à materno vtero intus exugere possit, & ex parte caloris cum maiorem euentationem requirat pro sui conseruatione, illa, quam intus recipit. & tandem propter magnitudinem conuenientem intus acquisitam, ob loci angustiam, maiorem suscipere non possit. his omnibus de causis ita natura docente, & impellente perfectus fœtus exitum quærit, vt hac ratione à loci nimia angustia oppressus, caloris debita euentatione priuatus, & debito alimento egenus, exitum tentando, ampliorum locum inueniat, caloris ventillationem liberiorem suscipiat, alimentumque copiosius aliunde quærat: ab his, ergo causis ita impulsus mense septimo præter consuetudinem, moueri, & agitari incipit, vt foras exeatur, qui si tantum roboris habuerit, vt ad os matricis se conuertatur, & mulier viribus sit valida, ad partum prompta, nihilque illi obstiterit, unico impetu, & citra insignem matris dolorem, ac difficultatem exire consueuit, quod assequi tàm cito nequeat, non propterea ab incepto negotio desistet, sed validioribus motibus calcitrando, exitum adhuc tentabit; quo fine, si post multos perpessos labores, uinculis non solutis, frustrari contingat, in antiquo carcere permanere adhuc cogitur. ibidemque tanto temporis spatio quiesce-

Partum septime-strẽ uitalẽ esse.

Triplex causa gesta. & partus. prima cā. Secunda causa. Tertia cā.

Cur partus ultra septimũ protrahatur.

re, quo ad laborem omnem, & lassitudinem quiete compensauerit, quòd per alterum integrum quadragenarium fieri cõsueuit, in quo sequens mensis octauus totus consumatur, atque tunc viribus, ita restauratis, & auctis copiosiori alimento aere plurimo, locoq; ampliori, magis adhuc indigens, denuo & maiori conatu, ac impetu ad exitum se accingit, quòd vt plurimũ assequens, in nono mense nascitur, & superstes etiam est, cui si contingat, vt pro restaurandis viribus quadragenarium hoc ei omnino non sufficiat, sed tempus paulo longius adhuc expostulet, tũc illius ortus ad decimum mensem protrahetur, rarius ad vndecimum rarissimè autem, vel nunquam ad decimumquartum pertinget, præsertim si omnes enumeratæ causæ plurimum vrgeant, de quibus Hip. etiam meminit, lib. de septime. partu. Et Auic. 23. tertij tract. cap. de abortu, hinc non est difficile causam reddere, cur octimestres vitales non sint, quæ alia non est nisi quia ante restaurationem deperditarum virium ob perpessos labores in septimo mense, nascuntur, ex quo nouo labore superueniente, omnes mori consueuerunt, & præsertim, cum ab externo ambiente cui infans non est assuetus, nouas alterationes patiatur, quas citra nocumentum sustinere non potest. At si toto eo mense octauo post passos labores requieuerint, & nouimestres, vel decimestres nascantur, viribus restauratis, vitam simul custodire possunt; verum dubitaret quis, adducendo Arist. qui septimo de hist. animal. quarto testatur in Egipto, & quadam parte græciæ octimestres viuere, à quo Hip. lib. de septim. & octimestri partu non omnino dissentire videtur, cum ipse quoque statuat, pariendi tempus constitutum esse non solum septimum, nonum, & decimum; sed etiam octauum, & Auic. lib. 3. sen. 21. quem Apponensis est insequutus, ad 14. etiam protrahi posse affirmat, cui dicendũ, quòd medicorum theoremata ea non sunt, quæ semper, & necessariò vera esse debeant. Sed vt in pluribus talia sunt, ad eorum differentiam, quæ raro contingunt, & ab arte excluduntur, propterea cum Medici statuunt vitales partus esse, qui in septimo, nono, decimo, vel vndecimo mẽse nascuntur non propterea tanquam impossibile excludũt octauum mensem, quòd patet, quia nihil etiam vel parum loquuntur, de 12. 13. & 14. mense, vtpotè de illis in quibus partũ vitalem fieri raro admodum contingit. Præterea sicut ex mala viuendi ratione miseræ mulieres tempore gestationis magna incommoda patiuntur, ita etiam inconueniens non videtur, vt ob easdem causas partus suos modo accellerent, modo retardent, quòd monuit etiam Hip. sexto Epid. parte octaua, aph. duodecimo, quòd ipsum contingere etiam potest ex frequentiori concubitu eo tempore facto, quo mulieres iã concepere, cuius occasione natura, quæ per id tempus formando fœtui tota incumbit, idque vt faciat os matricis adeo constringit, vt ex Gal. decimoquinto de vsu part. nec acus ingredi possit, à proprio tamen munere auerti solet, os vteri laxius fieri, & fœtus formatio debilitari, vel impediri; non secus ac seminibus terræ demandatis accidere videmus, quorum quies si aratro aliove quouis modo mutata fuerit, ipsius causa, vel omnino sterilia fient, vel longiori egebunt tempore, vt ad maturationem, & pro-

Octimestres cur vitales sint.

Secunda causa.

Dubitatio.

Solutio prima.

Solutio secunda.

prium finem attingant. Præterea dicere etiam possumus falsum esse quòd in Egipto octimestres partus vitales sint, sed errorem committi cum sæpius mulieres lateat conceptionis suæ initium, cum quandoque contingat menstrua retineri, immum ventrem flatibus intumescere, vt his de causis prægnantes esse sibi facile persuadeant. Ex quo errore fieri potest, vt octimestres pro septimestre accipiant, & nouimestrem pro octimestri, & sic de alijs, errorem etiam committere possunt in dierum ac mensium numero, dies vulgares accipientes qui sunt horarum vigintiquatuor: Et menses solares, qui sunt dierum triginta cum tamen Medici istis ommissis de lunaribus magis loquantur; Vel tandem dicere possumus cum Aristo. loco citato in Egipto octimestrem partum esse vitalem triplici de causa prima, summitur à robore fœtus, secundò à robore, & facilitate patientis mulieris, tertio ab ipso cœlo, ita vt fœtus in Egipto ideo sint robusti, quia mulieres sub eo climate natæ viragines magis, & fortes sunt, qui licet in septimo exitum quærendo plurimum laborauerint, in octauo tamen mense nascentes, adhuc superstites esse possunt, ob quam eandem causam mulieres etiam ad pariendum sunt aptiores, & paratiores, quibus cœlum quoque fauet, cum ratione ambientis caldi, ac proinde similitudinem seruantis cum interno vteri calore parum admodum fœtus alteretur, & patiatur.

Tertia solutio.

Quarta solutio.

Triplex causa, quod ottimestres vitales sint.

De conceptu vnico, vel multiplici. *Cap.* XXX.

HActenus de conceptione fœtus, formatione, & gestatione egimus, nunc de multiplici, vel simplici gestatione, & partu agendum: dum enim mulieres concipiunt, vel pariunt, modo vnicum fœtum, modo multiplicem vtero gerunt, & pariendo modo eodem tempore, vel alterum post alterum immediatè quandoque aliquo temporis interuallo interiacente pariunt ideo causa inquirenda est concepti fętus, tum simplicis, tum numerosi, & partus quoque eorum modo successiuè facti, modo per longum interuallum. Quò attinet ad causam numerosi partus, ea referri potest, tum in seminis fœcunditatem, tum in locorum diuersitatem, vbi separatim recipitur, ex parte quidem seminis patet, quòd sicut semina plantarum, quædam sunt fœcundiora, & quædam minus fœcunda, & fœcundiora illa sunt, quæ sola multos fructus sibi similes producere possunt, vt patet de vno grano tritici, vel millei, ex quibus centum eiusdem speciei generari solent, minus fœcunda ea erunt, quæ vel vnicum, vel pauciores fructus gignunt, idem prorsus dicendum de humano semine, quod sterile, & fœcundum esse potest. si sterile fuerit, nihil prorsus generari inde poterit, etiam si cætera omnia ad generationem aptè conspirarent: defectu enim agentis principalis cætera omnia parum, vel nihil possunt ad finis consequutionem, at si fœcundum fuerit, latitudinem habebit, prout maiori, vel minori fœcunditate præditum erit, vtrique commune est, vt possit sibi simile generare, in eo tamen different, quia quod minus fœcundum erit,

Causæ numerosi fętus.

Prima cã numerosi fœti.

erit, vnicum fœtum, quod autem maximè fœcundum extiterit multiplicẽ producere poterit. Ad quam fœcunditatẽ respiciens Arist. 7. de hist. anim. capit. 3. testatur quod in Ægypto mulieres non solum geminos. Sed tres quatuor & quinque etiam partus eodem tempore edunt. Et quamuis rarò etiam contingat, vt semine fœcundo existente, plures fœtus generentur, scias tamen hoc illi magis ab extrinseco aduenire, siue id euenerit ab vteri dispositione, siue à seminis muliebris qualitate, siue ab alijs causis. quæ fuit etiam Hip. sententia lib. de octim. partu. Vbi statuit gemellos vnica cohitione, & seminis eiaculatione generari, quod magis adhuc canes ostendunt, qui ex vnico cohitu plures generant, cæterum sciendum solam seminis fœcunditatem ad numerosum fœtum producendum non sufficere, sed requiritur etiam illius seminis diuisio in plures partes, secundum diuersa loca matricis, susceptas, ita vt quælibet portio seminis proprium & circumscriptum locum in eadem matrice sibi asciscat, vbi omnia præstare potest, quęcumque ad fœtus vnius generationem requiruntur, & per hoc distinguitur semen animalis, à semine vegetabilium: hoc enim citra sui diuisionem, sed omni integritate seruata, potest plura semina producere, qđ de humano semine aliorumque brutorum minimè contingit, quia tunc sequeretur, quod quodlibet animal, semper generaret multiplicem fœtum, quod est falsum, & potissimum de homine, qui rarò fœtum geminat, sępius autem vnicum producit, quod vero locorum diuersitaș in ipso vtero causa sit multiplicis partus bruta facile declarant, quorũm matrices distinctos sinus ac cellulas habere conspiciuntur, secundum quas diuisum semen, totidem generantur fœtus. à brutis ascendamus ad hominem, quia cum vtrorumque eadem sit generatio, & generationis modus, ideo ob easdem caussas propter quas fœtus in brutis multiplicatur, etiam in muliere multiplicabitur. Cæterum si vterus mulierum has cellulas continet, quæritur quot habeat. secundo cur totidem non generentur fœtus, qui cellularum numero respondeant. Quo ad primum si de brutis imprimis loquamur satis constat, quod cellulæ papillorum numero cohæquantur, quamuis perpetuo verum non sit totidem fœtus generari, quot numero sunt papillę, sed quãdoque pauciores, plures autem numquam pauciores quidem generantur, tum ob alias causas tum ob seminis paucitatem, quæ tantam non patitur diuisionem, vt cellularum numero respondeat, plures vero non producuntur, quia natura prudentissima & propriis operis prouida, tot partus eddere debet, quot nutrire, & conseruare potest. eos autem nutrit mediante lacte, lac generatur in mamillis, & in ea copia, vt quælibet mamilla pro fętu proprio alendo sufficere possit, quam rationem si ad humanem speciem referamus, nemo dubitabit, quod mulier duas solum mamillas habens, pro duobus etiam fœtibus alendis tantum sufficere potest, quare ex duali numero mamillarum arguimus duas tantum cauitates, & cellulas in vtero reperiri, quarum altera in parte dextera, altera in sinistra iacet, quamuis non desint, qui tertiam addunt, inter vtrasque interiacentem, hæc cum ita sint. secundo loco propositum erat inuestigare rationem, & causam, cur mulieres

Secunda causa. Locorũ diuersitatẽ eẽ cãm multiplicis part᷑.

Vterum in mulie. duas celulas habere.

Mulier cur duas tm̃ mamillas habeat.

res vt plurimum generent unicum fœtum, non autem duos aut plures si cellulas duas, aut plures continent. præsertim quia generatio ea est naturā operatio, quę homini cum brutis communis est, ergo sicut in brutis partus vt plurimum cellularum: mamillarumque numero respondet, ita etiam in muliere contingere deberet, cui petitioni sic respondendum putarem. Quòd vterus mulierum à brutorum vtero in eo distinguitur, quia cellulæ sunt magis distinctæ, & euidentius separatæ conspiciuntur, quàm in specie humana in qua talis separatio vix sensu conspici potest, quod est in causa, vt non nulli eius sint sententiæ hæc nostra potius esse figmenta, quā quod in muliere realiter repetiantur, & ideo semen in humano vtero susceptum in partes loco distinctas non tam facile diuiditur, vt partus distincte fieri possint, in quibus autem euidentius illæ aparuerint, vt portio seminis in una cauitate suscepta, ab altera distinguatur, & propriis tunicis obuoluatur, plures etiam fętus generabuntur, & hæc de conceptione secundum naturam facta dicta sufficiant. postremo loco propositum fuit causam etiam inuestigare partus quidem numerosi, sed per longiora interualla facti, quā caput sequens explicabit.

Mulier cur raro duos fœt⁹ generet.

Solutio diffic.

De superfœtatione. Cap. XXXI.

POst propositas causas fœtus simplicis & numerosi, quod superest illud est, vt causam etiam inquiramus partus quidem numerosi. at non immediate, sed per aliquot interpositos dies inuicem succedentis. Hæc autem nulla alia esse posse videtur, quam super fœtatio ipsa, quæ non vniuersis speciebus animalis, sed soli homini competit, quod non solum Arist. 7. de histor animalium cap. quarto affirmat, sed ratione etiam facile comprobari potest, & ea triplici. pro totidem conditionibus ad super fœtationem faciendam necessarijs. Prima est, vt fœmina post conceptionem nouum coitum admitat, sine quo impossibilis omnino est superfœtatio, cū hæc aliud non sit, quam noua conceptio priori superueniens. Cuius conditionis defectu pleraque bruta tali actione frustrantur, ut habetur ab eodem Aristo. 7. de histor. & 4. de gener. animal. Secunda est, vt ex parte fœminæ copiosum subsit alimentum, quod tum pro primo, tum pro superuenienti fœtu nutriendo abundè sufficiat. Cuius secūdæ conditionis defectu etiam si inter bruta sola æqua post impregnationem coitum admittat, authore Aristo. 7. de hist. anim. cap 4. non tamen super fœtare adhuc potest, quod contingit, quia earum alimentum in primum conceptum totum absumitur ideo illius carentia superfœtare minimè possunt. Tertio requiritur loci suscipientis pro duplici fœtu capacitas, cuius conditionis defectu, multę mulieres etiam si post impregnationem plures ac repetitos coitus admittant, copiosamque nutritionis materiam subministrare valeant ob vteri tamen angustiam, nouum & superuenientem fœtum fouere, & continere non possunt. Cæterum notorium est, quod dicitur de vteri magnitudine & paruitate non absolute. Sed per collationem ad fœtum ipsum intelligendum esse.

Quan-

Quandoquidem equa matricem habet satis amplam & magnam, & ipsa muliere longè maiorem, hæc tamen superfętari potest illa autem minimè, & ratio est quia eadem equa etiam si absolute matricem satis capacem habet, & muliere longè capaciorem, proprii tamen fœtus ratione, talem magnitudinem habebit qualis pro vnico fœtu concipiendo & formando requiritur; mulier autem etiam pro duplici fœtu perficiendo sufficere poterit. Cũ igitur iam enumeratę cõdõnes in sola muliere reperiant in eadẽque simul conspirare, ideo tri plici ẽt rõne, superfętare, diuersisq; tempori bus fętus suos ędere poterunt: Imprimis quod post conceptionis coeant satis euidẽs est. secundo quod alimentũ copiosum generẽt, sanguinis mestrui copiosa euacuatio per uterũ singulo mense facta, plane ostendit. tertio qđ ẽt talis ac tanta uteri capacitas habeatur, quæ pro duplici fœtu formando & perficiendo sufficiat, quotidiana experiẽtia reique euentus comprobat. Hæc igitur cum ita sint, causa inuestigãda adhuc superest, cur sit, quod omni mulieri ita coeunti, superfętari non conuenit. Sed hoc valde raro contingat. Secundo inquirendum etiam est, quid causæ sit, quod quibus superfœtatio aduenit, earum aliquæ ambos fœtus integros & vitales ædunt, quædã verò alterum tantum, primum videlicet, nõ item secundum, non nullæ autem neutrum perficiunt aut vitalem pariunt. Ad primum dicẽdum, quod mulier non superfœtat ob dictarum causarum omnium, vel plurium, vel vnius defectum, vnius quidem, vt si post primam conceptionem, coitum amplius non admittant, vel si admitunt, copiosum alimentum deficit, vel si in debita quantitate suppetat, capacitas suscipientis loci pro duplici fœtu integrando desideratur: plurium verò causa idem euenit, quando post impregnationem, coitum quidem adhuc sustinent, alimenti tamen inopia, vterique defectu superfętatio non sequitur. quibus duabus causis si tertia etiam accesserit, adhuc longè magis superfętario omnis auferetur. Ad secũdum autem quæsitum colligi potest responsio ex Arist. citatis locis, respiciendo ad tempus in quo superfętario fit, quod à prima conceptione modo breuiori, modo longiori interuallo distabit, si multum non recesserit, non superfœtario, verum etiam vtriusque fœtus perfectio sequi poterit, quod dum contingit, fit, vt quasi gemini nati esse videantur, sic ferunt Herculem & Iphiolidem conceptos natosque fuisse. Si autem superueniens fœtus, post longius tempus priori superuenerit, vt cum illo perfectionem suam acquirere nequeant, sed pariendi tẽpore ei superueniente, secundus nondum formatus sit, tunc nec amplius perfici poterit nec vitam recipere, vel acceptam seruare, sed ex superuenienti partu prioris, alterius abortus necessario sequetur. Alio vitali existente, quod si ob alimenti defectum, vel loci angustiam, secundus fœtus tamdiu in vtero contineri nequeat, donec prior fœtus integritatis suæ finem attigerit, tunc vtriusque abortus, & interitus simul sequetur.

De partu secundum naturam. *Cap. XXXII.*

PArtus cum tribus potissimum temporibus constet, fœtus coctione motione, & emissione, hoc loco de partu agendum penes vltimum tempus in quo videlicet iam maturatus fœtus emittitur, ut iure illius forma per emissionem etiam apte explicari videatur, quæ operatio cum postrema sit supponit ruptionem membranarum, fœtum inuoluentium à motione, & calcitratu ipsius factum, & eiusdem perfectionem, quæ longa coctione absoluta fuit. Cæterum emissio cum motio quędam sit tpe imprimis mensurari debet. secundo alicuius rei mobilis motio vt sit oportet. tertio hoc mobile habere debet principium, & terminum à quo moueri incipit, finē, & terminum ad quem mouetur, viam, & magnitudinem super quam mouetur, & tandem ipsum mouens, cuius vi singula fiunt, quæ omnia pro intelligenda essentia, & natura partus naturalis explicanda sunt. Imprimis quo ad tempus consideratur hic ratione qua est mensura motus & non cuiuscumque, sed illius tantum quod mensurat emissionem partus, ad differētiam temporis, gestationis, & maturitatis, de quo abundè suprà egimus, hoc autem tempus non ita determinatum est, quia latitudinem magnā nō habeat, ut in aliquibus, spatio dimidij horæ dictus motus absoluatur, in aliis per plures horas, & dies etiam protrahatur, quia tamē hic sermo est de partu naturali, citò potius quam longo tempore terminabitur, in partu. n. secundum naturam facto nihil reperitur, quod illius motum impediat, sed omnibus simul conspirantibus breui tempore perficitur, ad differentiam partus præter naturam. ex parte autem mobilis se tenet fœtus ipse, ad differentiam alterius materiæ humorosæ, siue hæc excrementia fuerit, siue alimentalis, siue seminis, siue menstrui sanguinis. ad differentiam etiam molæ & monstri, & quamuis in emissione partus secundum naturam facta, simul egrediantur quædam excrementa, immo eundem etiam præcedant, egrediatur etiam membrana secundina, in qua fœtus in vtero inuolutus erat, non tamen ea sunt, quæ per hunc motum, & partum naturalem principaliter intenduntur, sed illa ad fętus generationem producuntur, & cum illius emissione pariter exeunt. partus igitur naturalis non solum emissio erit, sed emissio ipsius fętus, cæterum fętus ipse vel integer, & perfectus est, vel nondum ad suæ perfectionis finem peruenit, hic excluditur fœtus imperfectus, qui immaturè exiens non seruat debitum exeundi tempus, sed anticipiando præter naturam exibit, atque tunc abortus potius quàm partus naturalis dicendus est, erit igitur partus secundum naturam, non solum emissio fœtus, sed etiā fœtus integri, & perfecti, fętus deinde iste perfectus, cum esse possit uiuens, & mortuus in partu naturali uiuens esse debet, ad differentiam mortui, cuius emissio à natura non intenditur, sed opera, quæ ipsa facit, ut perfecta condit, & ornat, ita etiam pro uiribus eadem conseruat, quod si de aliis naturæ operibus uerum est, longè magis de humani fœtus generatione affirmandum erit, quapropter partus naturalis,

Forma partus.

In emissione fœtus sex sunt considerāda.

Tempus quo partus mensuratur.

Mobile.

Fœtus duplex perfectus & imperfe.

Fœtus perfect. dup.

Termin⁹ à quo.

non ſolum erit emiſſio fętus integri & perfecti, ſed etiam uiuentis. Quo ad terminum à quo emiſſio iſta incipit, eſt mulier ſecundum illius vterũ, quæ ſola ad concipiendum fuit facta, concipit autem non in quacumque parte corporis ſed in utero, qui ſolus conceptioni, & partui accomodatam conſtitutionem obtinuit in eo igitur ut principia generationis noſtræ ſuſcipiuntur, ita in eodem ex dictis principiis fœtus generatur, nutritur, augetur, ad debitam maturitatem peruenit, & tandem ab eodem etiam exit, concurrit autem mulier ad hunc partum, tum ſecundum corpus vniuerſum, tum ſecundum ipſum vterum, corpus quidem concurrit tamquàm ſubiectum, ſeu principium commune, & remotum, vterus verò, ſubiectum proprium, & principium propinquum. Via autem per quam hic fœtus mouetur os eſt, & collum matricis, quod toto conceptionis tempore anguſtum, & strictum adeo permanet, vt nec ſpecillus quidem ingredi poſſit ex Galen. decimoquarto de vſu partium ſeptimo. At tempore partus eadem uia non ſolum ab infante naſcituro ſponte laxatur & aperitur, ſed magnam etiam apertionem patitur, ut per ipſam integer fœtus, & tantæ molis citra ipſius diſruptionem parientiſque interitum egredi poſſit, quod ſanè opus admirari quidem poſſumus inquit Galen. at non ſatis intelligere: quid enim admirabilius eſſe poteſt, quam quod nouem menſibus vteri os ita clauſum, & conſtrictum permaneat, donec fętus perfectio integra fiat, cõpleto autem fœtu, vſque adeo dilatetur, vt fœtus illęſus pertranſeat, ideo Auic. virtute ſolius excelſi Dei id fieri aſſerit, præſertim ſi verum eſſet quod quidam affirmant, dicentes in partu aperiri quaſdam iuncturas, & oſſa femoris, poſt partum vero eadem in priſtinum ſitum ſponte ſua reuerti. partus itaque erit emiſſio fœtus integri vitalis, ab utero mulieris facta per os, & collum eius dilatatum. Quantum deinde ad mouens triplex concurrit ad partum faciendum. primo fœtus. ſecundo mater fętum gerens. & tertio vterus ubi clauditur, ex quibus fœtus principaliter concurrit, reliqua duo ſecundario. quo ad fœtum is cum ad maturitatem peruenit, non ſolum in vtero mouetur, ſed cum Hip. in libro de natura pueri ſitum etiam mutat, ubi non erectus, aut ſupinus iacet, ſed totus incuruatus, ſiguram veluti retundam præſeferens. Nam caput ad genua reclinatum habet, manus inter genua & caput, ex vtraque parte inſertas retinet, facies autem inter genua interiacet, vt naſum in medio genuum locum habeat, & oculi ambobus genibus hereant, totus denique fœtus vteri potius interiora, quam exteriora, vel latera aſpicit, quapropter partus tempore ſi fœtus exire debet, oportet primo vt conuerſus moueatur, antiquum ſitum mutet, ad os vteri declinet, & exitum ſibi paret, non poteſt autem exire, niſi ligamenta quibus utero eſt coniunctus diſrumpat, & membranas quibus eſt inuolutus frangat, ideo manibus ac pedibus calcitrando ligamenta ſoluit, & inuolucra lacerat, inde excrementorum portio aliqua ad os matricis prius declinat, illiuſque anguſtiam laxat emollit, & vias lubri-

Muli. ad partũ cõcurrit dup.

Via per q̃ fit fœtus.

Mouens triplex.

Quæ ſit figura fœtus in utero.

Fœtus in partu ſitũ mutat.

cando futuro partui aditum faciliorem præparat; qui deinde minori sui ac matris labore exire consueuit, quod ipsum pullo etiam nascituro contingit, cuius nutritio, & auctio ex albo oui fit, quod quamprimum consumptum est, alimenti defectu pullus mouetur fortiter, & rostro frangit paniculum, & testam rumpit, vt exeat, vt habetur etiam ab Hip. libr. de natur. fœt. ab Auic. in cap. proprio, & Aristot. quarto. de gener. animal. hunc deinde motum ipsius fœtus adiuuat tum expultrix ipsius vteri, tum etiam corporis parientis, vt meritò vteri cum nimio pondere se grauatum sentiat, cum præterea ab illius motione, & ligamentorum disruptione molestia & dolor fiat, simul etiam facultas vteri expultrix excitatur, vt omni conatu à quacunque molestia liberetur, tantumque onus deponat: ad quod præstandum mouetur vterus duplici motu; constrictionis, scilicet & dilatationis. secundum concauam sui partem, quæ ampla est, & contento coæqualis constringitur, & constringendo veluti comprimitur, ad cuius compressionem expulsio fœtus contenti sequitur; Secundum verò illius collum, & os, contrario motu mouetur, quoniam dilatatur, vt per hanc dilatationem fœtus iam ab vtero compressus moueatur, situm mutet, & ab interna vteri capacitate & centro ad os declinet, & exeat: qui motus ita se habent, vt in mouendo ordine non careant, sed ea ratio seruatur, secundum quam partus rectè fieri possit, ideo vterus sicut secundum partem in qua constringitur, angustior euadit, ita secundum eius os, vbi dilatatur maiorem latitudinem acquirit, ita vt vtero secundum alteram sui partem sic constricto, & secundum alteram dilatato, fœtus in eo amplius locum non habens, foras exire cogatur. Tertio concurrit mater adiuuando pariter vtrunque motum, infantis inquam & vteri, vt habetur à Gal. 3. de fac. nat. cap. tertio. concurrit autem motu quodam compressiuo à musculis abdominis facto, qui tunc temporis constringuntur, & ventrem inferiorem subiectumque vteri corpus comprimendo, partum maiori conatu expellunt. quo tempore sicut mulier quiescere debet, nec localiter moueri, nisi sternutando vt ligamenta facilius frangantur, ita ante imminentem partum vrgentibus doloribus moueri debet, ascendendo, & descendendo; Omitto obstetricem, quæ & ipsa ad facilitandum partum extrinsecus concurrit, tum os vteri cum emollientibus laxando, tum propriis manibus parientis aluum vtrinque comprimendo; cuius operationes in partu secundum naturam facto, non ita locum habere videntur, sed potius in partu difficili, & naturæ leges non omnino seruante, de quo hic non loquimur. Cæterum quia partus etiam secondum naturam factus citra dolorem fieri nequit, ideo præstat cognoscere quando proximè est futurus, vt possimus opportuno tempore parituræ occurrere, illam reponendo in sella, & omnem opem illi ferendo, vt facile, cito, tuto, ac viriliter pariat, omnia præparando, quæ huic negotio explendo necessaria uidebuntur; quæ igitur citò paritura est. conqueretur de

Similitudo.

Vterus ad partũ concurrit.

Vterus in partu duplici motu mouetur.

Ordo in moribus vteri.

Mater ad portum cõcurrit.

Obstetrix ad partũ cõcurrit.

Signa mulieris cito pariturae.

1. Signi. dolore grauatiuo, tum secundum partes anteriores, quæ sub Vmbilico & partibus inferni ventris locatæ sunt, tum etiam secundum posteriores, & ad dorsum magis attinentes quo tempore incipit fœtus ligamenta soluere, præterea os matricis insuetum tumorem præsefert, & oui figuram tunc referet, & cum eo inguina etiam veluti inflantur, quia fœtus ad exitum se parat, mox idem os matricis cum antea esset ualde constrictum aperiri, incipit, soletque præcedere fluxio quædam humiditatis, à qua vteri os laxatur, ad dilatationem disponitur, & consequenter proximum partum facilitat, dum autem exire incipit modus naturalis exeundi erit, vt secundum caput primo exeat, neque immerito, quia superiora nobiliora & grauiora sunt infimis ex Aristotel. quarto de gener. animal. octauo & tempore quo nascitur faciem habebit versus Cœlum, at quam diu in vtero manet, contrarium situm seruando, pectore proprio matricis tergum potius, quam anteriora aspicit, ut habetur ab Hip. libro de natura pueri, vtrasque manus secundum longitudinem coxarum extensas habebit, tibiasque coniunctas retinebit, & omnem rectitudinem seruando, in externam hanc lucem ita prodibit, quicumque autem alius exeundi modus obseruatus fuerit, vel omnino erit præter naturam, vel à partu naturali aliquo modo declinabit, potest autem multipliciter declinare, prout fœtus exire potest, & primo ordine priori inuerso, nempe primo secundum pedes, rectitudinem tamen seruando, & manus adhærentes coxis retinendo, quæ figura non omnino est præter naturam, sed inter cæteras huius generis laudabilior existimatur, cum ab illa in eo tantum defter, quod videlicet secundum pedes exitus primo fiat, quod dum accidit, alicuius imbecillitatis fœtus inditium erit, qui non potest super caput se conuertere, vt in partu omnino naturali fieri consueuit, quæcunque autem alia figura seruata fuerit, magis erit præter naturam, vt si manus remoueantur à coxis, si caput declinet à rectitudine, si pedes egrediantur, & manus detineantur, si denique totus fœtus in vtero obliquetur, quibus modis dicunt fuisse natum Sipionem Affricanum. Cæsarem, Agrippam, & alios plerosque. Plinio etiam teste libro septimo nat. histor. capit. octauo, & nono hinc pariendi difficultas multiplex oritur. hinc eiusdem impossibilitas nascitur, hinc denique fœtus, & parientis mors, occasionem ducit, vbi partus secundum omnes naturæ leges enumeratas fiet, non solum erit naturalis, & facilis, ac proinde vitalis, verum etiam necessarium est, vt cum parientis conseruatione fiat, quod continget, tum quia in hoc actu alioquin magno mulier leuiora accidentia & dolores patitur, & citò totum negotium ad finem perducit, tandem ad hunc partum sequitur expurgatio per uterum facta, omnium excrementorum, quæ toto gestationis tempore coaceruata fuerunt, ex Hip. libro de natura fœtus, quod omnium maximè necessarium est ad matris valetudinem tuendam, ac proinde ad partum conseruandum, quæ excrementa cum longiori tempore collecta fuerint, necessarium etiam est,

2. Signi. 3. signi. 4. signi. Quis modus exeũdi. Modus exeũdi inter naturam multipl. Historia. Quæ sequantur partũ naturalem.

vt longo tempore expurgentur, quod tamen tempus in omnibus non ita est limitatum, vt careat latitudine, ideo in quibusdam pluribus in quibusdam paucioribus diebus purgatio ista absoluitur, omnibus tamen commune est ex Hip. citatis locis, ut diem quadragesimum non pertranseant, & ideo consulto in more positum est, ut puerperæ non permittantur in victu, vel aliis delinquere; nisi post diem quadragesimum, quamuis infrà hunc diem plerisque cessent dictæ purgationes, quæ tamen in partu fœmineo magis quàm in masculino perdurare solent, ratio est in promptu quia dicta excrementa copiosiora & crassiora in fœminis colliguntur, quam in masculis, quoniam fœtus fœmineus à remissiori calore regulatus, ad maturationem, & persectionem tardius ipso mare deducitur, quam diuersitatem. Auic. quoque considerans dicebat, quod mundificatio quæ fit post partum masculi diebus triginta & minus, & plus absolui solet, post fœminas uero trigintaquinque, & minus, & plus in vtrisque autem ea seruatur proportio, vt statim à partu per aliquot dies copiosior euacuatio conspiciatur, quæ septem octo vel decem diebus perdurare consue iit, ab eo vero tempore minui incipit, & ita sensim minuitur vt propositos dies attingere quidem, transire autem non valeat.

Quanto tpe duret expurgatio post partum.

Quæ agenda sint post partum. Cap. XXXIII.

POst natum puerum studendum est ne ipsi aut matri quipiam mali contingat, quod fiet si imprimis ex parte pueri, Vmbilicus cultro ei incidatur, à ventre per quatuor digitos non tamen statim à partu, præsertim si difficilis extiterit, quia debilior factus erit, ob quam causam eo tempore propè matrem iacere debet, vt ab illius calore foueatur, abscisso Vmbilico sanguis, qui in illo coagulatus mansit ressicandus, & licio ligandus erit, ne ex superuenienti fluxu immoderato puer periclitetur, ob quam eandem causam ligari etiam debet in muliere, consolidantia deinde applicabuntur, qualia sunt sanguis draconis, bolus armena, mira, sarcocolla, vsnea, & similia, quæ puluerizata, & pari pondere permixta cum lana succida applicabuntur, cum deinde magna mutatio in eodem puero nuper nato contingat, tum ratione loci, quia nouem mensibus in materno vtero clausus permansit; mox uero post ortum aeri cæterisque externis causis alterantibus, quasi subito exponatur, tamen ratione alimenti, quoniã in utero ex sanguine alebatur, extra verò ex lacte, tum in excrementis, quę post partum longè aliter quam antea expurgantur, quo enim tempore in vtero mansit, nullum vsum adhuc habebat vesica intestina, nares, & similia, sed quemadmodum per alias partes quam per os, fœtus in vtero alebatur, diuersoque alimento nutriebatur, ita etiam per alias uias excrementa separabantur: viæ enim alimenti eo tempore erat vmbilicus, qui

Materiæ medic.

Magnas mutationes nato puero aduenire.

qui apertus erat, excrementorum verò loca clausa manebant; contrario autem modo post ortum se habet; quia tunc vmbilicus clauditur, os autem, vessica, anus, nares, & aures aperiuntur: ideo ob quasdam repentinas, & magnas mutationes, partui, & fœtui aduenientes, summa diligentia requiritur; studiumque accuratum adhiberi debet; ne plus æquo alteratus, atque mutatus intereat; quod ne contingat dictis causis occurrẽdum erit, & imprimis ne ab ambiente patiatur, prudentis obstetricis officium erit aerem seruare tepidum, & interno vteri calori valde similem, corporis habitum tenellum, & molliorem roborare oportebit, vt citra noxam immutantibus causis resistat, ideo præstabit ipsum inungere oleo de glande quo cutis firmatur, & ab extra occurrentibus munitur, corpus tamen eius imprimis ab omni colluuie lauandum erit, in balneo acquæ tepidæ, vel etiam alteratæ cum costo, sumac, fęnu græco. modico salis, & similibus vt colligitur etiam ex Gal. primo de tuenda val. cap. septimo, & nono, vbi dicebat pueruli corpus modico sale aspergi debere, vt ab eo cutis solidior, ac densior reddatur, quamuis infantes nostræ ætatis salis acrimoniam sustinere vix possint, sed ipsius loco balneum parabitur ex acqua alterata cum rosis foliis mirti, & aliis propositis, ratione cuius lotionis, per acquam detergitur ab omni immundutie, per dicta verò alterantia cutis roboratur; deinde vt excrementa, quæ sunt generanda ex lactis vsu, per loca consueta, & citra difficultatem expurgari possint, anus infantis minimo digito amigdalino perunćto, leniter tractandus, & præparandus erit, nares quinetiam vnguibus, ac digitis aperiendæ, vt superfluitates capitis propria organa aperta inueniant, præsertim cum per eam ætatem pituitosa excrementa plurimum abundent, quæ si intus, & præter naturam cohibeantur, epilepsiam in illis causare solent; uessica leniter deprimenda, vt locij ægressus faciliter sequatur: & si aliæ partes malæ constitutæ fuerint, errores ipsarum aliqua ratione corrigentur, & moderabuntur; debet autem obstetrix dictas partes quamprimum pertractare, & efformare, decoremque omnem pro viribus restituere. quia tunc temporis, ob tenellam illarum substantiam quascunque impressiones facile patiuntur: quibus ita peractis, aliis uinculis diuersis ab illis, quibus in vtero ligabatur vinciendus erit, lenibus inquam linteis, mundis ac bene repurgatis, bracchia ad coxas extendendo, dandaque omnino est opera, ut membrum quodlibet suo loco apposité alligetur, quod non semel, sed sæpius eadem die faciendum erit; mox in cunabulo reponendus, capite paululum elleuato, vt illius excrementa melius expurgentur: Et in primo suæ diei ortu pro alimento satis illi erit modicum zucchari, aut melis, quæ non solum sua dulcedine infantem ad lambendum facile excitant, sed etiam vi sua detersoria os fauces, pulmones, & ventrem repurgant; sequenti die lac exhibendũ, & maternum potius laudatur: quia ex eodem sanguine fit, ex quo etiam in vtero alebatur; vt fœlicior nutritio inde sequatur, & præsertim si mater fuerit bene temperata: Ex alieno autem corpus sæpè inficitur, & ani-

mus

Regimẽ. Aer.

Innũctio.

Balneũ.

Excrem. Expurgatio.

conformatio partium.

Modus ligandi.

Cibus.

mus quoque vitiosis humoribus simul imbibitur, nec minus ex parentum semine, pueri similes illis nascuntur quam ex ipso lacte nutricibus, quod si mater mollitie, virium imbecillitate, vel aliquo lactis vitio partum filium alere non potest, alia probata mulier inuenienda erit, quæ ex Gal. primo, de san. tu. ex Paul. lib. primo, cap. secundo, & Aet. lib. quarto. cap. quarto, & quinto, tales habeat conditiones, vt natu grandior non sit, nec minor annis viginti. Pectore latiore, corpore firmo, & quadrato, colore laudabili, & viuido, mammas mediocres habeat, non rugosas, & molliores, & tandem sit boni habitus, quem etiam boni mores sequi solent: statutnm verò tempus quo lacte sunt nutriendi, ex Paul. erit per biennium, deinde ad lenes micas panis, iusculo madefactas, ad plenioraque, & solidiora cibaria, sensim traduci debent; vinum per totam saltem pueritiam interdicatur: eius enim vsus præter id quòd corpus nimis calefacit, & humectat, caput etiam vaporibus replet, Gal. teste primo de san. tu. & Plato secundo de leg. iuuenibus etiam vinum prohibere videtur, quia in ea ætate homines furibundos facilè reddit, cuius abusu nostris temporibus surgit, & educatur praua iuuentus; in senibus verò maximè est accommodatum, vires ac robur seruando, & coctiones omnes iuuando.

Nutrix qualis esse debēt.

Quanto tēpore lac exhibendum.

Potus vini malus.

De sterilitate. Cap. XXXIIII.

HVcusque egimus de conceptione, & formatione fœtus, nec non de partu, & pariendi modo secundum naturam, quorum cognitio summam lucem allatura erat, omnibus symptomatibus, quæ vtriq; functioni aduenire eorumque naturæ statum euertere possunt, de quibus in præsentia sermo instituendus est, A vitijs conceptionis exordiendo, sunt autē hæc duo potissimum, prout vel omnino illa aufertur, vel malè fit, si auferatur, oritur illud vitium, quòd sterilitas dicitur, si male fiat, dupliciter contingit, prout imbecilliter, diminutè, tardè, difficulter, vel deprauate fit. hinc tria symptomatum genera nascuntur, de quibus tractare nostra est intentio, à sterilitate incipiendo, sub cuius sermone simul compræhendemus eiusdem conceptionis imbecillitatem, difficultatem, & tarditatem: hæc enim omnia in eo communicant, vt sint symptomata conceptioni ipsius vteri occurrentia, quæ tamen secundum magis, & minus distinguuntur, & propterea ab eisdem causis etiam dependent, sola magnitudine differentibus à quibus etiam eadem auxilia indicabuntur. Quo ad vocem igitur attinet, cum sterilitas ex diametro conceptioni opponatur, ideo nil aliud nobis significabit, quam conceptionis priuationem, ablationem, & impotentiam. Cuius vitij essentia non aliunde melius haberi posse videtur, quam ex suarum causarum notitia, ac proinde formæ, materiæ, & efficientis. Nam sterilitas ratione qua est symptoma à sua forma habet esse, à substantia, & materia cui inhæret subsistentiam recipit, ab effectrice autem producitur, & conseruatur, subiectæque materiæ inest. quare de his omnibus causis agendum est, vt ex parte formæ, sterilitas cum ex

Quot sint sympt. cō cep. aduē.

Explicatio vocis.

Forma steril.

eorum

eorum genere sit, quæ priuationem significant, ideo illius forma per priuationem optimè explicabitur, quapropter sicuti de conceptione agentes, statuimus non aliud esse quam constitutionem hominis, ita sterilitas, quæ illi contrariatur, erit ablatio, & impotentia constitutionis eiusdem hominis. sic etiam visio est actio videndi colores, cæcitas est ablatio eiusdẽ actionis videndi colores; talis autem impotentia constituendi hominis duplex esse potest, naturalis & præter naturam. Naturalis est duplex, altera est, quæ pro hoc tantum tempore actum, & potentiam constituendi hominis tollit, altera quæ simpliciter, & omni tempore potestatem, & omnem actum concipiendi aufert, quod intelligi potest tùm ex parte maris, tùm fœminæ, vt in extremis ætatibus contingit, sed diuersa ratione: nam in ætate puerili, mas dici potest sterilis, quia semine caret, in quo est generandi potestas, cuius priuatione pro eo tantum tempore sterilis dicetur, quæ sterilitas huic ætati cõnaturalis est, ideo omnibus inest, & ab ortu ad annum vsque decimnm quartum definitur, quemadmodum in fœmina, in duodecimo, quæ pariter hoc tempore proprio semine caret; tùm magis, quia menstruum sanguinem non generat, qui tamen pro alimento concepti fœtus necessarius est, neutrorum autem impotentia absoluta est, quia omni tempore non durat, sed post perscriptos terminos ad generandum ambo idonei fiunt, & per hoc distinguitur ab ea impotentia naturali, quæ simpliciter tollit potentiam, & actum simul. quemadmodum contingit, in extremo senio, in quo nec semen generatur, nec spirituum ea copia reperitur, quæ ad coheundum in viris recquiritur, quod secundum Aristo. post annũ 70. contingit. Mulieres autem post 50. annum ad concipiendum ineptæ fiunt: hoc enim tempore menstruorum generatio cessat, sine quibus conceptionem fieri naturaliter est impossibile diuina tamen voluntate cooperante omnia sunt possibilia, altera autem sterilitas est præter naturam, & hæc ea est, quæ quantum sit ætatis ratione adesse non deberet, sed propter morbificas causas producitur. Et pro causarum magnitudine modo ex toto aufertur conceptio, modo minuitur, & deprauatur, de qua sterilitate in præsentia sermo futurus est, cuius forma in eo consistet, vt sit impotentia quædam, seu ablatio constituendi hominis.

Impotentia duplex.

Sterilitas naturalis duplex

Sterilitas præter naturam.

De causa materiali sterilitatis. *Cap.* XXXV.

EXplicata forma sterilitatis, de illius materia secundo loco agendum: cũ enim sterilitas ablatio sit, & hominis concipiendi impotentia quædam, alicuius subiecti impotentia, vt sit oportet, hoc autem non aliud erit, quam corpus humanum, quod vt sanitatis, ita etiam ægritudinis subiectũ esse debet, sed conceptio secundum naturam facta, est functio corporis humani, ergo illius ablatio symptoma erit eidem corpori adueniens. Corpus autem humanum cum duplex sit, masculinum, & fœmineum, etiam si vtriusque vitio contingere possit, conceptionẽ auferri, quia tamen in præsentia non est sermo de causis sterilitatem facientibus, sed de subiecto corpore,

pore, in quo illa ineſt, tanquam forma in ſubiecto, & tale non ſit niſi fœmineum, ideo functio iſta ablata eiuſdem ſubiecti corporis ſymptoma erit, cuius etiam eſt illius integritas, ſed concipere conuenit ſoli fœminæ: ergo. cæterum cum actio omnis, quæ à tali corpore prodit eſſe poſſit, vel partis alicuius determinatæ, vel corporis totius, ſatis conſtat hanc functionem ablatam ineſſe fęminæ ratione vtriuſque, ſed toti corpori, vt ſubiecto communiori, parti verò vt proprio, & ad coucipiendum à natura ordinato, cuiuſmodi eſt vterus, erit igitur ſterilitas impotentia conſtituendi hominis, in vtero materno, qui dum conceptione fruſtratur tanquam organũ proprium concipiendi afficitur, quot autem modis lædatur, & quibus ex cauſis caput ſequens explicabit.

Subiectũ ſterilit.

ſubiectũ ſteril. cōc.

Subiectũ ſteril. proprium.

De cauſis efficientibus ſterilitatem. *Cap.* XXXVI.

DVm Vterus hoc ſymptomate detinetur, vel illius concipiendi facultas labefactata eſt, vel impedita, ſi labefactata hoc fit ob quamcunque Vteri intemperiem, ſimplicem & compoſitam, ſine materia, & cum materia, atque hac flatulenta, vel corpulenta, & ſi corpulenta eſſe poteſt ſeminalis, menſtrualis, & humolaris, biliosa inquam pituitoſa, & melancolica, & quæcunque ea fuerit eſſe adhuc poteſt, natiua, & adſcititia, vt habetur ab Ariſto. ſecundo & quarto de gen. animal. & Auer. ſecundo colect. ſuarum, & Hip. lib. de ſterilitate, & Gal. lib. de ſemine, & Auic. lib. ſuo decimo de animal. facultas igitur dum impedita eſt impediri poteſt vtero primario affecto, vel ſecundario, ſi primario, vel ſecũdum internas, vel externas partes afficitur, ſi primũ eſſe pōt morbus tùm in mala cōpoſitione, tùm in ſoluta vnitate, & ſi in mala compoſitione, erit morbus in magnitudine vteri aucta, vel diminuta, in ſitu, in figura, in vijs, dilatatis inquam vel conſtrictis, in numero aucto, & diminuto, ſi idem vterus afficietur ſecũdariò cōcurrere poſſunt cauſæ internæ, & externæ. Si internæ, vitiũ erit in toto corpore, vel in parte determinata, ſi in toto illius facultas erit labefactata, vel impedita. Si labefactata, eſſe pōt quælibet intemperies, & ſecundum quamlibet differentiã intenſa, vel remiſſa, cũ materia, & ſine materia, natiua, & adſcititia, in habitu, & in habitudine; ſi aũt facultas totius impedita fuerit, pōt pariter impediri à cauſis internis, & externis, & ſi ab internis eſſe poſſunt morboſæ, & non morboſæ, ſi morboſæ non fuerint, erit quemadmodum habitus corporis pinguior, rōne cuius menſtruorũ generatio, aut ſemen nō fit. Si cauſa morboſa fuerit, pōt eſſe morbus in mala cōpoſitione, & ſoluta vnitate, & quicunque fuerit occupabit partẽ principalẽ, vel non principalẽ, & ſi principalẽ, vel erit cor, vel cerebrũ, vel hepar, ſi impedimentum fuerit meritò non principaliũ, vel ad vterum pertinget, vel non. Si nō, vitium eſſe poteſt in vẽtriculo, in inteſtinis, liene, rhenibus, & in venis poſt aures; at ſi partes ad vterum pertingant, erunt venæ, arteriæ, nerui, & ſeminalia vaſa, ſi deinde cauſæ lædentes vterum, & reliquum corpus externæ fuerint, erunt tùm neceſſariò, tùm non neceſſariò occurentes,

Cauſa efficiens ſteril. multiplex.

Fac impedita dup.

Cauſæ internæ.

Cauſę externæ dupl.

prioris generis sunt. Sex res non naturales, quæ absolutæ consideratæ non naturales vocantur, vt autem in nostra corpora agunt, si recte adhibitæ fuerint, & sanitatem seruent, causæ naturales, & salubres vocabuntur, eædem si malè ad motæ naturæ statum euerterint, præter naturam, & insalubres dicentur, quæ omnes externæ causæ, ex Gal. in arte medecin. ex quattuor fontibus capiuntur, ex assumendis, vt cibus, & potus, vnde ex Arist. quarto de gen. animal. secundo habetur, quod vsus acquarum gelidarum sterilitatem inducit, secundo capiuntur ex adhibēdis, vt aer, & regio, quæ pariter, præ nimia frigiditate sterilitatē facere possunt, tertio ex vacuandis, vt inanitio, & repletio, quarto ex faciendis, vt somnus vigilia motus, & quies. si autem necessario non occurrant, sunt medicamenta alterantia, purgantia, & à proprietate agentia, siue hæc intus, siue extra admoueantur, circa quas omnes causas tali ordine propositas discurrere oportet, examinando rationem, & modum, quibus singulæ agunt in corpora nostra, modo conceptionem auferendo modo debilitando, & retardando, modo deprauando.

Causę externæ à quatuor fontibus capi.

Intemperiem quamlibet uteri sterilitatem inducere posse.
Cap. XXXVII.

QVod imprimis morbus in intemperie sterilitatē facere possit, patet, si discurramus tum per nudas intemperies ipsius vteri, tùm totius, & aliarum partium, siue istæ fuerint simplices, aut compositæ, cum materia, & sine materia, insignes, & remissæ, natiuæ, & adscititiæ, in habitu, & in habitudine, & tandem ex parte fœminę, aut viri, si nuda intemperies conceptionem auferat esse potest calidior, frigidior, humidior, & siccior, & præsertim si interior fuerit, vt colligitur ex Hip. quinta aph. 52. quæcunque, inquit, mulieres frigidos, & spissos habent vteros, non concipiunt. Et quæcunque per humidos habent, non concipiunt. Extinguitur enim in eis genitura, & quæcunque siccos magis, & adurentes, nam ex defectu alimenti corrumpitur semen, quæcunque verò ex vtrisque mediocrem habent temperaturam, hæ fœcundæ sunt; at si dicta intemperies paulo remissior fuerit, quandoq; conceptio fiet, quandoque non, fiet quidem conceptio si cum dispari temperatura copuletur, quæ tamen imbecillis, & tarda erit, non fiet autem si cum simili iuncta fuerit, quæ omnia sigillatim sunt declaranda. A frigidiori exordiendo, quæ multis modis vteri sterilitatē inducere potest: imprimis semen maris refrigerando, & mortificando, quòd potissimum contingit, vbi frigiditas vteri insignior fuerit, vt nec à virilis seminis calore emendari posit, eadem si paulo remissior extiterit, vt idipsum semen mortificare, & omnino infęcundum reddere nequeat, illud tamen ita alterabit, & immutabit, vt mulier si sterilis omnino non fiat imbecilliter saltem, tardè, deprauatè, & difficulter concipiet, nisi ex superueniente viri semine calidiori, illius vitium corrigatur; vt monuit Gal. 5 aph. 62. Secundo ob eandem intemperiem frigidiorem, facultas

Quolibet intēper. conce. tollit.

Frigid. quō steri. faciat. 1. causa.

2. causa.

vteri

vteri attactrix proprio munere frustratur, quia ea auiditate semen non attrahet, vt par esset, vel attractum non retinebit, vel retentum non bene fouebit, quemadmodum ad bonam conceptionem recquiritur.

3.causa.

Tertio ab eadem intemperie vterus densior, & spissior euadit, cuius causa ora vasorum eius angustiora facta, non facile permittunt illas membranas adnasci, quibus fœtus inuoluitur, & vtero alligatur; quarum defectu conceptio è medio tollitur, vel etiam si adnascantur, fieri potest, fœtum non bene, & integrè nutriri posse, quoniam in huiusmodi mulieribus, ita affectis, purgationes nullo modo fiunt, vel in minori copia, vel saltem vitio non carentes: in his enim tenuior, & acquosior quidam sangnis effluere consueuit, crassioribus partibus intus retentis; hæc igitur dum contingũt, vel conceptio auferetur, vel tardior, & imbecillior fiet.

4.causa.

5.causa.

Quinto ob eandem intemperiem totum corpus in consensum trahitur, vt mulier ista, nec ad coheundum sit propensa, nec in actu venereo ea delectatione affieiatur, ratione cuius conceptio facilior sequi solet; sed tardius emittendo semen, quàm vir, non potest ea mixtio fieri, quàm conceptio expostulat.

Intempe. calid. quo modo ste ril. faciat.

Si autem calidiori idem vterus potius afficiatur hæc pariter si insignior fuerit, siue natiua, siue adscititia extiterit, humidum absummendo, consueuit menstruum sanguincm, vel omnino, vel ex parte resoluere, quem si omnino absummat conceptionem etiam tollet, si ex parte tarda, vel deprauata fiet.

1. causa.

2. causa.

Secundo ob hanc ipsam caliditatem susceptum semen, secundum propriũ humidum non fouetur, sed cõsummitur, & sterile euadit, nõ secus ac de terra calidiori contingere monet Gal. 5. aph. 52. cui si semen committatur, vis eius vegetalis ob illius consumptum humidum extinguitur, vel saltem humoris inopia diminutè germinat, fructumque suum tardius producit.

3.causa.

Tertio ab hac ipsa insigni intemperie calidiori vteri vniuersum corpus in consensum trahitur, calidiusque redditur, & quamuis tales mulieres ad venerem non sint tardæ, & segnes, sed potius sallaces, quam citissimè tamen in coitu exoluuntur, vt proprij seminis mixtio cum virili fieri nequeat.

Intemperies humi da quo sterilit. fa ciat.

Humidior autem intemperies, si & ipsa multum excesserit, præcipuè si cum materia coniuncta fuerit, multis de causis sterilitatem inducit, imprimis, quia eius causa, facultas retentrix vteri propria functione frustratur, cum susceptum semen, retinere non possit, sed præ nimio humore, & madore, laxatus vterus, & madefactus foras semen effluere permittit, sine quo conceptio nũquam fieri potest, ideo Gal. 14. de vsu par. habet quod Vterus si concipere debet, oportet post susceptum semen, os eius adeo constringi, vt neque acus ingressum habeat.

1. causa.

2.causa.

Secundo ob eandem humiditatem Vterus immundus adeo, & fœdus euadere potest, vt susceptum semen à propria natura demutando corrumpat, & sterile reddat.

3.causa.

Tertio ab eodem humoris excessu semen, ita obruitur, vt omnis eius facultas extinguatur, quòd de seminibus humidiori palustrique terræ demandatis contingere etiam solet, cuius superflua humiditate eorum ortus prohibetur, minuitur, vel retardatur. Quarto ob eandem intemperiem in consensum traitur totum corpus ratione cuius adhuc magis sterilitas induci potest.

Intemperies sicca quo steri. faciat. 1.causa. Concurrit postremo siccior intemperies eiusdem Vteri, quæ si valde excedat humiditatem omnem absummet, vt alimentum quoque ad Vterum sub vaporis specie attractum annichiletur, & ita conceptio non fiat, sic etiam semina arenæ terræque argilosæ, & petrosæ commissa innatam suam fœcunditatem non ostendunt, sed ob illius humidi defectum, alimentiq; carentiam sola, & sterilia manent. 2.causa. Secundo eiusdem intemperiei causa, totum corpus in consensum trahi solet, vt totius ac partis siccitate simul conspirante, mulier sterilis euadat, si eadem intemperies paulo remissior fuerit, vt omni humore, & madore non sit destituta, conceptio quidem fieri poterit, sed diminuta, vel tarda, sicut etiam de consimili terra euenire experimur; Verum notandum, quod si mulier secundum totum corpus humidioris temperaturæ fuerit, & viri semen pariter, humidius, remissa hæc vteri siccitas contemperari poterit, & mulier ad conceptionem aptior fiet.

De intemperie cum materia. Cap. XXXVIII.

SI præter intẽperiẽ materia quoq; accesserit põt esse viuẽs, & vita carẽs. si viuens fuerit. Materia sterili. faciens mulip. Erit nimia pinguedo, vel semen, si pinguedo totum, & partem occupare potest, eademque natiua, vel adscititia esse solet, hæc igitur si collum, & orificium matricis totum detinuerit, & opilauerit, sterilẽ, & omnino infœcundam efficiet, nam ratione huius impedimenti. Pinguedo partis steril. facit. Vterus semen attrahere non potest, de qua causa meminit etiam Hip. 5.aph.46. & lib. de steril. & de superfet. & Arist. 2. de gen. animal. cap. 5. ad quã causam redduci etiam potest caro, quæ in dictis locis adnasci cõsueuit, ob nimiam etiam corporis totius gracilitatem, & tenuitatem, mulier euadit sterilis, gracilitas totius steril. facit. & imprimis, quia Vterus totius temperaturam sequitur: secundo quia non generantur menstrua, vel si generantur sunt in minori copia. gracilitas vteri steril. facit. His accedit nimia vteri tenuitas, cuius causa imbecillitatem acquirit. Addit Ætius lib. vltimo alias causas, quæ ad habitum corporis spectant, Qui corporis habitus sterilis sit. vt si mulier sit nimis procera vel parua, si lumbos & vẽtrem superiorem angustum habeat, si mammillas tenues habuerit: si autẽ totum corpus pinguius fuerit, prohibendo generationem menstrui sanguinis, ac proinde alimentum ipsius fœtus, Pinguior habitus steril. facit. eadem mulier sterilis fiet, de quibus causis Hip. etiam loquutus est loco citato quæcumque inquit, præter naturam crassæ, non concipiunt, his pinguedo os matricis obturat, in viris etiam pinguedo totius corporis seminis generationem prohibendo, sterilitatem facit, vt ab Arist. etiam habetur, primo de gen. animal. & secundo de part. animal. cap. 5. Si autem eiusmodi fuerit mulieris semen, Semẽ qđ sit sterile vel per internam suam naturam, erit tale, aut quia in copia deficit, quemadmodum cõtingit, si ex aliqua materia gentiũ fuerit, cuius proprium sit semen infœcundum generare, si per propriã naturam hac prauitate affectum fuerit, sterilitatẽ perpetuo seruabit, ob quã, & alias causas nullæ fortasse toto genere steriles sunt: Si ab estrinseco tale euadat, esse potest ob permixtionem alienæ materiæ prohibentes fœcundi-

tatem

tatem seminis, vel quia illius exitus impeditur, vt intus cohibitum alienam qualitatem acquirat, & corrumpatur. Si autem materia vita caruerit, esse potest flatus, & humor si flatus in matrice contineatur, tunc prohibendo debitam mixtionem, & vnionem vtriusque seminis simul, conceptionem auferret, vel id faciet, quia matricem distendendo, prohibet illam corrugari, & constringi, vt non detineat. Secundo id facit, quia prohibet, internam matricis cauitatem, cum suscepto spermate coniungi, à quo vterus diuisus manens, semen fit sterile. Si autem fuerit humor aut erit sanguis, vel alius humor, à sanguinis natura distinctus, siue humor iste in vtero generetur, siue aliunde fluat, nempè à toto. vt ex parte sanguinis, si consueta illius euacuatio per vterum fiat, subtracto alimento ipsi fętui, conceptione frustrabitur. Si etiam per alias partes immoderatè fluxerit, id ipsum sequetur, si deinde fuerit alius humor, vel erit putridus qualis in febribus esse consueuit, qui si biliosus extiterit sui amaritudine seminis fęcunditatem omnem delere potest, & sua acrimonia expultricem irritare, vt non retineat, si pituitosus vterum lubricando, & refrigerando facultatem illius extinguere, & ad sui exitum præparare potest, si melancolicus densando, & siccando alimentum prohibet, quemadmodū aliorum quilibet obstruendo vasa vteri alimenti motum impedire potest, quo minus ab vtero non attrahatur, & tandē quilibet dictorū humorū sua permixtione corrūpendo semen, conceptionē prohibet. Si aūt putridus nō fuerit eisdē ferè modis concurret ad sterilitatē faciendam, vt proximè dictū fuit.

Flatus est cā steril.

Superfluus fluxus sang. steril. facit.

Humor putridus steril. facit.

Sterilitatem fieri à morbo in mala compositione. Cap. XXXIX.

PRæter causas sterilitatis ab intemperie acceptas, simplici & composita, insigni, & remissa, in habitu, & in habitudine, sine materia, & cum materia, atq; hac viuente, & non viuente, flatulenta, & corpulenta; aliæ ēt accedunt, sed acceptæ a morbo in mala compositione, qui secundum multiplicem sui speciem concurrere potest in magnitudine inquam, numero superficie, viis, positione, figura vitiata, & aliis eius generis, de quibus Hip. etiam meminit in lib. de superfetatione, & Auic. in cap. proprio. & Gal. passim, Arist. quoque 2 de gen. animal. cap. 4. & 5. quo ad morbum in via esse potest tum in vtero, tum in aliis partibus ad vterum pertingentibus, & quæcunque fuerint, concurrunt vt latiores factæ sunt, vel strictiores, ex parte uiarum extra uterum, erunt venæ arteriæ, uasa seminalia, & nerui, quorum oīum nimia cōstrictio ea rōne sterilitatem facit, quia si hæc fuerit in vasis seminalibus, transitum seminis muliebris in uterū prohibebit, sine cuius permixtione cum uirili semine conceptio nunquè fieri pōt. Si fuerint uenę, cum per has deducatur sanguis in uterum pro nutritione, & auctione cōce pturi fętus. Si talis fluxio prohibita fuerit alimēti defectu, & uenarum causa conceptio auferetur, si obstructio fuerit in arteriis, cum per has ui talis spiritus à corde in uterum influere nequeat, adhuc longè magis mulier conceptione frustrabitur; si denique angustia fuerit in

Morbus in mala composi. quō steril. faciat.

Viarū cōstrictio steril. facit.

Prima cā.

4. causa. rit in neruis per quos sensus & motus in fœtum deferri debet conceptio fieri nullo modo poterit, si autem dictarum cauitatum vitium in nimia potius dilatatione consistat, & primo ex parte arteriarum, vitalis calor resoluetur, si ex parte venarum immoderatus menstrorum fluxus sequetur, si ex parte uasorum seminalium, fiet Gonorea, quorum omnium causa conceptionem tolli satis est manifestum. si autem vitium fuerit in vtero, esse potest in toto, vel eius parte, & vbicumque fuerit, vel erit vitium constrictionis, vel nimiæ dilatationis, si morbus fuerit dilatationis, siue totum siue partem eius occupauerit, nempe collum, & os internum, vel externum eiusdem, tunc materia seminalis non retinebitur, quemadmodum contingit, quando orificia venarum menstrualium, sunt aperta, vel vasorũ seminalium, vel spiritualium, vnde ex ninio menstruorum fluxu debilitata facultate retenrrice nec semen attrahi, nec attractum retineri potest, cæterũ viæ constrictæ fieri possunt à causis tum extra, tum intra vterum. Inter quas locum habent obstructio, constipatio & compressio, si viæ fuerint obstructæ concurret materia aliqua copia, crassitiæ, & lentore peccans, siue illa pinguendo fuerit, siue humor, atque is pituitosus & melancolicus, quibus omnibus de causis menstrua supprimẽtibus, conceptio non fiet. Si fuerint constipatæ fieri potest à callo, carne adnata membrana, vel pinaculis simul coherentibus, de quibus causis Ætius etiam loquitur lib. vlt. cap. 26. ab his igitur orificium matricis ita clauditur, vt menstrua non fluant, vel viros admittere non possunt, & ita ad concipiendum ineptæ euadunt. Nã si pinacula extra cohæreant nec purgari, nec cohire, ac proinde nec concipere poterunt, si autem orificium matricis à carne adnata, vel membrana clausum fuerit, nec purgari, nec concipere poterunt, cum viro tamen cohire absque impedimento valent. Si eadem via constringatur à causa comprimente, hæc erit extra vterum, & tunc esse potest, vel in externa eius superfitie, vel in partibus circum iacentibus, si in externa superfitie erit aliquis tumor, qui sua grauitate comprimendo vias vteri, prohibet ingressum, & egressum seminis, & cuiusque alterius materiæ: si eadem compressio fiat à causa occupante circumiacentes partes, erit nimia pinguedo omenti, de qua meminit etiam Hip. 5. aph. 46. vbi statuit os vteri à nimia pinguedine omenti quandoque comprimi, sicut etiam ex nimia copia excrementorum in recto intestino existentium eiusdem vteri compressio fieri solet, cuius causa semen recipi non potest, & si recipitur à causa comprimente exprimitur, & ita conceptio prohibetur. Quæ omnes angustiæ species, cum integræ, & non integræ esse possint. Si integræ fuerint sterilitatem omnino facient, quia earum causa semen non attrahitur vel non suscipitur, vel alimẽto priuatur, uel etiam exprimitur, si antem non integræ fuerint, conceptionem imbecillam, vel tardam reddent. Prçter propositas causas illa accedit, quæ ad vitiatam vteri internam cauitatem, & superficiem magis attinent, quæ dum naturæ modum seruat, rugosa, aspera, & inæqualis esse debet, cuius causa susceptum semen intra vterum melius retinetur, & amissa tali rugositate, si æqualitatem, & lentitiem acquirat, actio facultatis retentricis, vel

Marginal notes: Viarũ dilatatio sterilit. facit. — 1. causa. — 2. causa. — 3. causa. — Vitia uteri sterilitatem facere. — Viarũ cõstrictio à quib. cãs fiat. — Obstruct. — Constipatio. — Compressio. — Morbus superficie steril. facere põt.

vel omnino aufertur, vt semen totum effluat, præsertim si totam internam cauitatem occupauerit, vel saltem imbecillior redditur, si partem tantum vteri detinuerit; hæc autem lenis superficies, natiua, & adscititia esse potest, si natiua fuerit nullam conceptionis spem relinquit, adscititia verò est quæ ob aliquam cicatricem, ex vlcere præcedente producta fuit, quæ pariter si totam vteri cauitetem occupauerit, semper ea mulier sterilis erit, si partem cum difficultate saltem concipiet, nec solum ob hanc causam conceptio aufertur, verum etiam quia idem semen licet retineretur, non tamẽ ipsi vtero hærere posset, quia vasorum ora ab inducta cicatrice sunt obcęcata accedit altera causa ab alimenti deffectu desumpta, sine quo nulla conceptio fieri potest, deficit autem alimentum non simpliciter, sed ipsi fœtui, quod etiam si reliquo corpori præsto haberetur, ob dicta tamen ora vasorum clausa, ad vterum trahi minimè potest. Tollitur deinde conceptio ob vitiatam vteri positionem, vnde ex procidentia vteri, vel ob eiusdem declinationem ad dexterum; aut ad sinistrnm latus, sterilitas fit. Quandoque etiam eadem conceptio aufertur, si illius magnitudo vitiata fuerit, quemadmodum contingit, si vterus paruior extiterit, vt non admittat fœtum, ad debitam magnitudinem peruenire, cum tantam extensionem sustinere nõ possit, quantam debita magnitudo fœtus requirit; si etiam idem vterus ad maiorem magnitudinem peruenerit, vt in timpanite contingit, sterilitas fiet, quia vterus omni ex parte, vt par esset, suscepto semini herere non potest, de qua causa loquutus est Hip. libro de aere, & acquis, vbi refert, quod mulieres scitæ non raro decipiuntur cum sæpè hydrope affectæ, putent se vtero gerere; de qua etiã loquitur Auic. loco proprio, ad quod genus morbi reduci etiam possunt tumores, eiusdem vteri siue Ædematosi fuerint, vel scirthosi, vel alterius generis. Locũ etiam habet morbus in numero, vt si testes ambo non adsint, sed vnus tantum, aut neuter, quorum causa mulier vel omnino sterilis fiet, vel ad concipiendum imbecillis, difficilis, & tarda. In eodem genere morbi locum etiam habere videtur vitiata eiusdẽ vteri figura, siue totus vterus peruersus fuerit, siue aliqua eius pars, quemadmodum si illius collum distortum sit, de qua causa Hip. etiam loquutus est secundo proret. asserens eum vterum ad concipiendum fore idoneum, qui nec retractus fuerit, nec paruus, neque os auersum vel euersum, aut cõtusum habuerit, & primo etiam de morbis mulieb. inquit, quod vbi os vteri distortum habetur. non recepto semine, mulier sterilis permanet, ob quam causam plerique existimarunt mullas concipere non posse.

Deffectus alim.

Morbus ĩ mala positione steril facit.

Morbus ĩ magnitu. sterilit. facit.

Morbus ĩ num. ster. facit.

Morbus ĩ figura steril. facit.

Sterilitatem fieri à morbo in soluta vnitate. Cap. XXXX.

HActenus declarauimus causas sterilitatis in muliere, tum ratione morborum in intemperie, tũ in mala compositione. superest; vt discurramus etiam circa tertium morbi genus hoc est solutam vnitatem, solui autem potest continuitas ipsius vteri, à causa interna, & externa, si ab interna erit materia acris, aut salsa, quę corrodendo vlcus & cancrum etiam

Soluitur unitas à cã interna & externa.

facere potest. Si externa fuerit esse potest incidens, pungens, diuellens contendens, & huiusmodi à quibus omnibus sterilitatem fieri posse satis compertum habetur.

De causis sterilitatis ex parte veri. Cap. XXXXI.

PEr eadem causarum genera discurrendum est pariter circa sterilitatẽ, in viris, vt in mulieribus, dictum fuit, & imprimis locum habet intẽperies calidior & præsertim insignis, tum totius, tum genitalium partium, à qua semen torefactum sterile euadit. Frigidior autem, & humidior, crudius, & acquosius semen producens, infœcundum facit, siccitas densando, & prohibendo seminis dilatationem per vterum, sterilitatem iuducit, at si quælibet proposita intemperies remissior fuerit, illius causa semen modo fęcundum, modo infęcundum fiet, si namque receptum fuerit in matrice & in muliere contrarii temperamenti, à quo seminis excessus, vel deffectus corrigi possit, fęcundum euadet, si autem mulier eiusdem fuerit temperaturæ, cuius causa seminis qualitas magis foueatur, & augeatur infęcundũ euadet, si verò ambo parentes temperati fuerint, simul etiam fęcundi erũt. Si huic intemperiei materia accesserit esse pôt naturalis, & præter naturã. Naturalis quidem, vt nimia pinguedo, qua vbi in corpore vniuerso pluri mum est aucta, paucitas etiam seminis generatur, copiosi enim seminis pro ducto nun fit, nisi ex copia sanguinis, sed in corpore pinguiori sanguis est modicus, ergo & semen erit exiguum. Est autem sanguis modicus, quia ma ior pars alimenti in pinguedinem potius quam in sanguinem vertitur, si materia fuerit præter naturam, esse potest calidior, qualis ea est, quæ in febribus ganeratur, vel frigidior vt in hidrope, quæ causæ ex parte totius cor poris potissimum se tenent, quibus illæ etiam accedunt quę partes respiciunt, & potissimũ genitales quę ad coheũdum ineptę reduntur, à causis externis, vel internis, & istæ capiuntur à qualibet facultate labefastata, vel im pedita. Si labefactata fuerit locum habebit quælibet insignis intemperies, natiua, & adscititia, magis, & minus intensa, ideo ex frigidiori intemperie dictarum partium genitalium integra cohenndi impotentia orietur, ex minus intensa imbecillis, tarda, vel difficilis euadet. quæ enim frigidior est impedit attractionem copiosi alimenti in dictas partes, vt pro earum tantum nutritione sufficiat, non autem pro seminis generatione, & isti sunt illi, qui habent genitalia parua, ob caloris, & materiæ defectum, vt sint mu lieribus ualde similes, quæ ob eandem causa pudenda habent intus & parua. Ratione autem calidioris intemperici materia seminis absumitur, vt exiguum generetur acre tamen, si autem facultas sit impedita, solet impediri, uel quia non suscipitur uel non transmittitur, si non suscipiatur fieri potest propter obstructionem uenarum arteriarum, & neruorum earundẽ partium genitalium, si obstructio sit in arteriis uitalem spiritum à corde non recipient, quemadmodum si in uenis sanguineum alimentum ab hepate non habebunt, similiter in neruis, si densitas uel obstructio extiterit,

facultа-

Intemperiis cal. sterili. facit.
Intemperiis fig. sterili. facit.
Intẽp. siccior. sterifacit.

Intemperiis cum materia multipl.

Vitium in pàrtib. genitalibus.

Facultas multipl. impedit causa.

facultatem animalem à cerebro non accipiens, si autem facultas non transmittatur, vitium erit in toto, vel parte, in toto quidem, vt si contingat paralisi affici, in parte, vel erit principalis, vel non principalis. si fuerit in principali tunc ex parte facultatis vitalis læsio erit in corde, ex parte animalis in cerebro, merito sanguinis & alimenti in hepate. si autem vitium fuerit in partibus non principalibus, erit in organis earundem partium, vt in arteriis respectu cordis, in neruis respectu cerebri, & in venis respectu hepatis, quod autem venæ & arteriæ ad generationem, & fœcunditatem concurrant, patet, tum quia hæc sunt organa virtutis & materiæ seminalis, quia in his post sui nutritionem, quod superest ipsius sanguinis, in semen transmuttatur, sicut etiam contingit in mamillis, post quarum nutritionem sanguis, qui superest in lac degenerat. Cæterum materia hæc seminalis ex multorum medicorum sententia, per multam circuitionem ascendit primo in caput, deinde per duas venas & totidem arterias à capite descendit in vasa seminalia, qua ratione fit, vt si quis venas abscinderit, quæ sunt iuxta aures infœcundum animal reddet Hip. etiam auctore. Si deinde discurramus circa externas causas, necessario, & non necessario occurrentes. Primo occurrit aer, qui qualitatibus manifestis, & occultis agere potest. Si manifestis quilibet insignis excessus in primis qualitatibus sterilitatem inducere potest, vel saltem retardare, & imbecillem reddere, eadem sit ratio de regione, & anni temporibus. Si occultis peccauerit erit aer putridus, & corruptus, concurrit etiam ciborum frigidiorum, & calidiorum vsus, ex quibus semen sterile generatur, nimius etiam vini abusus, corpus totum perfrigerando idem præstat, ideo Auic. inter dictas causas ebrietatem recensuit, de qua etiam Aristot. 3. problem. Galen. 11. de vsu partium, & Acquarum etiam frigiditas sterilitatem efficit, ideo Hip. libr. de aere, & acquis habet, quod mulieres septentrionales propter acquas gelidas non facile concipiunt. Immoderatus etiam motus corpus exiccando ad sterelitatem confert, quemadmodùm etiam superfluum otium; ratione cuius nimię superfluitates aggregãtur ad quod genus causę, frequentior etiam cohitus ordinatur, ratione cuius totum corpus perfrigeratur, & semen crudius, & infœcundum producitur, vnde qui frequentius coheunt, post iaculatum semen coctum, attrahitur sanguis sincerus ad vasa seminalia, & ab his ad testes peruenit: quo tempore si cohitus repetatur loco seminis, sanguis emittitur. Ommitto animi accidentia, vt dolor, tristitia, odium, & huiusmodi, quæ pariter ad sterilitatem ea raitone conferunt, quia horum vi corpus totum absumitur, & exiccatur, & spirituum inopia plus equo perfrigeratur. Meritò autem earum causarum, quæ necessario non occurrunt locum habent maleficia medicamenta purgantia, & alterantia, tum à proprietate conceptionem impedientia. Si deinde vitium earundẽ partium genitalium fuetit in mala conformatione pudendi, & testium, concurret pudendũ seu penis secũdũ nimiã longitudinẽ breuitatẽ, vel obliquitatẽ, vt rõne longitudinis per q̃ semen transit illius vis euanescat, aut maiori ex parte resoluat; cuius carẽtia aut diminutione propriã

Sterilitatẽ fieri a causis externis.

Causæ externę sterili.

Aer.

Vinum.

Aqua.

Motus inmoderatus.

Coitus.

Animi accidentia.

Maleficia Medicamenta.

Morbus in mala cõfor. sterili. facit.

fęcunditatem amittit, si autem breuior fuerit, vis seminis seruabitur quidem, sed ob viæ breuitatem in penitiorem locum vteri propelli non poterit, & ita sterile euadit; ratione verò obliquitatis idem semen in sui eiaculatione nimiam moram facit, & pariter vis eiusdem resoluetur. si autem vitium fuerit in testibus, esse potest in numero diminuto, vt si alter, vel vterque ammotus fuerit, vel in paruitate, cuius causa, vel modicum semen generatur, vel diminute coquitur, quæ causæ esse possunt natiuæ, & adscititiæ si natiuę fuerint, & ipsarum causa semen fiat sterile, perpetuo ẽt sterilitatẽ seruabit, si aũt adscititiæ extiterint, pro ipsarũ magnitudine, modo fęcundum, modo sterile euadere poterit. Concludendum igitur, quod sterilitas concipiendi impotentia sit, in ipso vtero prodiens à quocunque genere morbi, quibus mulieres aut viri, aut ambo detineri possunt.

Morbus ĩ numero sterilit. facit.

De differentijs sterilitatis. *Cap.* XXXXII.

Diffe. à cã formali.

EX proposita essentia sterilitatis satis clare colligi enumeratique possunt omnes illius species, quæ à forma loco affecto, & causa effectrice desumi possunt, vt merito causæ formalis dicendum sit conceptionem auferri, vel simpliciter, & in omni tempore, & tunc propriè oritur sterilitas, vel secundum quid, & aufertur pro tempore solum, de illo intelligẽdo, in quo conceptio apta nata est fieri, & hæc esse potest imbecillis tarda, aut deprauata, ex parte verò loci affecti sterilitas fit, vel in viris, vel in fœminis, vel in vtrisque, si ex parte fœminarum semper vterus afficietur, qui tamen & primario, & secundario lædi potest. hinc oritur sterilitas affecto vtero per essentiam vel per consensum, si vterus primario afficiatur adhuc potest affici vel secundum se totum, vel aliquam sui partem, atque tũc vel partium similarium causa, vel dissimularium, vel vtrarumque simul: dum autem secundario læditur, lædi potest vel ratione totius, vt in febre contingit, & in malo corporis habitu, in hydrope, & similibus, vel ratione partis determinatæ, atque tunc pro partium diuersitate, diuersæ etiam species nascuntur, vt sterilitas alia fiat vitio partis principalis alia inseruientis, & quę fit ex affecta parte principali, modo fit affecto hepate, modo corde, quæ fit affectis alijs partibus inseruientibus, fieri potest lęsis neruis, venis, arteriis, intestinis, rhenibus, ventriculo, liene, & similibus. A causis verò effectricibus tot nascentur differentiæ, quot fuere causæ enumeratæ, ita vt sterilitas fiat à causis externis, vel internis si ab externis ab his quæ necessario occurrunt, vel non occurrunt, si ab internis à quolibet morbi genere, quæ omnes causæ, cum multas diuisiones patiantur totidem etiam species illis correspondebunt.

Diffe. à subiecto.

Diffe. à cã effec.

De signis. Cap. XLIII.

QVia curatio sterilitatis tota posita est in causarum ablatione, ideo ne error fiat, necessarium est distinctam earum notitiam præcedere, quæ cum non aliunde melius haberi possit, q̃ per ea quæ necessario, vel ut plurimum dictas causas consequuntur, ideo de signis earum agẽdum est, hæc autem diriguntur ad sterilitatem tum simpliciter considerátam, tum ad illius species, siue ex parte mulieris, siue parte uiri fuerint, & imprimis, quo ad mulierem attinet cognoscemus mulierem esse sterilem ex illius relatione quoniam & si viro coniuncta fuerit, & consuetum debitum ab eo acceperit, non propterea concipiet. secundo si vir cum alia coniunctus illam prægnantem rediderit, in mulierem culpa erit referenda, & prçsertim si eadem mulier cum aliis uiris copulata nũquam conceperit. At si ex parte mulieris laudabilem temperiem viderimus, & ratione totius, & partium eius, si corporis habitus nec macilentus, nec obesus, sed mediocriter carnosus, si menstrua consuetis temporibus fluxerunt hæc tamen uiro coniuncta non concipiet, in virum potius causa erit referenda, præsertim si vir cum alia muliere, coniunctus nec illa non conceperit, si contra mulier se habuerit, & menstra non fluxerint, si virago etiam sit, culpa etiam fœminæ magis tribuenda, quemadmodum etiam si ex parte vtriusque mutuus non concurrat amoris consensus, sed potius odium. Cæterum quia vtilius est, & Reip. etiam magis interest, cognoscere mulierem concepturam, virũque fœcundum, priusquam per matrimonium simul coniungantur, præsertim cum sit indissolubile sacramẽtum, ideo non nulla signa afferam ex Hip. & aliorum medicorum sentẽtia, quib. in vtrisq; distinguere, & procognoscere liceat, sterilitatem, uel fçcunditatẽ. secundo adducam etiã signa quib. cognoscere valeamus an mulier conceperit, vt hac rõne ab omni abortu p̃seruari possit. De priorib. signis ad mulierẽ ordinatis, loquitur Arist. 2. de gener. anim. cap. 5. & Hip. 5. aph. 59. vbi inquit, si mulier non conceperit, & scire cupis si conceptura sit, veste bene obuoluta, suffitus illi facias deorsũ, nam si odor per corpus ad nares, & os peruenerit, non esse sua culpa sterilẽ cognosces, sed in virum potius referenda erit: si autem nondum viro coniuncta fuerit ex proposito signo fçcũditatis suæ inditia præbebit, qui odor ex suffitu factus si non penetrauerit infœcunditatem præseferet, indicabit enim opilationem matricis, vel materiam copiosam, & prauam in illa contineri, quæ bonos odores corrumpendo impedit quominus non sentiãtur, sicq; ẽt susceptum semen vel consueta nutritione frustrabitur, vel illius fœcunditas corrumpetur, tales autem suffitus vtero adhibendi, esse debent, ex Aromatib. calidis, quæ suaui, & grato odore prædita sint, quibus potissimum vterus oblectatur, cuius materiæ erunt stirax, calaminta, gallia moscata, lignum aloes, Ambra, muscus, & huiusmodi, quæ decoqui debent in communi acqua, mox ola cum suo cooperculo tegenda est, ne respiret, foramine tamen in eo prius facto, & tantæ magnitudinis, vt arundinem

Signa sterili. sunt ĩ dup. diff.

signa indic. mulierem sterilem.

1. Sign.

2. Sign.

Signa indic. steril. ex parte uiri.

Signa ĩndic. steril. ex parte vtriusq;

signa indic. mulierem cõcepturã.

1. Sign.

Materię suffitus.

Moduspa randi suffitus.

excipiendo, per eandem uapor in vterum recipiatur quo tempore mulier pannis diligenter circumvolui debet, solo capite detecto, ne vapor aliunde naribus communicetur, quam per ipsum vterum; quare si tale suffumigium per corpus mulieris, vtero mediante, ad os, & nares vsque ascenderit, inditium erit cum Hip. talem mulierem fœcundam esse, ac proinde prolis conseruandæ gratiæ viro coniungi posse, hæc autem si viro copulata nō conceperit, non in ipsam, sed in virum causa refferenda erit, cuius experimenti ratio ea esse potest, quia ex huius vaporis diffusione per corpus totũ ad os, & nares, clare indicatur in dicta muliere nullam intemperiem, vel obstructionem, aliudve consimile impedimentum reperiri, quominus consueta excrementa per vterum non expurgentur, & præterea pro nutritione, & & auctione fœtus alimentum per consuetas vias in vterum peruenire poterit. Vbi verò insignis aliquis excessus secundum primas qualitates in vtero fuerit, vel obstructio. ex suffumigio nullus odor ad os, & nares ascendere poterit, quod sterilitatis argumentum erit: frigidior enim intemperies densando vterum, & vias eius, non permittit exhalationes aromatum sursum ferri, idem præstat siccior intemperies, cuius causa idem vteri corpus valde constringitur, ab humidiori autem intemperie, sicut genitura per Hip. extinguitur, aromatum etiam qualitas obtunditur, vt in naribus minimè sentiatur. Caliditas denique præsertim insignis ratione qua sua actiuitate extinguere potest aromatum qualitatem, eosdem uapores alterat, frangit, atque corrumpit, qui propriam syncaritatem non seruantes, ad dictas etiam partes non pertingunt. Quod ipsum experimentum ab Ætio etiam proponitur, sed ex suffitu resinæ factum idem Hip. libro de sterilit. Alij proponunt suppositorium eidem vtero admouendum, cum mulier dormitura est, ex alio decorticato paratum, cuius odor postridie, vel ascendet ad illius os, & nares, vel non. Si ascenderit, fœcunditatis, secus uero sterilitatis inditium erit, & Hip. etiam libro de sterilitate, mulier inquit anixum puluerizatum, & in acqua dilutum bibat, quæ si post somnum pruritum senserit circa Vmbilicum, conceptura est, secus verò non. Auic. etiam accipit hordeum maceratum, in Vrina masculi, & fœminæ, per aliquot dies, vtrumque deinde terræ demandat, & cuius hordeum germinauerit, fœcunditatem indicabit, cuius vero non sterilitatem, & ex aliorum sententia inquit, quod si vrina viri, & fœminę seorsum super lactucas fundatur, quæ ab vrina exiccabitur sterilitatem significabit, quia hoc non sequitur nisi magnum caloris excessum in membris generationi dicatis, sed illis circumiacentib. quæ uerò propriam viriditatem seruabit, fœcūditatis etiam eius argumentum erit, quod signum non est ita certum, cum exiccatio lactucæ aliunde etiam prodire possit, quam à sola vrina, nempe ex permixtione coleræ cum illa, addit adhuc aliud signum, quod tamen virum magis respicit, cuius semen inquit, in acqua proiectum descenderit, consistentiamque seruauerit, fœcunditatem significabit, si antem tenuius & acquosius fuerit, & acquæ permixtum facilem dissolutionem patietur, sterilitatem indicabit, tale. n. semen cruditatem, illud verò coctionem sequitur

Suppositorium.

2. Sign.

3. Sign.

4. sign.

5. sign.

sequitur quod ab Aristo. etiam propositum fuit secudo de gene. animal. quinto aliud etiam à quibusdam proponitur, qui dicunt, quod si vrina aspergatur cum sulphure viuo, & ex ea vermes generentur, illius fœcunditatem demonstrabit, secus verò sterilitatem. His tandem ea signa addenda sunt q̃ mulieré concepisse demõstrant, primum ab Hyp. proponitur 5. aph. 41. Mulier inquit, cum dormitura est, acquam mulsam potandã exhibe, quæ si alui tormina patietur, conceptionis erit inditium, secus verò nõ, & loco eod. inquit, mel & anisum tenuissime territo, deinde in acqua diluito, & exhibeto, & dormire sinito, si ipsi termina fiant circa umbilicum prægnans est, sin minus non. Sed hæc satis sint dicta de signis indicantibus sterilitatem, uel fœcunditatem, tum ex parte viri, tum fœminæ, nec nõ etiam significantibus sterilitatem simpliciter, & absolutè, à quibus signis communioribus ad ea descendendum, quæ hanc vel illam speciem, & causam sterilitatis, & fœcunditatis ostendere possunt.

Signa indicantia mulieré concepisse. 1. sign. 2. sign.

De signis cuiuscunque intemperiei Vteri. Cap. XLIIII.

COgnoscemus imprimis sterilitatem fieri ob calidiorem intemperié, eamque insignem, ex calore quam mulier dicet se percipere in profundo Vteri. Secundo ex promptitudine ad cohitum, magna cum delectatione factum, velociorique seminis emissione. Tertio ex sallacitate ab acquisita acrimonia seminis. Quarto ex cita seminis emissione. Cæterum quia insignis omnis intemperies Vteri, toti etiam corpori communicatur, ideo sitis accedet, oris amaritudo, & palpebrarum punctiones, quæ omnia contingunt propter dictarum partium consensum, lotium præterea coloratum erit, & tenue, menstrua erunt pauca, corporis habitus gracilior, pulsus velox, ob caliditatem cordi communicatam. Ex totius etiam temperatura calida: vbi enim Vterus in caliditate insigniter excedit, magnam vim alterandi totum corpus habet, quod ostendunt mulieres castratæ, quæ secundum corpus vniuersum frigidiores fiunt, omitto prægressam victus rationem, & reliqua signa à iuuantibus, & lædentibus accepta, quæ intemperies si annexã materiam habuerit, præter proposita signa sentiet quodã pondus in illa regione, præsertim si materia fuerit copiosa, circa pubem, multi erunt pili, uiraginis etiam signa aderunt, quæ si à similibus parentibus orta fuerit talis complexio natiua etiam dicetur, si autem secundũ dictam qualitatem excessus remissior fuerit mulier ista, vel copulabitur cũ viro, habente similem excessum, vel contraria qualitate præditũ. Si primo modo suã sterilitatem seruabit. Si secundo modo fœcunda euadet, quia ex Gal. quinta apho. 60. contrarium à cõtrario corrigitur, à simili autem foue tur: quod ipsum ad cæterarum ẽt qualitatũ consimiles excessus facilè trãsferri põt, ideo Gal. citato aph. ex Plato. sentẽtia in Theet. dicit maximũ hoc esse opus obstetricũ, scire cõiungere corpora inuicẽ apta ad cõcipiendum;

Signa indic. intẽperié calidiorem. 1. sign. 2. sign. 3. sign. 4. sign. 5. sign. 6. sign. 7. sign. 8. sign. 9. sign. 10. sig. 11. sig. 12. sig.

Signa indic. intẽperiẽ cali dam cum materia. 1. sign. 2. sign. 3. sign. 4. sign.

Signa calid. intem pe. remissionis.

Signa in-tẽpe.frig. ex signis verò contrarijs frigidam vteri intemperiem cognoscemus, ita vt in profundo vteri istæ sentiant frigiditatẽ, & à frigidis læsionem, à calidis autem iuuamentum percipient. Ad Venerem procliues non erit, nec ad seminis eiaculationem prompta, sed potius tarda, ex cohitu obscuram voluptatem percipiet, nec magnam menstruorum copiam consuetis temporibus emittet, non quia resoluantur, vt in calida intemperie, sed potius, quia viæ à crudiori materia, quæ generatur, aliqua ex parte obstruuntur, color ad albedinẽ magis vergit, faciesque discolorata erit, pulsus erit tardus, ob cordis frigiditatem, vrina acquosior, circa pubem pauci pili obseruabuntur, à similibus aucta intemperie sterilior euadet mulier, à contrariis verò caliditate aucta fœcunditatem aliquam recipere poterit: sicut enim semen calidius in frigidiori vtero susceptum fœcunditatem ostendere potest, ita frigidius, & alia quacunque qualitate excedente donatum ab Vtero contraria temperie affecto, ita emendari potest, vt fœcundum fiat; siccioris verò intemperiei signa erunt menstrua pauca admodum, & crassa, Vterus maiori ex parte siccus erit, totum corpus extenuatum. Lingua sicca, & cum siti, ad coitum erunt promptæ, si coniunctam caliditatem habuerint, non secus, ac terra sicca, quæ rorem valde appetit. Semen quod in cohitu emittunt exiguum erit, à similibus causis dicta intemperies augebitur à contrarijs remittetur, contra contingit de humidiori intemperie, in qua Vterus continuum ferè madorem præsefert, menstrua erunt copiosa, & tenuia, ob quam etiam causam longiori tempore perdurabunt, ad cohitum nulla erit fallacitas, copiosiori tamẽ humore ex eo perfundentur, vrinę erunt turbidæ, nulla sitis infestabit, susceptum semen facilè eggredietur, circa pubem pili erunt tenuiores, & molliores; corporis habitus humidior, & totius temperatura consimilis. præsertim si in hac qualitate excessus insignis fuerit, quibus prægressa victus ratio addi potest. Et à similibus dicta intemperies augebitur, à contrarijs verò commoderabitur.

(Marginal notes: 1. sign. 2 sign. 3. sign. 4 sign. 5. sign. 6. sign. 7. sign. 8. sign. 9 sign. 10. sig. 11. sig. 12. sig. Signa intemperiei siccæ. 1. sign. 2. sign. 3 sign. 4. sign. 5. sign. 6. sign. 7. sign. Signa in tẽper. humide. 1. sign. 2. sign. 3. sign. 4 sign. 5. sign. 6 sign. 7. sign. 8. sign. 9. sign. 10. sig. 11. sig.)

De signis morborum in mala compositione. *Cap. XLV.*

Signa morbi in constric. oris matricis. SI idem Vterus ob alias morbi species sterilitatem seruauerit, & primo ratione morbi in mala compositione, primo occurrit morbus in via, vel constrictiori, vel latiori reddita, si imprimis in exteriori orifitio matricis constrictio aliqua fuerit, cognoscemus ex relatione obstectricis tangentis, quæ referet circa dictum meatum durritiem quandam, & densitatem sentire, præterea causæ densantes præcessere, quòd si in dicto meatu nihil præter naturam cognouerint, indicabitur affectum magis esse internum meatum, qui dum constrictionem patitur. à causa opilante, constipante, vel comprimente fit, singulas autem distinguemus, quia si causa fuerit obstruẽs, aderit materiæ copia lentor, & crassities, quæ omnia ex propriis signis cognoscemus, & præterea ex menstruorum suppressione, aliorumque

(Marginal notes: 1. sign. 2. sign. Signa cõstric. in terni meatus. Signa ob stric.)

morborum

morborum absentia, quæ menstrua si nihil prorsus fluxerint, non solum obstructio; sed integra significabitur: si autem diminuta, etiam obstructio eiusmodi erit. atque tunc ex integra sterilitas, ex diminuta difficultas, vel tarditas concipiendi colligitur. Si autem causa constipans fuerit, cum hæc esse possit caro ad nata, & callus, cognoscemus, quia non solum menstrua suppressa erunt, sed ad auctionem dictarum causarum constipantiū, sensim etiam & paulatim dicta suppressio succedet, præterea nullus erit in ea parte doloris sensus, nullisque remediis cedet, ad differētiam causæ obstruentis, quæ si magis fuerit in concauo matricis, & primo in vasis spermaticis, semen erit suppressum, ad cuius suppressionem sequitur matricis præfocatio, & ex suffitu aromatico, vel pessario utero admoto, odor ipsorū ad nares non perueniet, si in arterijs obstructio magis fuerit, mulier conqueretur, de quodam sensu frigiditatis, quemadmodum si in neruis eadem fuerit, secundum eam partem obtusiorem sensum factum esse affirmabit: si denique obstructio venas magis occupauerit, iam diximus inde mēstruorum suppressionem sequi; Si autem causa constringens comprimendo potius egerit. cum hoc fieri possit à pinguedine, vel tumore, distinguemus causam esse pinguedinem, quia totus corporis habitus pinguior erit. Si autem fuerit tumor comprimens, erit suppressio recenter facta ob illum tumorem, ad cuius oblationem consueta fluxio reuertitur, aderit quinetiā aliquis dolor cum pondere, qui fit à materia copiosa comprimente, qui tumor si calidus, & inflammatorius fuerit, præter id quòd erit cum dolore vehementi, & pulsatili, eundem etiam febris comitatibur, contra si tumor frigidus fuerit, erit sine dolore, præsertim inter initia, at supuratione superueniente dolor etiam infestabit. si morbus fuerit in superficie, secundū internam uteri capacitatem, vt contingit ob cicatricem occupantem totam illius cauitatem, uel partem, aut collum eius, cognoscemus ex præcedente ulcere; & semen non attrahitur, nec retinetur, & menstrua non fluent, quæ si totam superficiem detinuerint, præcessit vlcus magnum, nihil seminis retinebitur, & consueta menstruorum fluxio suppressa erit, quæ omnia integra sterilitatis inditia erunt; at si cicatrix partē tantum vteri occupauerit, paruum vlcus præcessit, menstrua non omnino erunt suppressa, & conceptio non erit impossibilis, tardior tamen, & cum difficultate facta: in hac enim cicatrice semen retineri potest, & alimentum ex toto illi non deerit; si etiam superficies colli vteri lubrica fuerit, ex cursu superfluitatum eius, ratione quarum semper madidus seruetur; cognoscemus ex relatione patientis, ex tactu ab obstectrice facto, & ex cohitu, quia citra omnem difficultatem peni ingressus patebit; cognoscemus deinde sterilitatem fieri propter peruersam vteri positionem, si sursum retrahatur, aut foras promineat, ut in Vteri procidentia contingit, aut si in aliena loca quo uis modo auersus fuerit; eadem sterilitas si ab vteri potius paruitate prodierit, totum corpus paruum, & diminutum erit, & præcipuè secundum uteri regionem; contra si sterilitas à nimia magnitudine fiat, Vterus flatibus reletus erit, & timpanitem patietur, ob quam causam talem extensionem recipit,

Signa cōstipa.

Signa cōpres.

signa morbi in superf.

signa morbi in viciata positione vteri.

Sign. paruitatis vteri.

signa nimiæ magnitud.

recipit, vt post susceptum semen debitè contrahi non possit, prout ad conceptionem requiritur; aderunt quinetiam rugitus, & sonitus in uentre, & intestinis. Distinguetur autem tempanites à mola, quia in hac uenter percussus sonum non emittit, nec vt in hydrope, pedes intumescunt. vitiatam verò figuram cognoscemus si os matricis non fuerit directè oppositū ori vuluæ, sed decliue; quod uitium cognoscetur etiam ex relatione obstetricis, quæ tangendo illas partes magis ad collum attinentes, obliquitatem quandam præter naturam percipiet, in cohitu etiā dolorem aliquem patietur, quia virga cum recte ingredi nequeat, propter uiæ obliquitatem, sensum aliquem doloris efficiet. si in partibus matricis uia fuerit impedita à pinaculis simul cohærentibus, oculis facile conspici poterit, quod impedimentum si non adfuerit, sed in medio potius callus, caro, aut membrana ad nata fuerit, ex eiusdem obstectricis relatione habebimus, an vero hoc impedimentum fiat à membrana, vel à carne adnata, aut potius à callo distinguemus, quia si fuerit membrana comprimenti cedet, & mollitiem quandam præseferet, si autem iangenti resistat, & durior videatur, callum potius, uel adnatam carnem indicabit. Qb eandem causam mulier ista per consuetas vias purgati non poterit, nec in cohitu, uiri semen admittere. Si sterilitas pendeat à morbo in soluta unitate distinguemus, quia in utero uel eius partibus ulcus aderit, aut cancer, quorum utrumque cognoscemus, ex dolore assiduo secundum eam regionem, ex saniosa materia exeunte, & causis extra occurrentibus, pungentibus inquam, incidentibus, errodentibus, & similibus. Si eadem mulier sterilis fuerit vteri facultate impedita ratione totius, & primo labefactata facultate ob intemperiem, aderunt signa intemperiei, quæ si morbosa fuerit, eaque calidior, & siccior, febris infestabit, si frigidior, & humidior cachexia, & hydrops, quæ rursus intemperies si insignis fuerit, conceptionem tollet, si remissior minuet, vel retardabit. Si eadem totius facultas impedita fuerit, impediri potest à quolibet alio morbi genere, ad quorum signa recurrēdum erit, quod si sterilitas fiat læsis partibus, tum principalibus, tum inseruientibus, siue horum læsio consistat in labefactata facultate eorum, siue impedita, recurrendum erit ad signa morborum dictarum partium, quæ nobis indicare possint intemperiem malam compositionem, uel solutam unitatem.

Signa di-sting. timpa. à mola.

Signa figuræ vitiatę.

Signa pinaculorū cohærentium.

Signa calli.

Sig. membranæ.

Signa solu. unit.

signa intēp. toti⁹.

Signa sterilitas ex parte viri. *Cap. XLVI.*

SI autem sterilitas ex parte uiri potius procedat, cognoscimus tum ex ipsius relatione, tum ex aspectu effeminato potius quàm uirili, erit etiam sine barba, præter ætatis consuetudinem, propterquam uerò causam sterilitas ei contingat, cognoscemus discurrendo, per signa singularum causarum. Imprimis si omnino sterilis fuerit, erit ad coheundum impotens, si eadem actio fuerit diminuta, cognoscemus ex magno labore, & difficultate quam coheundo sustinebit; quò uerò ad materiales differentias & primo si læsio fuerit in partibus genitalibus, tunc secundū reliquum

Signa viri sterilis.
1. sign.
2. sign.
3. sign.

corpus

corpus totum bene habebit, quorum partium facultas si labefactata fuerit, nobis indicabitur ex signis quamcunque intemperiem intensiorē, vel remissiorem sequentibus, ita ut ex intensiori sterilitas, ex remissiori vero imbecilitas vel tarditas oriatur, quæ si frigidior, & siccior fuerit, cognoscetur ex paruitate testium, & pudendi, quæ paruitas fit, non tantum ob materiæ inopiam, quam ob diminutum calorem, hinc fit, vt ad Venerem etiā non sint procliues, & ex cohitu non admodum delectantur, semen emittēt modicum, crassius, & crudius. Circa partes genitales pauci nascentur pilli, crassiores tamen, ex cohitu nocumentum percipient, quemadmodum etiā à causis refrigerantibus, contra uero à calefacientibus iuuabuntur, frigidiorem verò, & humidiorem intemperiem, cognoscemus ex eadem inapetentia ad Venerem, ex modica delectatione, ex semine paulo copiosiori quam in frigida, & sicca, crudius tamen, & acquosius erit, minori etiam detrimento isti vtentur Venere; pillos habebunt paucos, ob agentis defectum, molles tamen & tenues ob humiditatis excessum, totus corporis habitus ad frigidum, & humidum verget, & à causis contrariis iuuabuntur, à similib. uero ledentur, si deinde intemperies calidior, & siccior fuerit, eaque insignis, semen erit paucum, vt ratione paucitatis, & torrefactionis sterile euadat; præsertim, si utero consimilis intemperiei receptum fuerit, magna tamen ad Venerem apetentia aderit, cum magna delectatione coniuncta, citò tamen desinet, pilli erunt copiosiores, & crassiores: quæ autem remissior fuerit, fœcundior erit, ad libidinem prompta, & ex illius abusu minor quam in priori offensio adueniet, qui verò calidiori, & humidiori temperamento donati fuerint, omnium maximè copiosiori semine erunt referti, minus appetent calidis, & siccis, ex Veneris tamen abusu illis minus lędentur, pillis abundabunt, in copia tamen, & crassitie calidis, & siccis cedent, si uero eadem facultas impedita fuerit, & primo penes magnitudinē penis erit longior, aut breuior, & ex parte figuræ inconcinam obtinebit, si vitium in viis fuerit ut facultas, vel materia non suscipiatur, cum hoc contingat propter obstructas uenas, Arterias aut neruos ad partes genitales pertingentes, tūc ex parte arteriarum calor deficiet, vt dictæ partes frigidiores redditæ, tensionem pudendi impediant. Si obstructio fuerit in uenis cognoscemus, q̄a ex alimēti defectu bona nō sequetur nutritio, vel auctio. si in neruis cognoscetur quia ex earundem partium pertractatione, uoluptas nulla, vel exigua sentietur, vel paralisis aderit, si uitium fuerit in numero, alter vel ambo testes defficient, unde uel sterilitas, uel diminuta fœcunditas orietur, si eadem facultas non transmittatur, & hoc fiat vitio totius, recurrendum erit ad signa indicantia affectionem totius corporis, quod intemperie frigidiori febre, hydrope paralisi, & similibus detineri potest, si eadem facultas non transmittatur, partis alicuius causa, affectio esse poterit, tum in principalibus, tum in inseruientibus, in principalibus quidem, vt si ex parte cerebri, quis lætargo cori piatur, uel alio cōsimili soporifero affectu, si ex parte cordis detinebitur tremore, lippothimia, vel syncupi, quemadmodum si merito hepatis aderit aliquis malus corporis habitus; his uero omnibus

Signa loci. affec.

Signa intemper. frig. & siccæ.

signa. frigid. & humi. intēper.

Signa in temp. calid. & sic.

Signa in temp. calid. & hu.

Signa auctæ. mag.

Signa ob str. i uiis.

Signa morbi in numero.

Signa totius affecti.

Signa cerebri affecti.

Signa cord. affec.

signa hep. affe.

benè habentibus vitium dandum erit aliis partibus minus principalibus, quod si fuerit ex parte venarum circa aures, vulnus in illis præcessit, si in neruis arteriis, aut venis spinalis medullæ, recurrendum erit ad signa indicantia in dictis partibus, obstructionem, compressionem, & similia, si malum fuerit in soluta vnitate aderunt vlcera, vulnera, contusiones, vbi verò ex parte viri, & fœminæ totum ac partes bene habuerint ex illis tamen conceptio non sequatur, inditium erit hunc affectum prodire ab externis causis, quæ siue fuerint necessariò occurrentes, siue non, illas cognoscemus ex ipsorum relatione. quemadmodum si præcesserit victus valde intemperatus, secundū quamlibet qualitatem, uel superflua aliqua euacuatio, & præsertim ipsius sanguinis, ad quod genus ordinatur etiam superfluus cohitus, cuius causa corpus totum nimis perfrigeratur, & in uiris loco seminis, sanguis eiaculatur: ob quam causam meretrices etiā non concipiunt, quia post cohitum, sæpius repetitum, semen non effundunt, sine quo conceptio non fit, tristitia etiam, dolor, odium, & cætera animi accidentia plurimum corpora nostra immutando nimis exiccant, ut uel semen, vel fœtui alimentum deficiat, nam propter odium semen non emitti ur ex parte odientis, uel si emittitur, modicum erit, & sine debita spirituū quantitate, quæ ad seminis fœcunditatem est necessaria: sicut enim per coheuntium amorem mutuum, magna fit spirituum attractio ad genitalia, ita per odiū, aut nulla, aut certe pauca: ratione etiam timoris conceptio auferetur, quia illius causa deest conueniens spirituum copia; si etiam præcesserit inuictus cohitus, nulla inde conceptio sequetur, nam ex Æt. lib. vIr. cap. 2. inuitus cohitus coheuntes steriles facit, sicuti eorum mutuus amor generationem conciliat. Si etiam præcesserit abusus medicamentorū alterantium, & purgantium, & eorum præcipuè, quæ semen extinguere possunt, conceptio non sequetur, sic ferunt ex vsu canforæ coaguli leporis, restium animalium omnium uermium nocte lucentiū, squammæ ferri, & similium conceptionem auferri posse, si autem in dictis causis nullus error præcesserit, inditium erit de aliquo maleficio facto, quod si fuerit, solent homines ex tempore ad coheundum impotentes fieri, & hæc de signis sterilitatis, tum in genere, tum spetierum omnium dicta sufficiant.

Signa partium nō princ.

Signa exter. cārū.

Signa malefic.

De Indicationibus. Cap. XLVII.

QVicumq; cupit sterilitatē auferre, studiū ei esse debet in remouendis illius causis, pro quarū diuersitate ac multiplicitate, varia etiā auxilia iuuantia indicabuntur, si nanque sterilitas fiat labefactata facultate totius corporis, vel partium eius. indicabitur auxilium alterans in cōtrarium, quæ si cum materia coniuncta fuerit, illius copia auxilium euacuans indicabit, qualitas alterans, motus reuellens, repellens, uel deriuans auxilium perscribet; si eadem facultas fuerit impedita à morbo in mala compositione, & primo quia uiæ ampliores factæ sint, constringens auxilium orietur, si autem angustiores fuerint redditæ, auxiliū aperiens, recquirent.

Indicationes curatoriæ & præserua.

rent. Si vitium fuerit in magnitudine aucta uel diminuta, in figura uitiata, in numero, situ, uel alijs, semper indicabitur auxilium commoderans, & omnia ad statum naturæ deducens; sic soluta unitas auxilium consolidans indicabit, & ita de alijs dicendum, Quibus scopis satisfacere omni studium incumbendum est: tum quia sterilitas uitium est magni momenti, cum illius causa conseruatio speciei auferatur, tum etiam quia non sine magno labore illius causæ ammoueri possunt, pro quarum tamen diuersitate prognosticum etiam uariari potest. Nam si conceptio fuerit imbecillis, aut tarde fiat, malum quidem erit, at si deprauata peius, si ablata, pessimum; ex parte deinde loci affecti. si ea fiat utero primario læso deterior erit, quam si secundario, & alterius causa contigerit, & in hoc genere peior illa erit quæ totius uitio fiet, quam unius tantum partis in quarum tamen genere si principales affectæ fuerint, difficiliorem curationem pollicebuntur, quam si lęsio fuerit in non principalibus, & quomodocumque id acciderit, malum erit, ut steril itas fiat defectu mulieris tantum, aut uiri solum, longè uerò deterius, si utriusque causa. Si effectrices causas contēplemur, a sterilitas, quæ ab externis causis dependet remissior ea uidebitur, q̄ ab internis proficiscitur, & quæ ab internis fit, si ab insigni aliqua intemperie nascatur, illā remouere difficile erit, sed difficilius si cum materia coniuncta fuerit, difficilimum uerò si etiam natiua potius quā adscititia extiterit: Si fiat à mala cōpositione, & primo à morbo in uiis deferentibus semen aut menstruum aut sensum, uel motum, siue istæ latiores, siue angustiores fuerint, idem statuendum, quod diximus in sermone de supresione, & profluuio menstruorum, si fiat ob cicatricem totum vterum occupantem, vel callum in interno vteri orifitio natum, vel ob carnis excrescentiam, curatio nedum difficilis, sed impossibilis erit, quemadmodum etiam si testes excisi fuerint, siue in viris, siue in fœminis id contigerit: si ratione pinguedinis, aut tumorum os vteri comprimentium, eadem steriliras nascatur, vix poterimus curationem sperare, si ob solutam vnitatem, & ratione vlceris fęcunditas tollatur cum Hip. 2. prog. tertio. cura erit difficilis, vel cum Auic. si vlcus magnum fuerit, aut cancerosum impossibilis.

prognosticum.

prognosticum à forma sūptum.

prognosti. a loco affec.

pgnosti. a causis affec.

De auxiliorum Materijs. *Cap.* XLVIII.

IN sterilitate remouenda locum habent omnium auxiliorum materię, ut in primis quo ad chyrurgicas attinet, sanguis modo euacuandus modo non, Vbi enim sanguis peccauerit in quanto, quali, aut motu, & nihil prohibeat, proculdubio mittēdus erit, ex eorum uerò absentia, nihil de tali materia cogitandum erit, unde in muliere sterili ob corporis maciem, sanguinis euacuatio facienda non erit, quia deest principale indicans ob eandem causam non conueniet in sterilitate à nuda intemperie orta, quæcumque ea fuerit, sed solis alterantibus remoueri poterit, nisi alterius causa id fieret, si autem cum materia coniuncta fuerit, & primo cum

Cura steril. ui sāg. pec.

Cura steril. ex macie.

Cura ster. a nuda intēper.

flatulenta, sanguinis missione euacuari non poterit, si autem humorosa
extiterit à sanguinis tamen natura longè distauerit purgantibus erit era-
dicanda. at si sanguinea fuerit & copia peccauerit, siue in toto siue in par-
te determinata, illa erit minuenda, materijs sanguinem euacuantibus
ex Galen.lib. de uene sec.contra Erasis.4.de tuenda.46. eiusdem 13.3. de
loc.affec.7.12.meth.13.2.aph.17.si pariter peccauerit secundum qualita-
tem & formam, ut dum sanguis putridus est, cum Gal.4.de tuenda 4. di-
stinguendum erit, an insigniter putrescat, ut amplius à calore regi non
possit, & in bonum transmutari, & tunc ipsius causa uires robur seruare
nequeunt, nec sanguinis missionem citra maius detrimentum sustinere
non possunt. Ideo à tali materia auxilij desisten. immo, nec purgantibus
utendum erit, & præsertim ualidioribus, quia horum quoque exhibitio
validas uires expostulat, ut habet à Gal.9.meth.8.mitioribus uerò uti non
inconueniet, siue hæc per secessum, siue per locium, siue per totius
corporis ambitum euacuauerint. Gal. etiam test. 10. meth. 8. & 2.aph.
17. si autem idem sanguis à sui ipsius propria natura parum distauerit,
ita ut regulari adhuc patiatur, tunc nihil erit quod prohibeat, quominus
euacuetur. In primis ratione qua, est in uia ad putredinem, omnino sui
euacuationem indicabit, & præsertim quia uirtus cum tali sanguine
robur suum seruando, talem auxilij materiam non prohibet; dum au-
tem sanguis mittitur ratione qua secundum formam peccat tale auxi-
lium rationem habet præsidij potius alterantis, & refrigerantis, quàm
euacuantis, auxilium enim contrarium esse debet suo indicanti, sed
tale indicans est sanguis peccans in qualitate, & putredine, cuius
causa totum corpus incalescit, & febricitat, ideo indicat auxilium
refrigerans. cuius materiæ etiam si multiplices sint, inter illas ta-
men sanguinis missio enumeratur, tamquam præsentaneum remedium,
ex Gal. 5. de uene sec. contra erasist. 11. meth. cap. 15. primo ad glauc.
13.& alibi. Præterea cũ ob prohibitam caloris transpirationem fiat, hæc
autem ab obstructione prohibeatur, ideo ubi ratione huius corpus inca-
lescet, ut sanguis uel putrescere incipiat, vel imminet, ut putrescat. Ve-
renda minime erit sanguinis euacuatio, cuius beneficio uel sanguinem
à putredine præseruamus, vel iam putridum euacuamus, & vacuando cor
pus totum transpirabile reddimus, ac proinde contemperamus, & hoc
voluit Gal. vbique significare; quod in omnibus febribus putridis dixit
optimum est sanguinem mittere; in illa etiam sterilitate, quæ fit à semine
vel mensium immoderata fluxione, non erit improbanda sanguinis mis-
sio, non tamen ut auxilium euacuans, & minuens, quia hoc indicatur à
copia, nec ut auxilium refrigerans, quia hoc indicatur à peccato sangui-
nis secundum formam, sed potius ab eodem sanguine perscribetur, ut
peccat ratione motus immoderati, in utraq; enim sterilitate sanguis & se-
men immoderatius, fluendo conceptionem impediunt, quia absque semi-
mine in utero retento & menstruo sanguine in eundem fluente, tamquam
alimento ipsius fœtus, impossibilis est conceptio; quapropter utraque ma-

peccatũ sang. in copia indicat illius uac.

Vires imbecil. prohibet sãg. missi.

Cura steril. ex immoderata uac.

teria cohibenda est, ne immoderatè fluat, cohiberi autem potest tùm alijs auxilijs, tum etiam sanguinis missione, per hanc enim illius impetum ac motum compescimus ac firmamus, quod potissimum fiet, si uel in opposita loca, & seruata rectitudine euacuando reuellamus, uel ad latera flectamus, uel ad propinqua deriuemus, ut habetur à Gal. prima. aph. 21. & 40. meth. 6. In ea etiam sterilitate conuenit sanguinis missio quæ ab eorumdem materierum suppressione fit, & indicabitur ab eodem sanguine ratione qua quiescit illiusque consuetus motus est impeditus ut in corpore cohibitus, & auctus, illius motus sit concitandus, & eiusdem redundantia simul minuenda, cuius auxilij materia non solum est uenę sectio, uerũ cucurbitulæ, hyrundines, frictiones dolores, ligaturæ & rubificantia etiam, quæ suo calore, uel dolore uim habent attrahendi, sensibiliter uacuandi, inter quas materias, nulla est maior, & efficatior ea quæ sensibiliter sanguinẽ euacuat, per uenæ sectionẽ quæ sola sanguinem quiescnetem mouet, ne detur uacuum, frictiones autem & ligaturæ dolorosæ mouẽt & attrahunt sanguinem uiolenter, & insensibiliter, à qua minime discedendum erit, ubi magna fuerit repletio ratione cuius magna etiam symptomata immineant: Locus autem erit inferior aperiendo uenas malleolorum. In quibus etiam partibus cucurbitulæ, & cæteræ materiæ propositæ admoueri poterunt, de Quantitate autem continua & discreta, tempore & modo euacuandi sanguinem, plura non dicam, cum multa fuerint proposita in sermone de cura suppressionis menstruorum; cæterum quia uix fieri potest, ut simul cum sanguine alius etiam humor non pecet, ideo circa talem humorem cõsiderare debemus tum propriam illius naturam, tum locum ubi continetur, nam si humor fuerit biliosus, uel alterius speciei, & à naturæ legibus recesserit non solum in quanto, sed etiam in quali loco, & aliis rationibus, corpusq; totum vel partem ita affecerit, vt malam temperaturam illi indiderit, ratione cuius assiduo generetur, & aggregetur, & illius generationis causæ semen vitietur in viris, in fœminis verò non solum semen, sed etiam menstruus sanguis, tunc non sufficiet vitiatum humorem expurgare, sed oportebit etiam partes, vel totius temperamentum alterare, ne in posterum eiusmodi humorem generet, vel materiam, sed pro ut assiduo aggregatur euacuare oportebit, cuius auxilii euacuãtis materia erit ipsum cauterium, quod diuersis locis affigi poterit, pro partiũ diuersitate, si náq; materia ista generet, & aggregetur in partib. superioribus in capite inquam, uentriculo, liene, aut iecore cauterium admoueri poterit alteri, uel utrique bracchio. alteri quidem si materia in ea quantitate generabitur, ut ad illius euacuationem unicum sufficiat, quod dum contingit admouendum erit modo in parte dextera, modo in sinistra, rectitudine seruata cum loco affecto: at si materia copiosior generabitur & aggregabitur, vt vnicum non sufficiat, tunc duo erunt facienda.

Cura steril. ex immoderata retentione.

Loc⁹ mittendisãg.

Cauteriũ

Locus cauterii.

De materijs plarmaceticis. Cap. XLIX.

DE pharmacia autem agens, consulto prætermittam rationem euacuandi corpus vniuersum, de hac enim alibi abundè egimus, de eaque solum agam, quæ ad causas sterilitatis remouendas dirigitur, quæ si externæ fuerint, illæ omnes tollendæ, & corrigendę erunt, si internæ, primum occurrit intemperies, quæcunque autem ea fuerit, cum alterantibus in contrarium demutanda erit, de quibus pariter alterantibus sæpius egimus, si vero sterilitatis causa fuerit habitus corporis macilentus, occurrendum erit cum nutrientibus, & corpus ad congruam mediocritatem deducentibus, ac proinde cum alimentis optimi succi, facilis coctionis, & minimè excrementitiis; si autem læsio fuerit in partibus, vel alibi erit, vel in genitalibus, si alibi fuerit, esse potest in partibus principalibus, & non principalibus, quarum læsio cum fieri possit à quocunque morbi genere, ideo recurrendum erit ad curam illorum morborum secundum dictas partes. si autem læsio genitalia potius respexerit, & præcipuè ipsius fœminæ, hæc esse potest, tum in illius vtero, tum is in partibus, quæ ad ipsum pertingunt, cuiusmodi sunt vasa seminalia, venæ, arteriæ, & nerui, & quæcunque fuerint, detineri possunt quocunque genere morbi, in intemperie mala compositione, & soluta vnitate. Imprimis si fuerint vasa spermatica, nimis aperta, fiet Gonothea, si nimis astricta, semē supprimetur, & venæ pariter, si nimis apertæ, profluuium menstruorum orietur, quemadmodum si con strictæ, eorundem suppressio, de quorum omnium affectuum curatione, cum abūde in priori libro egerim, ab eorum curatione hic excusabor, si pariter affectio fuerit in arteriis, aut neruis, non suscipientibus facultatem animalem, & vitalem, à corde, & cerebro, cum id fieri possit, quia in dictis vasis fit densitas & obstructio, eadem curandi ratio adhibenda erit, qualis fuit proposita in suppresione menstruorum, & seminis, si verò non suscepe rint, quia facultas aliunde non transmittatur, vt contingit quando ob lęsio nem cordis facultas vitalis non influit, & pariter læso cerebro facultas ani malis in subiectas partes non recurrit, tota curatio dirigenda erit ad dicta loca non transmittentia, de quorum curatione non est agendum, quia hoc nō esset affectus vteri megis, quam cæterarum partium tractari: quare hoc loco ea tantum curatio inquirenda erit, quæ partes genitales primario affectas respicit, quæ si aliqua intemperie detentæ fuerint, cum contrariis intus, & extra admotis, progrediendum erit. In intemperiei igitur frigidiori probatur betonicæ decoctum, Artemisiæ, Miridis, matricariæ, serpilliū calamenti, dictami, melisse, abscinthii, & similium probatur quinetiam potio iuris galli, vel columbi, alterati tum cum prædictis simplicibus, tum cum alijs aromatibus, ut cum nuse muscata, cinamomo, & similibus, probatur etiam potio iuris acquarū thamaliū, tum Sancti Petri, tum Apponēsium, decoctum, quinetiam ligni Sancti, paratum in acqua stillaticia, artemisiæ, matricariæ, maioranæ, & aliarum. immo extrà per modum sessionis omnia

Marginal notes: Cura steril. ab externis causis. / Cura ster. ex habitu macil. / Cura ster. ob læsionem partis. / Cura ster. ex nimia apertione vasorū spermatis. / Cura ster. obst & dē si. arter. & ner. / Cura ster. ab intemperiis uteri frig. / Decoc. symp. / Ius galli. / Potus aq. ather. / Decoc. ligni. / Sessionis.

iam dicta conuenient, vt suo loco dicemus. Præter hæc simplicia accedunt etiam composita, quæ parata habentur, cuiusmodi sunt diamoscum dulce si ad dragmam unam, ante prædictas decoctiones præbeatur, diambra etiã conserua eringii, betonicæ, artemisiæ, matricariæ, gingiber conditum pluri mum etiam conferunt magnæ illæ confectiones, theriaca, mithridatum, triphera magna, quæ vterum calefaciendo totum etiam corpus simul robo rant. Ommitto aromaticum rosatum, diagalangam, galiam moscatam, & si milia. His accedunt, quæ extra administrantur, & suffitus imprimis parari poterunt ex ambra, stirace, costo, eringio, gallia, moscata, spica nardi, matricaria, miride, & similibus, quibus omnibus puluerizatis, portio huius pulueris super ignitos carbones proiici potest, in vasculo angusti orificii cõtẽtos, & mulier vndique bene contecta, fumum istum recipiat, lenimentum etiam parari poterit, accipientes pul. spicæ, stiracis, singulorum dragmam unam, seminum miridis scrupulos duos, croci orientalis scrupulum unũ, musci optimi grana quinque. Ceræ virgineæ sæpius lotæ cum vino aromatico, vel cum acqua vitę quantum sufficit, misce pro linimẽto, inunctiones etiam fieri poterunt cum oleo de spica, belzuino, & similibus, quemadmodum etiam si parentur sessiones ex decoctione prædictorum simplicium, non solum in acqua; sed etiam in vino. Si autem præter dictam intẽperiem, idem vterus humore etiam repletus fuerit, ante omnia ab omni mucore detergendus erit, deinde cum contrariis alterandus, quem scopũ assequemur clisteriis, pessariis, sessionibus, & huiusmodi, Clister parari poterit ex decocto matricariæ, Vmbilici Veneris, betonicæ, quod si efficacius reddere voluerimus, dragmam unam agarici addere poterimus, valentius adhuc efficiemus, si pulpæ coloquintidis dragmam mediam permiscuerimus, & decoctum parari poterit in mulsa, cuius untię duę accipi poterunt, & melis rosati vntia vna, & ita clister paratur. ad idem conferet pessarium mundificans uterum, vt si acceperimus bdelii, miræ, galliæ moscatæ, coste, puluerizati, agarici trociscati singulorum scrupulũ mediũ, lagdami prius emolliti, in oleo de spica, quantum sufficit, & ad formam pessarii deducatur, & intra vterum immitatur, parari etiam poterit ex coagulo leporis, ex castoreo, testiculis vulpis, si singula ad scrupulum vnum capiantur, & cum melle despumato quantum sufficit, pessariorum reformetur, quod inungi prius debet in oleo de spica, deinde loco applicetur. Familiare etiam pessarium, & pro pauperibus fieri poterit, ex allio sicco, decocto in olio de spica, melle permixto, & cum lana in dicto melle madefacta, & ad formam digiti redacta, supponi poterit, & tota nocte detineri, vt superfluitates exire possint, sessiones etiam parandæ erunt, quæ eandem vim habeant, quales sunt si in acqua decoquentur nõ solum folia betonicæ, artemisiæ, matricarie, verum etiam Agaricum, carthamum, radix hyreos, & similia, quæ vim habent educendi pituitosos humores, purgato vtero, studium nostrum erit propositam intemperiem remouere, inungentes eam regionem cum oleo de castoreo, de spica, de been unguentariorum, de nuce muscata. Quibus si theriacam addiderimus, mithridatum, triphiram magnam, & huiusmodi,

Composita medic.

Magnæ confec.

Suffitus.

Lenim.

Inunctiones.

Cura intẽperiei cum materia.

Clister ꝑ uter.

Pessariũ.

Pessariũ.

Pessariũ.

Sessiones

Materiæ altera.

Inunct.

Lenim.

modi, accommodatum lenimentum parabitur, cæterum cum tales mulieres ad Venerem sint minus promptæ, ac proinde in emittendo semine, viro tardiores, quod sterilitatis causa esse solet, ideo omni studio ad cohitum prius excitandæ erunt, vt hac ratione ad semen emittendum sint promptiores, ideo præter ea, quæ antea fuere proposita, vnum addo quod ad libidinem & uoluptatem excitandam mirifice etiam conferre videtur, accipiendo assæ fœtidæ dragmam vnam & semis, melis despumati vntiam mediam, Vini aromatici, vntiam vnam, & semis, misce, & per horas quatuor, aut quinque ante cohitum mulier accipere debet. Nec minus conferet, si acceperimus piretri scrupulos duos, assæ fœtidæ dragmam vnam piperis albi longi scrupulum vnum, pulverizentur, & cum melle quantum sufficit, pro ellectuario misceantur, quo mulier vti potest non solum intus per os assumendo, sed extra etiam, vtero applicando: eius enim portio aliqua cum bombace excepra. & ante cohitum ab intra vterum suscepta, viro nesciente, mirabitur de ingenti voluptate quam in cohitu percipiet, augebitur adhuc voluptas, si ex eodem vir sibi rnunxerit caput virgæ, muliere nesciete. quæ pariter insuetam dulcedinem percipiet, lenimentum etiã ad excitandam Venerem parari poterit ex fele lucij, vel colombi, aut passerum, vel tauri, ad vntiam mediam accepto, ex melle ad vntiam vnam permixto, ex pipere ad scrupulum unum, & ex dragma vna sulphuris viui, ex quo lenimento inungi poterunt lumbi, pectem, & ea pars quæ est inter anum, & perineum. Hæc ergo & similia administranda erunt, in ea sterilitate quæ fit ab intemperie frigidiori, tum nuda, tum cum materia cõiuncta. Si autem sterilitas fiat ab intemperie calida totius vel partium, siue vterus fuerit, siue alia pars, cum refrigerantibus intus & extra admotis, auferenda erit, in quem vsum conueniunt omnia cicoracea, quatuor semina frigidiora, semper viuum, & cætera huius ordinis, probantur etiam syrupi eiusdem generis, cum zuccharo, vel melle parati, quia vterus rebus dulcib. plurimum gaudet. Probatur etiam serum caprinum, præsertim si zuccharum, aut mel permixtum fuerit, vt facilius illius vis ad vterum deducatur, conferunt etiam conseruæ ex violis ex floribus cicorei lactuca, maluis, semina etiam mellonum condita, & cætera huiusmodi, extra verò administrari poterunt sessiones, ex decocto iam propositorum simplicium, vel ex acqua beatæ virginis, quæ tamen sessiones actu tæpidæ admouendæ erunt, vt ratio habeatur de conseruatione vteri, qui cum substantiæ neruosæ sit, ab his quę potestate, & actu refrigerant nimis læderetur. Inunctio etiam fieri poterit ex oleo rosato, de lentisco violato, & similibus, extãt etiam vnguẽtum sandalinum, rosatum Mesue infrigidans Galeni. Vnguentum de cerusa camphoratum, emplastrum etiam parari poterit, ex farina hordei cum oleo rosato permixta, clister etiam confici poterit, ex decocto vel succo lactucæ, violarum, sanguinariæ, Vmbilici Veneris, & simili, pessarium quinetiam parandum erit, ex succo semper viui lactucæ, Vmbilici Veneris, ex oleo rosato, violato, in quibus lana imbuta, & ad dictam formam redacta immitti poterit: Si deinde causa sterilitatis fuerit intemperies humida, cũ exiccan-

Medic. excitant libid.

Aliud ꝑ excitãda uener.

Aliud.

Cura in tẽp. calid.

Deco. cic.

Ser. capr.

Inunctio.

cura in tẽperiei humidã.

exiccantibus progrediendum erit, cuiusmodi sunt syrupus de rosis siccis rosatus recens, de accetositate citri, zuccharum rosatum antiquum cum bolo armeno cum rasura eboris, conserua etiam de menta, si ad dragmas duas præbeatur, cui si addiderimus pulueris nucis moscatæ scrupulum medium adhuc præstantior erit, potus etiam acquæ in qua aurum sæpius extinctum sit, conferet, si ad libram vnam singulo mane prębeatur, quæ ut facilius ad uterum deducatur excipere debet pro vehiculo emulsionem seminum mellonum, uel zuccharum, per exterius uerò tutius adhuc exiccantibus vti poterimus, etiam si adstringendi vim habuerint, quia ex eorum vsu non imminebit periculum de obstructionibus in venis faciendis, quapropter balnea & sessiones parari poterunt ex decoctione plantaginis, rosarum rubearum, mirthi lentisci, maioranæ, valerianæ, & ex similibus, quæ decoqui poterunt in acqua permixta tamen cum aliqua portione uini stiptici, Sucinum etiam per modum suffitus admotum, & intus etiam sumptum humidiorem vterum exiccat, prauorumque humorum generationem prohibet, & ad conceptionem idoneum reddit, & si ratione nimiæ humiditatis eiusdem vteri semen non detineatur, suffumigium fieri poterit ex locio ęquino, uino austero equis portionibus acceptis in quo lapides molares candentes extinguantur, & mulier bene tecta supersedere debet, & vaporationem hanc suscipere. Tandem si intemperies siccior fuerit probabitur vsus iusculorum pinguium, lactis, ptisanæ hordei, amigdalarum dulcium, passularum, pistacchiorum, & similium. Clisteria etiam utero applicita, & propositis materiis confecta iuuabūt, quemadmodum etiam, si suppositoria parabuntur, ex adipe gallinæ anatis, cerui, & huiusmodi, quibus accedunt etiam balnea, & omnium maximè probantur in ditioribus, si ex lacte parentur, uel ex decocto foliorum, maluarum, vitis, altheæ, salicis, violarum, seminum lini, melilotti hordei & similibus, cui decocto si addiderimus capita Arietum, adhuc magis iuuabunt emplastrum etiam ex althea tritta, cum axsungia recenti porci, permixta, & ab Vmbilico inferius aplicata commendatur, in quem ipsum vsum extant inunctiones, ex oleo amigdalino dulci, liliorum alborum, violato, ex butiro, expinguedine galinæ, expressio etiam passularum dulcium mucilagines altheæ, seminum lini, maluarum, & similia applicari poterunt, omnibus autem commune hoc erit, vt mulier quacunque intemperie fuerit correpta, semper coheat cum uiro contrariæ temperaturæ affecto: hac enim ratione vna intemperies, ab altera corrigitur, quamuis intemperies omnis si insignis extiterit, nullam concipiendi spem polliceatur.

Sirup.

Cōserue.

Potio.

Balnea.
Sessiones

suffum.

Cura intęperiei siccæ.
Clisteria.
supposi-toria.

Empl.

Inunct.

De cura sterilitatis ex morbo in mala compositione.
Cap. L.

Cura steri. ex tympa.
Materiæ auxilii discutiẽtis.

VBi igitur locum habuerit morbus in mala compositione, & primo ex parte mulieris, si vterus maior fuerit, ratione Timpanitis flatus discutiendi erunt, cum carminatiuis intus, & extra admotis, qualia erut diagalanga, diatrion piperion, diacalamentum, dianisum, aromaticum rosatũ, theriaca triphera magna, mithridatum, radix aristolochiæ rotundæ piretrum, pulegiũ, agnus castus, artemisia, semina, feniculi, anisorum, seseleos, castoreum, & similia, ex quibus parari poterunt sessiones, fomenta, sufumigia clysteria, emplastra, inunctiones, formari etiam poterunt pessaria, præcipuè ex ruta uiridi trita, & mele excepta, vel ex pulegio, nitro, fele tauri, & mele exceptis. Si idem vterus paruus fuerit, vt fœtum ad debitam magnitudinem peruenire non patiatur, nulla alia curatio adhiberi poterit, nisi, ut cum viro paruo coheat, quia ex vtrisq; parua etiam proles producetur, tutius tamen erit, ut ab omni cohitu abstineat, & virginitatem suã custodiat, vel illa agenda erunt, quæ conceptionem impedire possunt. Inter cætera illud obseruare debet, vt in cohitu semen eodem tempore cum viro non emittat. Quod si contigerit, vt susceptum semen detineatur, tentandum erit, ut ante septimum diem emittatur, quod fiet motibus, saltibus, vel ét medicamentis corrumpentibus. Si pinacula clausa, & coniuncta fuerint, cum scalpello facili negocio diuidi poterunt. Si membrana in ore uteri adnata fuerit, maiori difficultate auferri poterit; primo enim incidi debet, secundo apertio facta, erit conseruanda, ne iterum diuisa labia cõiungantur, quod fiet interponendo pilam ex bombace paratam, & in oleo rosato, vino que infusam; quo tempore illatum vulnus cicatrizandum erit. At si caro adnata fuerit & primo secundum partes magis externas, maiori difficultate, & periculo amoueri poterit, tum quia locus internus est, tum etiã quia ob partis positionem, & propinquitatem quam habet cum recto intestino & collo vesicæ periculum iminet, ne altera ex istis partibus simul incidat. Quod si euenerit, in voluntariũ lociũ patietur, aut stercus per foramẽ intestini exibit, accedit qđ vulnera in dictis partib. neruosis, sunt ualde dolorosa, magnaque cum difficultate sanantur, & periculum est, ne ad cicatricem perducentes uulnus denuo orificium claudamus. Si autem caro adnata fuerit secundum internum orificium, qualis ea est, quę occupat uasorum seminalium, & menstrualium orificia, curatio erit impossibilis. Si ratione pinguioris omenti os nteri obturetur, cum exiccãtibus procedendum, nempe cùm uictu attenuante, cum exercitiis usque ad sudorem, cum balneis sulfureis, & aereis, parariq́ue poterunt ex propositis materiis calefacientibus, ex quibus sufumigium etiam fieri poterit. Quod si solũ os ùteri distortum, uel illius corpus peruersum fuerit, vix potest remedium excogitari, in hac tamen sterilitate commendat Paulus Venerem pręposteram, gratia cuius situs, ceruix rectitudinem aliquam acquirere potest. Si ratione cicatricis

Cura steri. obuteri paruit.
Cura steri. ob cõiunc. pin.
Cura steri. ob adnatã mẽbranam.
Cura steri. ex carne adna.
Cura steri. ex carne adna.
cura steri. ex omẽto pĩguiori.
cura uteri distorti.
Cura ste. ex citat.

tricis sterilitas fiat prorsus incurabilis erit. Si autem ob uteri compressionem causa comprimens remouenda, quæ si fuerit in recto intestino, uel in vesica, curatio erit facilis, quoniam in earum partium inantione ante cohitum facta, consistit. Si locum habuerit tumor comprimens, illius tumoris curatio adeunda erit. Si denique ob morbum in soluta unitate producatur ut ratione vulceris, cum exiccantibus progrediendum erit, quæ ut melius agant, impedimenta remouenda erunt, ac proinde cum detergentibus omnis sordes absumenda, quod assequemur clysteriis paratis cũ sero caprino mele rosato permixto, vel cum aqua hordei, aut mulsæ, uel decocto parietariæ, mercurialis, furfurum, & similium, quibus zuccharum permiscerem poterimus, deinde consolidantia adhiberi poterunt, cuiusmodi est aqua plantaginis hipocistidis, simphiti, rosarum rubearum, mirthi, malicorii, cortium granatorum, & similium, quæ aqua si etiam calibeetur, maiorem vim acquiret Si fiat ratione cancri valcerati, cura erit impossibilis, & præterea ad curam Cancri deueniendum erit. At si sterilitas fiat ex parte uiri, & primo quia habeat penem breuiorem, aut longiorem, si breuiorem habuerit, cum parua muliere ei coheundum erit, quæ caput inclinatum, anchas autem ad superiora eleuatas habere debet, & vir quãtum fieri potest, illi hæreat, ut totus penis ingrediatur, & cum magno impetu semen emittat, ut tali eiaculatione breuitas penis compensetur. Si autem longior fuerit, vix potest hoc uitium corrigi, sibi tamen eligere debet anchas longas, & retro extensas habentem. Si in figura uitium fuerit, ut si contractus distortus, uel obliquus extiterit, idque fiat ratione alicuius ligamenti cõtrahentis, illud per transuersum incidendum erit. Si fiat ex carne, aut calo adnato, peogrediendum esset cum medicamentis acrioribus absumentib. dictam carnem, uel calum, nisi ex eorum vsu periculum imineret, alicuius vlceris ipsius matricis, quod curatu est pessimum. Si fiat ex cruditate seminis ad cohitum non erit deueniendum nisi post illius coctionem, quemadmodum si prauum fuerit, prius corrigendum erit.

Cura ste-ri. ex cõp. — Cura ste-ri. ex tumore cõpri. — Cura ste-ri. ex ulcere. — Clysteria detergentia. — Consolidantia ulcus. — Cura ste-ri. à cãcro ulcerato. — Cura steril. ex pene breu. — Cura steril. ex longitud. penis. — Cura sterili. uicio semi.

Quæ occulta proprietate conceptionem adiuuent. *Cap. LI.*

PRæter iam dicta methodo, & ratione inuenta illa etiam accedunt, quę à tota substantia magis agere videntur, quę multa ab Antiquis, & Recentioribus Medicis proponuntur & pleraque meo iudicio superstitiosa potius, quam uera, non tamen grauabor quædam proponere, ut pro arbitrio & otio quilibet experiri quandoque possit, hæc autem sunt in duplici differentia, alia conferunt ad impregnationem simpliciter, alieua uerò ad impregnationem masculi, aut fœminæ, quorum alia per superius, alia per inferius, & rursus intus, uel extrà admoueri possunt, de quibus loquẽs Auicenna sumopere comẽdat, & tanquàm expertum pro fœminis probat usum seminis seseleos, sumpta ratione à pecudibus, quæ illius vi fœcundiores euadunt, similiter eruca satiua, pastinachia syluestris, semina iunipe-

Quę agũt à tota substãtia sunt in dup. diff. — Quę conducũt ad gñatione masc.

ri comendant: ex paulo ēt, & Ætio confert rasura eboris, dentis apri, coagulum leporis vino permixtum, & in potu exhibitum. Ad idem ualet puluis matricis leporis, & stercus eiusdem, si cum vino exhibeatur, probant etiam testiculos vulpis, & Rasis testiculos apri, si in puluerem redacti cum vino præbeantur. Aliqui proponunt etiam vrinā elephantis in potu datam, sunt etiam qui affirmant, quod si vir comedat. Cor leporis, & cum muliere statim coheat, quod concipiet; ex quibus, & similibus materijs variæ formæ medicamenturum componi poterunt, pulueres inquā, tabellæ, electuaria, potiones, balnea; sufumigia, inunctiones, emplastra, pessaria, & similia. Puluerem quidem parare poterimus, si testiculos apri, vulpis, aut coaguli leporis, uel matricis acceperimus, & in umbra desiccauerimus. Similiter ex semine seseleos, iuniperi, rasuræ eboris omnibus puluerizatis, & pro singulis vncia media accepta, parare poterimus puluerem, qui sit bassis totius medicamenti, quod tamen vt ad matricem facilius perueniat, addere poterimus pro vehiculo, & adiuuante, nucis muscatæ, galanghæ cinamomi Ana dragmam unam; pro materia verò excipiente dictum puluerem, & iucundiorem reddente, addere poterimus, zucchari optimi ad duplum pondus omnium, de quo puluere dragma vna singulo mane dare poterimus cum iusculo alterato, cum foliis, & seminib. seseleos, imo in cibis etiam eodem vti poterimus, ex hoc ipso puluere cum zuccharo aqua rosata prius dissoluto tabellæ componi poterunt vt si pro singula dragma dicti pulueris vnciam vnam zucchari acceperimus, & cum aqua rosata quantum sufficit, tabellæ fiant numero sex quarum vna singulo mane capiatur. Ex eodem, electuarium etiam confici poterit, accipientes pulueris prædicti vnciam mediam, olei de iunipero, licoris ex nuce muscata expressi, prius tamen in vino aromatico macerata, & dicto vino prius alterato, cum semine seseleos, maiorana, & similibus singulorum dragmā unam accipiendo conseruę matricariæ in duplo acceptæ, & cum syrupo de corticibus citri, vel floribus eius quantum sufficit, electuarium componatus, quæ & similia tempore calidiori dari poterunt cum frigidis, in frigidiori cum calidis in sicciori cum humidis, & humidiori cum siccis, ex ijsdem materiis aliæ medicamentorum formæ extrà administrandæ parari poterunt, qualia sunt sufumigia fomenta, sessiones pessaria inunctiones, emplastra, & similia. Ideo Hippo. primo de morbis muliebribus probat suffumigium paratum ex stercore lupi, & pilis Asini albi, probatur etiam inunctio ex oleo de iunipero ab Vmbilico vsque ad pudenda facta, præsertim si ob frigiditatem conceptio non fiat, omitto fomenta, & alia, quorum omnium compositio ex iam dictis facile innotescit, proponunt aliqui lanam ouis succidam in lacte Asinæ madefactam, & Vmbilico applicatam tam denique detentam, donec cum uiro coheat; non desunt etiam, qui affirmant masculo, & fœminæ simul plurimum conferre ad generandum, & concipiēdum si acceperint puluerem testiculorū, & hepatis porci parui ad unam dragmam cum vino, eius.n. vsu ambo fęcūdi euadēt. Pro concipiendo aūt mare aut fęmina probant pleriq; vsum testiculorum

[Margin notes: Tabellā. — Electu. — Suffumi. — Inunct.]

apri in umbra desiccati, ita ut puluis dextri testiculi ad maré, sinistri uerò ad fęminá concipiendam conducat. Sűt pręterea, qui accipiunt matricem leporis, porci & eiusdem intestina, quibus pariter siccatis & in puluerem redactis mulieri præbent cum vino, quandocunque cum viro cohire vult, & præcipuè in fine menstruorum; Idem dicunt de vsu testiculi eius dextri, quod facit concipere masculum, sinistri verò fœminam. Affirmant etiam, quod si vituli carnem, cum aristologia assatam mulieres comederint, & viri etiam, mares parituras esse.

Quæ obseruanda sint ante cohitum, & in cohitu. **Cap. LII.**

VT vires eorum, quæ ad conceptionem conducunt, euideneiores fiát, & ad concipiendű magis cőferant, quædá accurate in cohitu, & ante cohitű obseruáda erunt, nő solű ex parte fęminę, uerű ẽt viri. In primis quo ad tẽpus coheűdi idoneum ex parte fęminæ illud elligatur, ꝙ est circa finẽ purgationis menstruorű, vel statim post absolutá purgationẽ, illud verò, ꝙ futuræ purgationi est proximű, vt conceptioni minus aptum relinquendű, quia ex superueniente fluxione semen, & genitura exire solet, quẽ admodű ẽt tempore illo, quo fluxio eadẽ fit. Præterea qui cőceptionis gratia sunt cohituri, nő statim simul coniungi debent, sed ex vtraq; parte desideriű ad cohitum excitandum prius erit, & mutuus quidá amor conciliandus, quod fiet, si blandiorib. uerbis amoris, & beneuolentię plenis, se inuicẽ tractauerint, & manus sibi inuicẽ dederint, & leniter per tractauerint, & vir pectus, & mamillas mulieris blande tetigerit, quarű contactus ob magnam, quá habent cum vtero colligantiá, delectationem, & libidinem excitare ualde pőt, ab iis ad partes secretiones addire debet, abdomẽ in primis tangendo, peritoneű, & vuluam deniq; ipsam. Ad hęc amplexus ẽt, & dulcia basia sequantur, quib. & similib. ita peractis, quamprimű in muliere faciei color alterabitur anhelitus maior fiet, & uerba minus expedite proferẽtur, indicia hęc erunt, talem mulierem ad libidinẽ satis accensam esse, ac proinde coheűndi desiderio tűc maximè detineri. quo ẽt tẽpore illius vterus ori eius adhęrebit, quod attrahẽdi seminis summű erit indiciű, qua occasione pręsenti ad Venereű actum tam miro cősensu ambo accedere debẽt, in moliori lecto prius decűbentes, non tñ super latera iacere cőuenit, quia semen in alterű latus fusum facile effluit, sed supina facie ad Cęlumq; uersa mulier iaceat, & coxis eius sępa ratis, & paululű eleuatis, capite autẽ paululű demisso, debet uir tensum penẽ cű oleo belzuino, aut mele prius inűctű in mulieris pudendű sensim intromittere, & postquá totus circa vterű ingressus, receptusq; fuerit, leuiorib. frictionib. illius partes pertractare, debet, qui motus magna coheuntiű delectatione fieri solet, ad quam cű seminis eiaculatio sequutura sit, in eo summű studiű adhibeát, ut vno, & eodẽ tempore semen ambo emittant, & simul permisceant, aliter conceptione frustrabuntur, & in emittendo semine illud ẽt diligenter obseruent, ut sine ulla intermissione utrinq; simul eiaculetur, in cuius emissione mutuo amplexu inuicẽ cőstringátur, & præsertim secundű genitales partes, equè adhę-

Tempus coheűdi oppor.

Quæ agẽda ante coitum.

Quę agẽda in cohitu.

adhęrentes, ne ambienti ingressus aliquis pateas, quia illius permixtione cum dicto semine, genitura facile corrumpi potest, immo talem mutuam coherentiam post emissum semen tam diu seruauare debent, donec attractio, & constrictio uirgę à colo, & ore matricis facta perdurauerit, & anhelitus alteratio sedata fuerit, quo Venereo actu ita perfuncto, non minor diligentia in eo etiam adhibenda erit, vt receptum semen foras nō exeat; quod fiet, si mulier post absolutum cohitum, adhuc decumbendo quiescat, coxas eleuando, & simul constrictas per horam saltem dettinendo, quo tempore si somnum etiam sibi conciliauerit, ad semen retinendū non parum conferet mox ad latera se voluere poterit, & cupiens masculum concipere dextrum latus eligat, si verò fœminam, sinistrum. Quo tempore abstinere etiam debet à clamore à quocunque violento motu, ab eleuatione alicuius penderis, à tussi sternutatione, extremorumque frictione. Hæc igitur, & similia agenda erunt ante cohitum, in cohitu, & post cohitum.

Post cohitum quæ agenda.

Quæ sint agenda, vt conceptio non sequatur. *Cap. LIII.*

QVia ad conceptionem vel abortus sequitur, vel mulier simul cū concepto fœtu necessario moritura est, quod præcipuè contingere solet, si mulier tenella, & parua fuerit, vt ad integram perfectionem partum deduci non patiatur, vel quia aliquod malum in matrice recto intestino, aut vesica habet, cuius causa ex impregnatione mors sequutura sit. Ideo Auicenna, & alii statuunt, Medico licere futuram conceptionem prohibere posse, quod fiet, si propositus ordo in cohitu, ante cohitum, & post cohitum pro conceptione facienda, totus præposteretur, potissimum verò id seruari debet, ne ambo eodem tempore semen emittāt, quod monuit etiā Auicenna quarto de animalibus, quod præceptum multis meretricib. non est incognitum, id autem si fieri non poterit, debet mulier post cohitum se agitare saltando scalas ascendendo, pondera grauiora eleuando, sternutādo, tussiendo, & clamando, vt his rationibus susceptum permixtum retentumque semen protrudatur. Adhibenda etiam sunt matrici apperientia, & mundificantia, ut si fiat suppositorium ex costo, pipere, puluere coloquintidis, scamonei, hiere scorie ferri mele exceptis, aristolochia etiam rotunda inuncta cum oleo rutaceo, de costo, & similibus, & supposita eandem vim habebit. si etiam iniciatur clyster paratum ex decocto apij, petroselini, fœniculi, agni casti, sabinæ, & similium vim habebit educendi genituram, præsertim si aliqua solutiua permiscuerimus, qualia sunt agaricum, elleborus niger, & alia proposita. His accedunt illa etiam, quæ vias vteri lubricādo exitum fœtui parant, qualia sunt succus maluarum, matrum violarum, altheæ, lapacii, mucilago psilii, ex eisdem parari etiam poterunt balnea, & sessiones in aqua tepida paratæ, quædam etiam sunt quæ refrigerando, genituram fieri impediunt, vt succus lactucæ, salicis, emulsio seminum papaueris albi, poma mandragoræ, hyosciamum, opium, & eiusmodi. Ommitto illa, quæ intus administrari possunt; quoniam ea omnia, quę in mestruis pro-

Quæ agēda ne ex coitu cōceptio fiat.

clyster.

Lubric.

Balnes.' sessiones Refriger.

prouocandis in capite proprio fuere proposita, huc etiam referri poterunt. Extant etiam aliqua, quæ à proprietate agere dicuntur, inter cætera proponunt odorem, & aspectum violę ultra marinę, & mulier habitans domum, vbi illæ nascuntur, ex aliorum sententia non impregnabitur, expertum ēt multi referunt, quod canphora trita cum aqua rosacea, & bombace prius inbibita, & supposita impregnationem prohibet, eadem copiosa sumpta idem præstabit potus etiam aquæ calibeatæ sterilitatem inducit, aqua etiã sabinæ per triduum epota à muliere toto illo anno à conceptione saluabitur, quæ si iuniperi succum biberit ex quorundam sententia nunquam concipiet. Quidam Antiqui etiam referunt, quod si mulier per quatriduum stomacho ieiuno fabam vnam singulo die dederimus, nullo unquã tempore impregnari poterit. Quod in galinis expertum fuisse dicunt quæ eorum vsu non amplius oua generant, vermis etiam lucens de nocte sæpius sumptus sterilitatem facit; sufumigium etiam paratum cum corticibus hæderæ & post mẽstrua adhibitum idem præstat, quemadmodum etiam post cohitum stercus elephantis sufumigatur. Non desunt etiam alia, quæ gestata conceptionem prohibere dicunt, vt os de corde cerui, si brachio, vel coxæ, & iuxta vuluam mulieris suspensum detineatur, ossiculum etiam in vulua Asinæ sterilis repertum, & gestatum: quod ipsum de matrice eiusdẽ & pilo intelligi volunt. Lapis etiam topacius gestatus conceptionem impedit, quæ & similia etiam si ante conceptionem præstari posse videntur in iis, quibus ob dictas causas mors sequutura est, post conceptum tamen fœtum eadem præstare nec religiosum nec pium esse videtur.

Quæ à tota substãtia agũt.

De victus ratione. *Cap.* LIIII.

AD conceptionem faciendam, præter proposita, omnis diligentia in victus etiam ratione adhibenda erit, inter cætera aer in primis temperatus esse debet, ob id inter anni tempora vernum ad temperiem magis accedens in tali munere obeundo maximè comẽdatur, ut habetur ab Hip. libro de superfœtatione, cibus sit potius plenior, quàm tenuior, non tamen ualde excedere debet in quanto continuo, uel discreto, quia ex hoc generãtur plures cruditates, quæ fœcunditatem impedire possunt, perpetuo autẽ id seruari debet, vt sit optimi succi, calidi & humidi temperamẽti, is enim ad sanguinis copiam generandam aptior est & in iis, qui ad Venerem sunt minus prompti, conueniunt illa, quæ non solum semen, sed flatum etiam generent, cibi prioris ordinis erunt, oua & præsertim perdicis, & passerum ut ommittam oua galinarum, & præsertim si semen erucæ super ponatur, cerebra passerũ cum origano, capones, columbi, turdi, merulæ, testiculi galorum, & similia. Qui verò generant semen, & flatum simul sunt nuclei pineorum, pistachia, amigdalæ, auelanæ in mele maceratæ, castaneæ optimo vino dulci permixtæ, uel cum mele, pipere, & zuccharo comestæ, cicera rubea, vua montaua, bulbi, radix pastinachiæ, rapa, napo, semen pori, erucæ agrestis, artichiochi, carnes coclearum fluuialium sale conseruatę, & ex vino potę Venerem stimulant iecur ranæ idem præstat, genitale sienę cum mele sumptum ad cohitum propensionem facere solet. Pro diuersitate autem tempe-

Vernum concep. ẽ mag. conuen.

Cibus ad concipiẽdũ cõue.

Materiæ cibi ad concep. quenien.

Qualis uic. conueniat secundum quãlibet intemp.

Cibus in frigida intemper.
Cibus in calida in temper.
Cibus in sicca. intemper.
Cibus in humida intemp. potus.

temperaturæ, quæ conceptioni obsistere potest cibaria alterari poterunt, cum alterantibus in contrarium, ut in frigida intemperiæ, calida permisceri debeant in quo genere sunt omnia aromata; quæ autem calidior fuerit, cum frigidis corrigenda erit, cuiusmodi sunt quatuor semina frigidiorum cicoracea, & eiusmodi: in muliere sicciori. uictus ad humidū uergat, quare nutri ei poterit cum lacte Caprino multo, cum uitelis ouorum, cum amygdalis dulcibus, passulis pinguioribus, pistachijs, cum marciopane, & similibus. In intemperie uerò humidiori, & corporis habitu pinguiori, permiscenda erunt, quæ exiccandi uim retinent; potus uerò non sit frigida, præsertim seorsum à Vino, & sæpius austa, sed potius Vinum mediocre, & laudabilis odoris, & saporis: somnus deinde uigilia, motus, quies, animi accidentia, moderata ut sint, oportet; immo si quæ est in homine actio, quæ corporis robur sanitatem, animique tranquilitatem & summam attētionem requirat est usus Veneris. & ob id ad procreandos masculos & magnæ spei filios, monendi sunt coheuntes, ut tunc temporis firmam imaginationem habeant tum ad masculos tum ad bonę indolis concepturos fętus, cuius defectu sapientes viri filios à se ipsis ualde dissimiles generare solēt, quia eo tempore, quo coheunt, mentem ualde distractā ad studia, & ad maiora occupata detinent.

De mola. Cap. LV.

Deprauata conceptio quid
Mola q.d.

DE conceptione imbecilli, tarda uel rara non est opus agere, cum ab eisdem causis sola magnitudine & uehementia differentibus fiat, à quibus etiam ipsa sterilitas, ac proinde eadem erit in omnibus curatio. Quapropter de deprauata conceptione agendum erit, in qua quod concipitur ut omnibus rationibus à parentum similitudine distat, ut est mola, quæ genere, spetie, & indiuiduo omnino ab illis distinguitur; quandoque minus distat nempe ratione indiuidualis conformationis tantum, atque tunc uel penes corpus totum, uel penes partes eius, genere autem & spetie cum illis conuenit. Totum quidem corpus distabit, si quod generatur, hominis formam seruauerit, sed in figura, magnitudine numero, situ, & aliis à parentibus omninò distauerit; ratione uerò partis, ut si fętus claudus nascatur, uel monoculus, aut mancus, & quomodocumque id fiat conceptio ista semper mendosa, & monstruosa dicetur. Primo igitur de mola agemus quæ multæ carnis conceptio, & parturitio est, & cum Aristotele. quarto de generatione animalium inchoata est formatio fętus, omni tamen animalis forma denudata; quæ tamen in vtero augumenta recipit, & ipsius causa venter adeò intumescit, ac si mulier uerè concepisset; quod uitium à symptomate nomen desumit, nempe à grauitate, & motus difficultate, quam habent mulieres hac mola oppressę. Cuius pondere quod in imò ventre sentiunt, ad motum sunt minus promptæ ac si uerę prægnātes essent. ut habetur ex Ætio libro decimo sexto capite octauo uel etiam nomen desumit à similitudine molæ molendinorum, quæ sua grauitate

monstrū.
Nomen mol.

ad

motum sunt difficiles, & ineptę; non secus ac mulieres mola oppressę: Hinc excluditur mola latiori uocabulo accepta, pro quacumque re præter naturam vterum extendente; ut timpanitis ab aquositas vteri, vel tumor eiusdem, & præsertim scirrhosus, ad quorum productionem neutrũ semen concurrit, quemadmodum in mola contingere solet.

De essentia mole. Cap. XLVI.

A Notione uocis explicata, ad subiectæ rei essentiã declarandam accedo, & à forma modo exordiens, consentiunt ferè omnes Medici, molam esse morbum in aucta quantitate, quæ cum continua, & discreta esse possit, sub qualibet indifferenter collocatur: sub discreta quidem, cum auctus numerus esse uideatur: Est enim mola quid adnatum, & super additum ipsi vtero, non secus ac sextus digitus in manu, calculus in Renibus, & uermis in uentriculo, ut colligitur etiam à Galeno decimoquarto methodi decimotertio. Notandum tamen quod mola propriè non est morbus in numero aucto, cum non sit pars corporis excedens; Et quamuis Galenus calculum, vermem, & huiusmodi morbos in numero vocet, non tamen sunt morbi ex vsu Artis, quia nòn indicant auxilium vtile, sed solum ratione causæ dictum excessum facientis, indicatio vtilis oritur. Pariter dũ dicimus molam esse morbum in numero aucto, non propterea morbus erit ex vsu artis, quia non indicat nisi ratione causæ facientis talem morbũ, à qua vtile auxilium nascitur. Nam si mola, vermis, & calculus ratione propriæ substantiæ morbi essent, tunc sequeretur, quod morbus esset potius de genere substantiæ, quam accidentis. Mola igitur ea ratione morbus dicitur, qua corporis compositionem vitiat, & munerum auget; eadẽ locari etiam potest in genere morbi auctę magnitudinis, ipsius enim præsentia, vterus in maiorem magnitudinem attollitur; cuius magnitudinis auctæ causa, si actio vteri lædatur, morbus etiam dici poterit, vt colligitur ex Galeno loco citato; vbi habet, quod mola in muliere respondet ouo in gallinis, & oua nec partes sunt galinarum, nec tumores, sed ex eorum genere, quæ adnascuntur, teste eodem Galeno vndecimo de simplici medicina: Huiusmodi igitur cum mola etiam sit, distinguetur à cæteris morbis vteri in aucta magnitudine: siue isti fiant à tumore aliquo inflammatorio, scirhoso, vel edematoso, siue à materia replente internam vteri capacitatem, quæ si flatulenta fuerit, timpanitim faciet, si aquosa hydropem; mola autem ea erit Vteri magnitudo, quæ ratione adnatæ carnis oritur. Eadem mola ratione qua vias vteri impedit, reponi etiam potest in genere morbi in via, qui pariter non erit ex vsu artis, cum obstructio non per se, sed ratione tantum causæ auxilium iuuans indicet. Cæterum dum in corpore morbus fit in numero, vel in vijs angustis redditis, cum fieri possit à causa viuente, & non viuente mola morbum faciet à causa viuente dependentem, sicuti nutritio, & auctio eiusdem mole ostendunt, ad differentiam calculi in vesica, & qui vita caret; Et quamuis augumentum suscipiat,

Forma mol.

Mol. esse numerũ auctum.

Molam proprie non esse morbũ.

Molã esse corpus uiuens.

ſcipiat, non tamen nutritionem ſequitur, ſed aſſiduam potius excrementorum appoſitionem: Hinc fit, quod mola etiam ſi caro informis ſit, venis tamen non caret, quibus mediantibus ipſa nutriatur, & augeatur. Erit igitur mola corpus viuens morbum faciens in numero vel magnitudine aucta, eritque eius cauſa in genere viuentium: Quæcumq; autem talia ſunt, cum præter naturam ſint, eſſe poſſunt toto genere præter naturam, vt vermis, & calculus, quæ totis ſubſtantijs hoc eſt ratione materiæ & formę à naturali ſtatu recedunt, quo fit, vt ex toto etiam ſui remotionem indicent, in quo genere locatur etiam ipſa mola, quæ non auget numerum alicuius partis naturalis, ſed ab omnium partium natura potius longè diſtat, & per hoc diſtinguitur ab alijs morbis in numero aucto, qui tamen toto genere non ſunt præter naturam, cuiuſmodi eſt ſextus digitus in manu, qui ratione qua auget numerum partium dici poteſt morbus in numero aucto; ratione verò, qua pars aucta naturalis eſt, dici non poteſt toto genere præter naturam. Mola igitur ſiue morbus ſit in aucta, magnitudine, ſiue in aucto numero, eum neuter per ſe indicet, ſed ſolum ratione cauſæ magnitudinem, vel numerum augentis, propterea ad finem, & curationem magis conducet, ſi cum Galeno decimoquarto Methodi decimotertio, Hipocrate libro de morbis mulieribus, & de ſterilitate, Auicenna vigeſimaprima libri tertij, tractatu ſecundo capite decimonono, & Ariſtotele quarto de generatione animalium ſeptimo, dixerimus molam eſſe fructum carnis informe toto genere præter naturam; rectè autem informe dicitur quia à parentibus ita diſtat, vt cum illis ſimilitudinem nullam ſeruet, genere inquam, ſpetie, vel indiuiduo, non genere, quia caro iſta non eſt animal, non ſpetie, quia humanam formam non habet, nec habitura eſt; longe minus indiuidualem ſimilitudinem ſeruabit, quoniam ſecundum toto ſui ſubſtantiam eſt corpus vniformem neruis, oſſibus, & cæterarum partium diuerſitate carens; & per hoc diſtinguitur tum à fętu naturali, tum à monſtro. Cæterum mola modo vnica eſt, modo multiplex eſſe poteſt, vnica erit, quæ in partibus ſuis continuitatem ſeruauerit, & vnicum fructum fecerit; at ſi eadem in plures partes diuiſa fuerit, multiplicem etiam ſe oſtendet, omnes tamen eiuſdem erunt naturæ, & eandem indicandi vim habebunt. Mola deinde ratione qua eſt quid pręter naturam, & actionem lædit, & omnis actio viuentis corporis actio ſit, neceſſarium eſt, ſubiectum aliquod viuens huius morbi, ſtatuere, quod cum ſit corpus humanum, non propterea totius ratione, ſed partis determinatæ afficitur, quæ alia nō eſt, quam vterus, qui illud continens, qđ ſecundum naturam habere non deberet, illiusque cauſa actio eius lædatur. Ideò locus affectus erit ipſe vterus; poteſt autem dupliciter affici, primo ſecundum internam ſui capacitatem, ſecundo penès os ipſius; mola vt plurimum in concauitate vteri adnaſcitur, vbi augumentum facilius ſuſcipit, & acetabulis melius hæret; quibus tamen modo firmiter alligatur, modo leuiter, ſi leuiter, in primis menſibus hoc contingit quo tempore ſolet facilius ſeparari, ſiue ſponte naturæ, ſiue artificis operantis ope efficiatur.

Molā habere uenas.

Mola eſt morbus toto genere præter naturam.

Molam eſſe fruſtrum carnis informis.

Molā vel unam vel dupl. eſſe.

Locus affectus.

In mola affici pōt vterus duplex.

In progressu verò temporis assiduè magis adhærens, maiori etiam difficultate vel vnquam separatur. Ideò repertæ fuere aliquæ mulieres, quæ toto suæ vitæ tempore molem gestarunt.

De Causa efficiente, materiali, & modo generationis molę. Cap. LVII.

CVM mola sit fructum carnis informæ viuens, in utero mulieris genitum, suæ generationis causas habet, quæ non solum sunt inquirendæ, sed generationis etiam modus explicandus erit. In qua re dissentire uidentur Medici, & Philosophi, in eo tamen omnes conueniunt, ad generationẽ molæ duo concurrere, quorum alterum ex parte materiæ, alterum ex parte agentis se tenet; in materia consentiunt omnes, eam esse statuentes sanguinem menstruum; quod ex eo ueritatem sumere uidetur, quia in uniuersa animalis natura non generatur mola, nisi in spetie humana, ut testatur ẽt Arist. 4. de gen. anim. 6. 7. & 8. de Hist. ani. qd minime fieret, nisi mola consequeretur aliquod principium huic soli spetiei proprium; hoc autem actiuum, uel passiuum ut sit oportet, actiuum esse non potest, quia hoc est semen, seu facultas formatrix in illo delitescens, at semen est principium commune toti animali, quibusdam tamen exceptis, quorum generatio ex putredine fit ergo principium proprium solis spetiei humanæ competens erit principium materiale, hoc autem est sanguis menstruus, qui in muliere non concipiente ita abundat, ut singulo mense natura illius nimia copia grauata, per uterum etiam expellat. Neque obstat, si quis obijceret Galenum Libro de theriaca ad pisonem capite undecimo, & Aristotelem quarto de historia animalium trigesimo, dicentes, quod inter bruta ursa generat molã, quæ temen menstruas purgationes nullo tempore habet; Cui difficultati dicẽdum, quod ursa secundũ rei ueritatem molam non generat, sed potius secundum apparentiã. Quod animal cum humore pituitoso plurimum abundet, ut ostendit longa inedia, quam tota hyeme absque cibo sustinet; cuius loco nutritur tali humore pituitoso. Ideo mirum esse non debet, si partus, quẽ edit, hoc mucoso humore ita obductus sit, ut omni articulatione carere uideatur, & iudicio solius sensus fructus carnis in formę cõspiciatur; cũ tamen fœtus iste integer sit, & optimè cõformatus, quod manifestat propria illius mater q̃ post editum fętũ, lingua ipsũ detergit & ab omni mucosa materia obuoluẽtę emũdat Gale. auctore loco citato. Quo opere peracto integra fętus conformatio manifestatur; quare ad molę generationem concurret sanguis mẽstruus tanquã principium passiuum, & materia ex qua producitur. Cũ deindè ex sanguine isto menstruo generetur non solum mola, sed etiam perfectus fętus, cognoscere oportet, quomodo ad molę productionẽ concurrat. Quod sciemus si in primis supposuerimus, ad fœtum perficidum requiri sanguinẽ menstruum in debita quantitate, qualitate, & forma præditũ, ut meritò copię sufficiens sit pro fętu nutriendo, augendo, & perficiendo; meritò qualitatum primarum & fęcundarum talem habeat cõmoderationem, vt

Ad gene. molæ duo req. ri.

Quæ sit materia molæ.

Mola in specie tãtum | humana fit.

Obiectio

Solutio.

Sang. me str. quomõ ad gener. molæ cõcurrat.

citrà resistentiam ab agente formari patiatur, & meritò formæ debet esse optimè coctũ, vt dearticulari possit. Contra mola ex eodem menstruo san guine generatur, sed copiosiori, intẽperato, crassiori, & crudiori; quorum causa ita resistit agenti, vt ab ipso regulari, coqui, & conformari non patiat. Sed cum maior sit resistentia passi, quã agentis uis, loco fetus frustrum car nis informe excrescit. Ideò Gal. 14. de vsu part. 7. Hipp. lib. de morbis muliebribus, & Auic. 21. tertij tractatu secũdo capite 19. mola inquiunt fit ex materia menstruali copiosa, in vterum recurrente, & in carnosam substã tiã conuersa: In qua cã materiali licet omnes conueniant, in effectrice tñ dissentire videntur; si namque Hippocratem, & Galenum sequamur, statuendum erit ex parte agentis concurrere semen virile, ac proinde molam fieri nũquam posse absq; concursu maris cum ipsa fœmina, vt Gal. test. 14. de vsu partium cap. 7. & Hipp. lib. de sterilitate, & de morbis muliebribus, declarans modum quo agens ad molæ generationẽ concurrit, inquit, quod sicuti ad perfectam conformationem fœtus requiritur semen in debita copia, & secundum primas, & secundas qualitates benè dispositum, vt virtus formatrix in illo ita recepta robur seruet, vt in debitam materiã agens facile possit illam alterare & perfectè conformare; ita etiã ad molam vt ad deprauatam cõceptionem concurrat idem semen, sed in quanto deficiens, & in qualitate mala, & morbosa affectũ, ita vt meritò inopiæ seminis, virtus formatrix imbecillior facta, & magis adhuc propter vitiatas, & morbosas illius qualitates, eandem materiam, sed copiosam regulare, & sibi obedientem præstare non possit, quod cũ contingit loco conceptus benè conformati informis fit, cuiusmodi est mola. Sed objciet aliquis, virtus formatiua cũ sit animæ vis, & potentia, quę essentia, & natura ab illa nõ distinguit, ideo non videt, qđ in pauco semine recepta, suas ingenitas vires diminuat, in copiosiori aũt robur maius acquirat, & ratio est, quia anima ea est substã tia, q̃ tota est in toto, & tota in qualibet parte, ergo facultas formatrix non erit ualidior in multo semine, & imbecillior in paruo, sed vtrobiq; eadem seruabit; aliter aĩa non distingueretur per qualitates materiales, quæ tñ ad materiæ diuisionẽ ipsa quoque diuisibilis fit. Dico quod ad agendũ & formandũ fœtum multa concurrunt, Anima in primis, ẽm vim formatricẽ, quam retinet, spiritus, & materia seminalis, sed diuersa ratione: Anima eñ concurrit vt agens principale, sine quo alia nihil pñt; Cætera aũt tanquã illius instrumenta se habent, ex quibus concurrit spiritus, vt prima aĩæ sedes, & eiusdẽ vehiculum, per totã corporeã molem. In hoc. n. primo illa recipitur, & per eundẽ sensibili corpori coniungitur, & in illo, & per illũ oĩa agit, & operatur; materia aũt seminalis subiecti rõnem habet, in quo aĩa cum materialis sit, qualibet eius actio à materia, & proprio subiecto limitatur; tales. n. se ostendunt operationes agentis principalis, quales sunt materiæ dispositiones, in qua recipitur, vt si virtus formatrix in semine reper ta conuenientẽ spiritũ pro prima sua sede habuerit, si materiã debitè comensuratam, si temperiem in primis, & secundis qualitatib. sibi ꝓportionatam, ac proinde viribus dicti agẽtis vndiq; accõmodatã, tunc dicta facul

Quæ sit cã agens mole.

Opi. hyp. de gener. molæ.

Obiectio

Solutio.

Agẽs du.

agẽs princip. à quibus limitetur.

tas in agendo erit robusta,& in vtero subiectam sibi materiam alterare, regulare,dearticulare,& fœtum integre conformare facile potest.Contra verò si illa eadem facultas suscepta fuerit in spiritu exiguo, in materia inopi, & secundum omnes qualitates male affecta; tunc idem agens principale, quod per internam & propriam naturam aptum natum est omnia præstare,ab extrinseco eius actio minui,vel deprauari solet,nam ex spirituum defectu imbecillis euadit, ex materiæ paucitate in agendo diminutam se ostẽdit,& ex eiusdem intemperie ita labefactari consueuit, vt à proprio fine longè lateque aberrare soleat,quemadmodum contingit, quando loco perfecti fœtus molam,& informem carnem producit,vt hinc pateat,quod anima in sui essentia vnica est, tota in toto, & tota in qualibet parte, per se indiuisibilis potestatem vbique retinens,proprium opus perficiendi, nisi ab extrinseco,& merito diuersitatis dispositionum materiæ, in quam agit,vel suorum instrumentorum,quibus in operando indiget,debilior, vel deprauata redderetur,ex qua instrumentorum diuersitate fit,vt agens,quod per propriam naturam est simplex, & semper idem, multiplex & diuersum se ostendat. Ex eademque materia in vtero existente,modo fœtum perfectũ, modo imperfectum, modo monstruosum,& deprauatũ producit , sicut in molæ generatione cõtingit; quæ ſm Hip. & Gal.cit.loc.fit ex sanguine mẽstruo copioso,crasso, & crudo , tanq̃ ex materia,& ex semine pauco et malè affecto tanq̃ ex agente. Contra Arist.4. de generatione anim. 8. censuit, molam fieri ex sanguine menstruo tanquam ex materia præbente corpus, & carentia seminis, atque opificis, cuius defectu illa informis remanet: cui opinioni Aueroes fidissimus illius interpres fauere videtur, qui tertio colliget non in aliam causam refert molę generationem,quam in defectum facultatis formatricis, quæ cum in solo virili semine iuxta illius sententiã delitescat. Ideo ex solo menstruo sanguine,seorsum à semine mola producetur, consequenter fieri poterit absque aliquo viri concursu:sed petet aliquis,etiam si mola dearticulatione careat,& illis organis, quæ perfecto fœtui conueniunt, non propterea absolute erit pura materia quacunque forma prorsus denudata;quia est corpus viuens, vt illius nutritio,& auctio ostendit,& retinet propriam formam,per quam mola est mola,& à perfecto fœtu distinguitur, quam cum a nuda materia habere non possit, necessariũ est,vt ab aliquo agente illa fiat.Ideo Aristoteles loco citato statuit tale agẽs non esse virtutem formatiuam , sed vteri potius calorem imbecillem , qui agens in sanguinem,ipsum relinquit crudum, indigestum & durum ; Nec mirum esse debet, molam fieri posse absqte formatrice facultate, cum etiã videamus oua subuentanea à galina tantum fieri absque semine, & gali cõcursu,cuius defectu actu,& potestate ita sunt informia, ut nullo vnquam tempore,nullave ratione in pulum degenerari possint,quemadmodum de illis contingit, quæ ex galli concursu orta,fuere: Auicenna autem quasi medius inter vtrosque , decimo de Animalibus in causa materiali cũ aliis cõsentit, in agente verò partim conuenit, partim dissentit,statuit enim molã fieri ex sanguine menstruo copiosè in vterum confluente,tanquam ex materia,

Arist. op.

Obiectio

Solutio.

op.Auic.

teria, loquens verò de agente inquit molam fieri ex collectione aquositatis permixtæ cum dicto sanguine menstruo, per aquositaté intelligens non aquam quia ab hac fit potius hydrops, sed intelligit semen fęmineũ, quod secundum Medicos in se retinet principium actiuum, & principium passiuum formale inquam, & materiale, in eo tamen à virili semine distat, quia hoc actiuum magis est, quam passiuum. Ideo potest integrum fœtum formare. Contra fœmineum frigidius est, crudius, & aquosius, ac proinde magis passiuum, & materiale quam actiuum & formale. Ob quam causam tale semen ita imperfectum per se & seorsum à virili fœtum formare, & dearticulare non potest: sed ex illius permixtione cum menstruo sanguine fit mola, quæ fœtus est informis, perfici autem & absolui nullo modo potest, cuius aquosi seminis, agétisque instrumentum est caliditas matricis, cuius potestate viæ vteri aperiuntur, & dictæ superfluitates in ipsum copiosius attrahuntur. Quibus ita collectis, & permixtis, vteri caliditas in illas agit, resoluendo partes tenuiores incrassando totam illam massam, vt carnis durioris consistentiam ibidem acquirat; quæ per continuum alimenti affluxũ augumẽta debita recipit, defectu tamen virilis seminis informis remanet. Cui opinioni fauere etiam videtur Plinius libr. 7. de naturali hist. capite is statuens à sola muliere molam generari, illamque fieri ex eius sanguine menstruo, & proprio semine illi permixto, concurrente insigni calore vteri, cogente, & densante dictam materiam in substantiam carnosam, & informem. Quid in hac virorum clarissimorum controuersia pro ueritate statuendum sit, aliorum opinionibus prætermissis, mea hæc est sententia, q[uo]d mola dupliciter considerari potest: primo modo vt est actio deprauata cõceptionis solius vteri, secundo modo latius, prout est caro concreta, adnata & alicui parti superaddita. si primo modo consideretur, tunc cum Hip. & Gal. citatis locis affirmandum erit, molam fieri ab eisdem causis, & in eo dem loco, ex quibus, & in quo fœtus integre formatur, & dearticulatur: sed hic fœtus secundum naturam ita formatus, necessariò fit à sanguine menstruo, virilique semine permixto, in materno tantum vtero, vtrisque apte susceptis, ergo in eodem loco, & ab eisdem causis alteratis tamen, & à naturali statu demutatis, fiet etiam fœtus imperfectus, & informis, ita vt integer fœtus fiat ex menstruo sanguine, & semine virili secundum naturã se habentibus, tunc autem secundum naturam se habent, quando seruant debitam copiam conuenientem temperaturam, & perfectam coctionem. His enim de causis non solum agens est robustum, sed materia etiam bene disposita, vt ex tali actione agentis in debitam materiam in vtero naturaliter constituto facta, sequatur actio integra, fœtus inquam perfecta conformatio, quæ operatio non tantum mulieri competit, uerum etiam secundũ illius determinatam partem, hoc est secundum vterum, si autem eadé materia male affecta fuerit, vt agenti uade resistat, quod contingit, quando copia excedit, & cruditatem seruat, & ex parte seminis si modicum & crudũ fuerit, & in primis, & secundis qualitatibus vitium aliquod contraxerit, ac proinde agens imbecille sit, tunc ex tali agente ita labefactato, vel impedito,

semẽ uirili quõ differat à fœmi.

Resolutio toti' quæst.

to,& materia ad patiendum , & conformationem suscipiendam minus disposita, sequetur actio non solum diminuta, sed etiam deprauata, inde prodiens fœtus diminutus, & informis erit cuiusmodi est mola. & præsertim si dicta principia suscepta fuerint in utero male constituto, & ad perficiendum fœtum minus idoneo, quæ sanè operatio ob dictas causas in sola muliere fiet, & secundum determinatam illius corporis partem, nempe in ipsius vtero, & hæc erit mola legitima & vera, de qua locutus fuit Hip. & Galen. Si autem mola latius capiatur, nempe pro carnis excrescentia simpliciter, tunc non solum à dictis causis generabitur, nec in solo mulieris vtero, sed ab aliis etiam, & in diuersis partibus corporis, atque tunc cum Aristot. citatis locis statuendum erit, molam fieri à sanguine menstruo tantum, eoque copioso, & crasso, vel cum Auic. à sanguine menstruo cum fœmineo semine permixto, & ab vteri frigiditate vtrisque densatis, uel caliditate exiccatis, & in frustrum carnis concretis absque aliquo concursu virilis seminis, quod genus molæ diu non poterit proprius affectus uteri, vel deprauata conceptio, quia non sequitur vitiatam constitutionem eorum omniũ instrumentorum, quæ ad conceptionem ordinata fuere tum in uiris, tum in seminis, sed ab eisdem causis ad aliam etiam partem corporis decumbẽtibus, eadem caro informis generari poterit, quæ tamen propria, & legitima mola non dicetur, quamuis eiusdem substantiæ & rationis cum illa esse possit, quæ in utero generatur, à qua minime tantum, & loco affecto distinguetur. Nec solum hæc carnis excresentia à sanguine menstruo fiet, sed etiam à sanguine simpliciter, eo tamen crudiori, & frigidiori, à quo etiam generari solent vini circa pudenda utriusque sexus, & condilomata circa sedem, & in alijs etiam partibus corporis carnosi tumores, potissimum, verò in capite nascentes vbi insignem etiam magnitudinem accipiunt, & à græcis uocantur steathomata, ateromata, & melicerides. Erit igitur mola legitima frustrum carnis dearticulatum in matrice genitum à menstruo sanguine, & semine aliter se habentibus, quam legitima conceptio requirat.

Quæ sit mola legitima.

Quæ sit mola spuria.

Epilogus totius essẽtiæ molæ.

De differentijs molæ. *Cap. LVIII.*

Concepta, & explicata essentia, & natura molæ, ex illa sunt eliciendæ species, & differentiæ eius, ut ex parte formæ si statutum fuerit molam esse morbum in numero aucto , dicendum sit molam unicam esse, vel multiplicem. Si dixerimus morbum esse in quantitate aucta ex maiori, & minori eius magnitudine differentiæ nascentur. Si dixerimus esse morbũ in uia constipata, tunc mola duplex erit, prout uel vias vteri integre, vel ex parte constipat pro illius etiam figuræ uarietate, quam in vtero retinet, mola dicetur rotunda, uel oblonga, oualis, vel aliam figuram repræsentabit, ex parte deinde subiecti, & vteri mola quæcumque fuerit generabitur in concauo matricis, ꝙ vt in pluribus contingit, vel in latere, eoque dextro, vel sinistro, nonnunquam ad orificium eius internum magis accedit:

Differ. à forma.

Differ. à materia.

Diff. à cā effic.

dit: Denique merito causæ efficientis, dicimus molam fieri, vel sola fœmina concurrente, vel cum viro coniuncta, si cum viro copulata fuerit, fit mola legitima, & soli utero conuenit. Si seorsum à viro, fiet mola spuria, quæ pariter est affectus vteri, non tamen proprius, sed multis etiam partib, communis, & hæc duplex est, prout altera fit à sanguine menstruo copioso, & crudo permixto cum fœmineo semine, & ab vteri frigiditate in carnosam substantiam condensato vel fit à sanguine tantum menstruo copioso, & crudo, ab vteri calore condensato, & in carnis frustrum conuerso.

De signis molæ. *Cap.* LIX.

Signa molę in genere. Signum disting. molā ab in pregn. 2. sign. 3. sign. 4. sign. 5. sign. Cūm ī mola sit maius pōd?. Ratio 1. Ratio 2. Ratio 3.

MOla in genere ex multis signis cognoscitur, in quibus partim conuenit, partim distinguitur à vera impregnatione, ab uteri ventositate & aquositate, de quibus agit Auicenna in capite proprio; Hip. in libris de morbis muliebribus, & Galenus passim, conuenit in primis cum vera impregnatione, quia utrobique ventris tumor conspicitur, & quod tumorem facit, est mixtum viuens, vt nutritio, & auctio ostendit, ad cuius auctionem locus, & regio continens, maiorem magnitudinem acquirit, differentia tamen est, quia in prægnātibus venter citius augumentum recipit, quā in ipsa mola. Et ratio est quia materia, ex qua fit mola, est crudior crassior. & ad extensionem rebelior, at materia, ex qua formatur fœtus, est cōcocta, & obediens. Ideo facilius patitur extensionem, & conformationem debitam ab ipso agente recipit. Hinc fit, vt mola longiori tempore ad insignē magnitudinem perueniat quam fœtus. Cum sæpe contingat mulieres molas gerere per duos, tres, & plures Annos. Secundo id etiam fit ratione agentis, quia in mola vel non cōcurrit facultas formatrix, sed sola caliditas, vel frigiditas vteri condensando, vt in mola spuria accidit, uel si concurrit est tamen imbecillis ut nec debitum ornatum illi indere possit, nec ad insignem magnitudinem deducere nisi longo tempore. At in vera conceptione concurrit vtrumque agens, & robustum, primo uirtus formatrix viri, quæ si talis non esset, opus suum formare, & ad debitum finem perducere non posset. Concurrit etiam agens instrumentale idoneum, nempe laudabilis temperatura, sine qua conceptio secundum naturam fieri non potest. Præterea in mola est maior durities ventris, quam in prægnante, quia mola cum fiat ex materia crassiori, & crudiori, maiorem etiam duritiem acquirit, Cognoscetur quinetiam ex pondere, quod in regione vteri mulier percipit, quod pro molæ magnitudine modo maius, modo minus sentitur, ꝙ signum commune etiam est conceptui, ab illo tamen in eo distinguitur, quia cæteris paribus, maius est pondus ex parte molæ, quam ipsius conceptus, & ratio multiplex assignari potest. In primis quia mola ex crassiori, & magis ponderosa materia fit, quam fętus. Secundo quia mulier minus molestatur, dum à re secundum naturam grauatur, cuiusmodi est fętus, quàm à re præter naturam, ueluti est mola. Tertio quia in conceptione fœtus ve-

luti

luti natat in aquoso illo excremento inter membranas collecto. Quarto quia conceptus uiuit quacunque specie uitæ, at frustrum carnis uegetali tãtum facultate præditum est, vt ob id mola propinquior sit lapidibus, fœtus autem longius ab illis distat, ideo illa magis, hic minus grauitat. Neq; obstat, si quis dixerit, quod fętus legitimus non solum constat ex carne, & uenis uerum etiam ex ossibus densioribus, durioribus, & grauioribus simplici ipsa carne. Primo quia talia ossa quamdiu fœtus formatur, rara sunt, & fortasse minoris ponderis, quam sit caro illa informis molæ, quæ ualde dura, & crassa est. Ideo dicebat Aristoteles quarto de generatione animalium septimo molæ idem prorsus contingere, quod fabæ accidit, quæ dum elixari deberet, inquinatur potius, ita ut quo magis coquitur, eò magis ob caloris imbecillitatem obdurescat. secũdo in fœtu adest copia aquæ in qua ueluti natans pondus efficit leuius ipsa mola quæ illa caret. Cognoscitur etiam ex retentione menstruorum quod pariter signum in conceptione etiam adest, aqua tamen distinguitur, quia inter initia retentionis mẽstruorum in ipsa conceptione mulieres solent affici illis symptomatis, quæ conceptionem sequuntur, nausea uidelicet inapetentia, uel rei insuetæ desiderio mammæ attolluntur, in quibus lac etiam conspicitur, de quibus signis suo loco fusius agemus, at in mola appetentia potius deficit, quia ventriculus perfrigeratur, etsi mammæ intumescant, non tamen lac generant. Præterea in mola pedes & corpus totum emaciatur cum faciei discoloratione, quorum omnium symptomatum causa est totius corporis frigiditas, quæ ab utero tẽpore, quo grauatur mola, toti cõicatur, nam uterus in mola refrigescit, vt per cõmuues uenas, quas habet cum mãmis, possit suam intemperiem illis communicare, & lactis generationẽ impedire: ob eandẽ frigiditatem, cũ debita nutritio non sequatur, corpus ẽt totum emaciatur, emolescit, & discoloratur. Præterea mola in uentre diutius manere solet, quam fętus is. n. post nouem menses plerũq; exit, at mola per plures ẽt Annos detineri solet. Quare si post 10. mensem, uel ad summum post Annũ tumor in regione uteri apparuerit, constanter asserendũ utero non gestare. Accedit ẽt, quod in mola mulieres nullum motũ sentient, quemadmodũ in fętu contingit, & ratio est, quia mola cum sit inarticulata, mouendi ẽt instrumentis caret. Præterea uiuit uita plantæ & non animalis, & quamuis mola per se motu careat, nõ tamen incõuenit, ut per accidens, & ad alterius motum moueatur. Ideo si mulier ad latera moueatur, molæ ẽt motum sentire tunc poterit, & hoc modo Auic. intelligendus est, qñ in capite de signis molæ dicit, ꝙ mulier motũ sentit similẽ motui embrionis, secus uerò de fętu dicendũ, qui per se in utero mouet, ita ut si mas fuerit, in tertio mẽse per se moueat si fęmina in quarto. Distinguitur aũt à vẽtositate matricis, quia in hac uẽter percussus instar timpani sonitũ emittit, ꝙ nõ ita de mola & fętu cõtingit. secũdo adsunt rugitus in uẽtre ob flatulẽtæ materiæ agitationẽ. tertio in uẽtositate dolor quidã tensiuus infestat, in mola aũt potius grauatiuus. quarto dolor qñq; mutat locũ, si à flatu fiat, nõ ita in mola cõtingit, ꝗa hæc eidẽ parti perpetuo infixa manet. Præterea à discutiẽtib. dolor

Ratio 4.

5. sign.

6. sign.

7. sign.

8. sign.

Locus Auic. explicatur.

1. sign.
2. sign.
3. sign.
4 sign.
5. sign.
6 sign.

Septimũ fig. Octauũ fig. Nonum fig. Decimũ fig.

lor à flatu prodiens remittetur, nõ ita qui à mola fiet. Præterea in uẽtosita te quandoque oritur difficultas anhelitas, quia uteri frigiditas supernis etiam partibus impartitur, & in illis flatus generantur. Præterea mola uentosa subitò fit, carnosa autem paulatim, in uentosa etiam motus inordinatus sentitur in mola autem carnosa nullus fit. Tandem eadem mola ab aquositate distinguetur, quia maius est pondus in carnosa, & durities maior quam in aquosa. Quamuis in respectu ad uentosam maior durities, & pondus in aquosa habeatur in qua etiam fluctuatio quædam fluentis materiæ sentitur, præsertim dum mulier ad latera mouetur. Quod minime contingit in mola carnosa, uentosa, aut fętu.

De indicationibus molæ. *Cap.* *L X.*

Indicationes.

MOla, per signa ita optimè cognita faciliorem curationem reddet, nam ratione qua mola est toto genere præter naturam sui estirpationem, & amotionem indicat; hæc autem fieri nequit, nisi remoueantur causæ, propter quas mola resistit expultrici, quarum aliquæ se tenent ex parte propriæ substantiæ, aliquæ ex parte ligamentorum, quibus vtero coniungitur, meritò substantię, cum mola caro durior, & crassior sit auxilium indicabit emolliens, & attenuans; meritò autem ligamentorum cum eorum ui, & robore ipsi vtero firmiter hæreat, indicabit auxilium laxans dicta ligamenta, sed ante omnia totius corporis euacuatio præcedere debet; Quos scopos perficere arduum sanè est. Nam apud ueteres omnes difficilimæ curationis semper habita fuit, nec desunt, qui uelint nullo modo curam admittere, ac proinde illius sanationem non esse accipiendam, uel cum præmeditatione aggrediendam esse, & utrorumque sententia uera est. Primi enim loquuntur de mola simpliciter, uel nondum consumata, qualis ea est, quæ menses quattuor non dum pertransijt. Alij autem de mola confirmata, etiam diu habituata sermonem habent, Et ideò Hippocrates primo de morbis muliebribus habet, quod mola solius naturæ ui interdum expellitur, sicut contingit in primis quatuor mensibus, in quibus nondum firmiter hæret, nec tam benè est utero alligata, ut ui expultricis robustæ expelli non possit. Secus uerò de progressa dicendum est, hæc enim firmiores radices iecit, ut natura, uel Arte uix diuelli possit, uel nunquam; sed ad uitæ usque finem permanet, ut Auicenna etiam in capite proprio testatur. Et quæcumq; mulieres molam diutius seruant, breuiorem uitam ducere solent, quia ad hanc sequi consueuit timpanitis, & hydrops, quæ primo vterum, deinde corpus uniuersum occupat; nec immeritò quia ratione molæ vterus primo perfrigeratur; hinc flatus, hinc aquositates nascũtur, vt temporis progressũ corpus etiam totum in consensum, trahatur: Si circa differentias discuramus, constat quod mola quo fuerit rotundior, eò facilius, auelletur, quia vtero minus hæret; quæcumque enim rotunda sunt, basim habẽt in pũctò, quò uerò planior fuerit, eo curatu difficilior erit, qa secundũ plures partes eidẽ vtero magis adhæret. Si eandẽ penes magnitunem cõsideremus, quò maior fuerit, eò etiam magis renitens erit, iam pliorem

Prognosticum.

Prognosti. de differ.

rem enim viam ad sui expulsionem requirit. Quò ad numerum deinde si mola multiplex fuerit, facilius curabitur, quàm si vnica cæteris tamen paribus; nam quæ unica est, vt tota simul resistit, ita etiam tota expellitur, vel euelitur, at quæ diuisa est in plures partes, minus quidem resistit, non tamen semel educi posse videtur, & quæcumque illa fuerit, cum generari possit in centro matricis, vel versus os ipsius, prior ut magis recondita curatu difficilior erit. Tandem mola quanto erit facta à materia crassiori, crudiori, & magis heterogenea, à caloreque magis excedente, aut diminuto, eò erit contumacior, & difficiliorem curationem pollicebitur.

De materijs auxiliorum. *Cap. LXI.*

CVM mola vteri affectus sit, consequenter partis determinatæ, illius curatio fieri rectè non potest nisi operationis initium sumatur à totius corporis purgatione, vt meritò chyrurgiæ præcipiat Auicenna venam esse secandam. In mola enim supressus esse consueuit menstruus sanguis, cui vt impetum præbeamus, & ad consueta loca auocemus, seccanda erit vena saphena inferior, per quam euacuationem alimentum minuimus ipsi molæ, & internas partes laxamus, vt mola expelli facilius possit. Quo ad pharmaciam aluus leniri poterit, cum mele rosaceo solutiuo electuario lenitiuo, diacatolicone, hiera simplici, & similibus. His succedunt præparantia, quæ varia sunt pro peccantis materiæ uarietate; quecumque tamen illa fuerit, semper erunt permiscenda, quæ vterum respiciunt, & quæ possint alia medicamenta in eum locum deducere. Quæ autem respiciunt vterum, hæc sunt, syrupus de matricaria, de artemisia, de betonica. Deducentia verò in vterum dulcia erunt, & tenuium partium, de quibus copiosè actum fuit in sermone de cura supræssionis menstruorum. Euacuantia pariter, hunc vel illum humorem respicere debent, potissimum tamen pituitosos & frigidos, in quo affectu præter agaricum probantur etiam valentiora purgantia, qualia sunt coloquintis, hieræ magnæ, trocisi uiolati non solum simplices, sed etiam compositi. Vniuerso corpore ita euacuato ad localia deueniendum, & in primis viæ sunt disponendæ, per quas mola expelli debet, & expultrix irritanda, vt omni conatu illius expulsionē tentet, durities etiā molæ emolienda erit, robur ligamentorum laxandum. Quod fieri poterit varijs materijs intus, & extra administrandis, intus quidem in genere laxantium, & emollientium conueniet succus, uel decoctio maluarum, matrum violarum altheæ, expresio passularum dulcium, mucilagines, seminum lini, oleum amygdalinum, post quorum exhibitionē per aliquot dies factā expultrix iritanda erit, & os matricis dilatandum cū hiera logodium, & alijs heris magnis, quorū ope si mola exire non potuerit, eadem emolientia reiterari poterunt. Quibus ea etiam addenda, quæ per inferius administrantur, quemadmodum si ex prædictis materijs parentur sessiones fomenta, emplastra, pesaria, clysteria, & inunctiones ex oleo sesamino, amydalarū dulcium, ex mucilagine psilij, lini, butiri, & cæterarum pin-

[Margin: Vene sectio. Locus. — De pharmacia. Materiæ lenientis pharmaci. — Preparantia. — Materiæ auxilij purg. — Localia. — Localia intus prebenda. — Localia inferius admota.]

 guedi-

guedinum emolientium,& laxantium, poſt quorũ omnium vſum nouum aliquod purgans exhibere poterimus, quibus non conferentibus ad aliud genus auxilij deueniendum erit,ad ea inquam quæ attenuant,calefaciunt, reſoluunt,menſtrua prouocant,& vim habent fętum etiam mortuum ęducendi,de quibus Hippocrates loquens locis citatis,probabat decoctum ex Ditamo cretico paratum cũ vino, vel aqua ſtilatitia , & diuretica portione aliqua mellis permixta,vel etiam cum vino addito caſtoreo. Et Aetius laudabat vinum odoratum,& aceto permixtũ, cuius potione affirmabat vxorem cuiuſdam Philoſophi à mola fuiſſe liberatam;& pro expultrice magis irritanda,ad valentiora etiã aſcendere licet, vt Hippocrates probet coluendum eſſe os matricis cum muria,permixto etiã gladiolo; Et Auicenna proponebat Drachmam vnam felis Bouini, ſi cum decocto filicis fœminę idẽ os vteri perunctum fuerit , lenimentum etiam parari poterit ex coloquintide , ex ſucco cucumeris Aſinini , ex mira æqualibus partibus permixtis, oleoq; rutaceo cum cera ſuper addito quantũ ſufficit pro lenimento componendo ; Quod regioni vteri applicari debet quo eodem vti etiam poſſumus intra os matricis , ſiue digito in eo prius inuncto dictam partem obliniamus,ſiue eodem ſuper petia extenſo,& ad digiti formã redacto per modum peſarij uſi fuerimus;ex quorum vſu ſi dolor circa vterum fiat,vel aliqua excoriatio,occurendum erit cum mitigantibus dolorem,& vlcus conſolidantibus , cuiuſmodi eſſet clyſter ex lacte calibeato paratum & cætera eius generis,quæ in dolore,& vlcere curando conueniunt; hoc eodẽ tempore parari poterunt ſeſſiones ex matricaria,artemiſia, betonica,ditamo,ſabina.Et ſi valentiores reddere cupimus,addere poterimus centaureã minorem,cartamum,gladiolum,agaricum, immò coloquintidẽ,ſufumigia quin etiam eidẽ vtero admoueri poterunt, ex mira, galbano,caſtoreo, immò ex eleboro albo, & alijs valentiorius excitanda etiã erunt ſternutamenta parata ex opoponaco,eleboro albo,& fele Tauri æqualiter permixtis , & ad intrà nares admotis. Quæ autem ad viuendi rationem attinent,cum ſatis clara ſint conſulto prætermitenda erunt.

Marginal notes: Calefact. & ꝑduc. menſtr. — Irritantia expult. — Inunctio lenim. — Peſſariũ. — Vlcus reſpiciẽtia. — Seſſiones. — Suffumi. — Sternututoria.

De Monſtro. Cap. LXII.

IN genere vitioſæ deprauatæq; conceptionis,præter molam mſtõri etiã generatio continet;de cuius natura & cauſis anteꝗ̃ agam, ſcire oportet quid per mõſtrum intelligamus, ſunt qui velint,mõſtrum illud eſſe, quod à parentibus ſpecie & forma ſubſtantiali diſtinguitur , quemadmodum ſi ex coitu viri cũ muliere,naſcatur aliqđ brutum alterius ſpeciei à generãtibus , de quo mõſtro loquebantur veteres philoſophi , referente Ariſtot. 4. de gener.animal.cap. 4.ubi ex eorum ſententia refert , quandoque natum fuiſſe puerum qui arietis ſpeciem bouiſq; figuram referebat ; nonnunquã etiam vitulus viſus fuit,qui caput pueri repreſentabat,quorum tñ ſententia ab Ariſt.minime accipitur, ſed tanꝗ̃ falſa potius reiicitur,& fundamentum ſumi poteſt ab agentis & paſſi propria natura. Nam omne agens cum

Marginal notes: Vocis explicatio. — Confutatio. — Ratio prima.

ſub

ſub certa ſpecie contineatur, agere non poteſt, niſi ſm propriam naturam & formam ſubſtantialem & ſpecificam q̃ habet, ſed vnumquodq; agens, ſicut ſub vna determinata ſpecie continetur, ita vnam formam habet, ergo per eandem agendo & generando, non præſtabit niſi formam ſibi ſimilem. ergo homo cum ſit huiuſmodi, non poterit indiuiduū alterius ſpeciei ab humana generare. ergo ex muliere tale genus moſtri minime ꝓduci poterit; Aliter ſequeretur, quod homo non eſſet agens vnū per formam & ſpeciem diſtinctum à brutis, ſed in eo plures formæ continerent, & ita rerum ſpecies non eſſent diſtinctæ, ſed confuſa eſſent omnia, & ordo vniuerſo è medio tolleretur: ſecundo confirmari adhuc poteſt, deſumpta etiam ratione eb ipſo paſſo. Nam quodlibet non agit in quodlibet, nec patitur à quolibet, ſed determinatum à determinato. Cuius conditionis defectu, ex equo & vacha non ſequitur generatio. nec ex tauro ex equa, aut ex cane & ſcrofa, ſed ſicut indiuidua eiuſdem ſpeciei, in brutis omnibus coeundo generant ſibi ſimile ſecundum illam ſpeciem. ſic ex viro & muliere ſimul coheuntibus, ſemper generabitur indiuiduum parentibus ſimile in ſpecie. diuerſæ autem ſpeciei nunq̃. Vt quemadmodum agens generando, non poteſt aliam formam ſubiectæ ſibi materiæ præſtare, q̃ illam q̃ in ſua eſſentia habet, ita etiam paſſum & materia, talem habet conſtitutionē, vt apta nata fiat determinato agenti ſubiici, ab illoq; tantum & nō ab alio informari, ergo homo ratione qua generans, nō niſi in muliere generabit, & gñando, nō niſi ſibi ſimile in ſpecie generabit, & viciſſim mulier, indiuiduum alterius ſpeciei, ab homine concipere minime poterit: Quæ ueritas adhuc magis cōfirmatur, rōne deſumpta a tpe cōceptionis & formationis fœtus, quod in gñationne vniuſcuiuſq; indiuidui ſm quālibet ſpeciē, ita eſt præſcriptū & conſtitutū, vt pleriſq; ſpeciebus nō tam facile cōe reperiatur. ſicut patet diſcurrendo per multas brutorū ſpecies. Nā æqua, ex Ariſt. 6. de hiſt. ani. c. 22. fert vterū mēſes undecim, & duodecim parit. canis tribus mēſibus ferunt 6. eiuſd. c. 20. vac. 10. menſes pariunt, quibus ſi ante hoc tempus, uel poſt partum habere contingat, abortus uel moſtrū erit. 6. eiuſdem. cap. 21. Aſina menſe duodecimo parit. 6. eiuſdem cap, 23. oues & capræ quinque menſibus ferunt. 6. eiuſdem cap. 19. ſues quatuor menſibus geſtant. 6. eiuſdem cap. 18. inter uolatilia gallina incubando non pertranſit diem 22. aut 24. aquila autem tricenis diebus 6. eiuſdem, & ita de aliis brutorum ſpeciebus dicendum eſt. quibus omnibus perſcriptū ſuæ geſtationis ac parturitionis tēpus, ita fuit, ut illud tranſgredi minime liceat. homo autem etiam ſi non non hēat tempus, ita determinatum ſuos tñ limites habet quos pariter pertranſire, uel ab illis deficere non licet. cuius latitudo eſt à menſe 7. uſque ad 11. & ſm aliquos, ad 14. ēt aſcendere pōt. utcunq; aūt fuerit, hoc perpetuo uerū erit; qđ partus ante, uel poſt dictū tp̄s factus, uel abortus, vel moſtruoſus erit. non ergo in geſtando pariēdoq́; hoīe tp̄s erit, ita incertū ac multiplex, ut circūſcriptos geſtationis terminos non habeat, & cum cęteris brutorum temporibus conueniat; quare ſi mulier moſtrum generaret ſpecie à ſeipſa diſtinctum, eſto quod ſit

Ratio ſecunda.

Ratio tertia.

canis

canis aut capra, vel alterius speciei diuersi indiuiduum, tunc per iacta fundamenta, tanto etiam tempore gestare deberet, & ipsum parere, prout illi speciei conuenit at hoc est falsum, ergo mulier tale genus monstri producere non potest. Altero autem modo mõstrum capitur prout quantitate qualitate numero ac situ à parentibus distat, specie autem & forma substantiali cum illis communicat. Qualitate quidem differt, quãdo neutrius sexus distinctam rationem retinet, sed ex vtriusque permixtione, de vtroque etiam participat, cuiusmodi est hermaphroditus. Quantitate autem vt si ratione totius vel partiũ determinatarum à debita magnitudine vel numero distauerit. In situ denique à parennibus differt. Si natus transposita membra habuerit, vt cum quis nascitur habens hepar in parte sinistra, lienem vero in dextra vt quibusdam aduenisse, testatur Arist. 4. de gener. animal. cap. 4. Quod cum sit contra consuetum naturę ordinem, ea ratione mostruosum etiam dici potest, & hoc genus monstri illud est quod à Medicis & philosophis conceditur, ac proinde de isto etiam sermo habendus iure erit. Nec obstat ueterum philosophorum testimonium adduct in quoniam, illa mõstra non sunt specie distincta à parentibus secundum rei veritatem, sed solum secundum apparentiam, prout scilicet cæterarum specierum similitudinem quandam refferunt: hac igitur mostri specie consulto prętermissa. Alterius causæ inquirendæ erunt, quare de forma materia & effectrice causa tractandum occurrit. Quo ad formam attinet, monstrum nil aliud erit, quam conceptio, seu fœtus deprauatus, ad differentiam molæ timpanitis, & hydropis, alteriũsque rei utero præter naturam aduenientis & ipsum in tumorem attollẽtis: fœtus enim dum producitur, & in sui productione naturæ leges seruat, & consequenter similitudinem cum parentibus retinet, ita vt in partibus similaribus dissimilaribus, & utriusque simul bene constitutus sit, bonam temperiem seruando, & conuenientem conformationem, & vnitatem obtinendo, naturalis, & legitimus fœtus nuncupatur. Vbi verò male est constitutus, & pręcipuè secundum partes instrumentales præter naturam conformatus, monstruosus vocabitur; potest autem à debita conformatione declinare in forma, magnitudine, numero, situ, superficie, meatibus, & similibus, atque hîs modo in omnibus, modo in pluribus, modo in paucioribus, quorum causa modo magis, modo minus à naturali statu recedere consueuit. quomodocunque autem error factus fuerit, duplex esse potest, prout fœtus vel specie distinctus erit, & hunc nõ dari probauimus, vel secundum apparentiam solum à parentibus diuersæ speciei conspicitur; & de tali mostro sic sermo instituitur, quod multiplex est prout quantitate numero figura situ & similibus à parentibus differt, & quomodocunque ab illis distauerit, vel sexum distinctum retinebit, & ita fiet masculus tantum, aut fęmina solum, sed in tali sexu monstruoso: vel permixtum geret, & ita nascetur hermaphraditus, in quo vtriusque sexus permistæ notæ conspicientur. Quomodocunque autem fœtus monstruosus nascatur, semper in vtero generabitur, cum hæc tantum pars cõceptioni dicata fuerit, concurrit autem tum ratione partium similarium, hoc est

secunda signi. mostri.

Solutio diffic.

Forma mostri.

Mostrum multis modis declinat à confor. natu.

Mostrum diuersæ speciei secundum appar.

Locus affec.

tempe-

temperaturæ, quæ si à statu naturæ recesserit, materia, in quam agit, male regulando deturpatam figuram facile suscipere potest. Secundo concurrit penes partes dissimilares, hoc est conformationem ipsam, quæ si ratione figuræ vitiata fuerit, vt si obliqua, vel declinata extiterit, inde etiam fœtus transformatus, deprauatusque nascetur, semen enim in tali utero prout inæqualiter recipitur, ita alienam figuram suscipiet, quam pro naturæ modo conueniat. Similiter si ratione quantitatis continuæ error contingat, esse poterit tum in paruitate tum in magnitudine, inde nascentur fœtus proceritate insignes, vel paruiores, non secus ac de fructibus contingit, qui licèt per propriam naturam, in liberiorique aere grandiores fiant; si tamen in generationis suæ initio recepti, coactique fuerint in angustiori vasculo, illius limites in magnitudine excedere nullo modo poterunt. Hinc pigmei, hinc Gigantes nascuntur, Pygmei quidem, si preter vteri paruitatem, accesserit etiam paucitas seminis, & alimẽti inopia; ob contrarias verò causas magnitudinis insignis nascentur; vt si ex parte vteri amplior fuerit illius capacitas, & ad insuetam magnitudinem facile extensibilis, si semen copiosum, ac proinde agens robustum; si alimenti vbertas, & affluentia satis, superq; abundauerit, nihilque eorum deerit, quæ ad talem magnitudinem conspirant. Idem dicatur de erroribus, qui partes indiuidui magis respiciunt, vt cum fœtus in partium situ vel numero redundat, aut deficit, uel alijs partium vitiis detinetur.

Vterus multis modis ad monstrũ concurit.

Generatio gigãtũ & pygme.

De causa efficiente monstri. Cap. LXIII.

MOnstrum cum sit effectus præter naturam, à suis causis produci debet, quarum aliæ principales sunt, aliæ secundariæ. Agens principale nil aliud est, quam Anima secundum illam potentiam, quæ facultas formatrix dicitur. Agens secundarium sunt illius organa, quibus ad formãdum fœtum necessario vtitur, & tria potissimum sunt materia seminalis, sangnis menstruus, & vterus, quæ duo agentia sicuti diuersa sunt, ita diuerso modo ad monstri generationem cõcurrunt. Nam quod attinet ad agens principale, cum sit uirtus formatiua, hæc per internam, & propriam suam naturam errare non potest, sed directa ab intelligentia non errante, opus proprium quod aggreditur, format, perficit, & ad debitum finem perducit quo si frustrari quandoque contingat, aliunde prouenire constanter affirmandum est, nec obstat, quod dicit Arist. secundo physicorum octauo, mõstra esse errata naturæ, quia intelligit illam non per se errare, sed ab extrinseco, & per accidens, nempe ratione suorum instrumentorum, quibus agẽdo vtitur. Quare formatrix in conformando fętu cum ab extrinseco aberrare possit, triplicem ob causam contingit, primo ex parte seminis materialis, in quo ipsa delitescit, secundo ratione materiæ menstrualis, in quã agit, tertio ratione constitutionis vteri, in quo, & per quem operatur, quæ omnia si secundum naturam se habuerint, effectum etiam, & fœtum omnino secundum naturam, & procul ab omni errore conformabit, & per hoc distingui-

Agẽs princip. monstri. Agens secund.

Fac. formatrix trip. erare potest.

Quo dist. agens nat. ab arti.

ſtinguitur agens naturale ab artificiali, quod licet habuerit congrua inſtrumenta,& in debitam materiam egerit, adhuc tamen errare poteſt, quod minime contingit de facultate formatrice, cum in omnibus actionib. ſuis ab intelligentia non errante reguletur. Dum autem illa tria male, & præter naturam affecta fuerint, ſiue vitium fuerit in vno tantum, ſiue in omnibus, ſiue in pluribus, differentia tamen erit, quia ſi vnum tantum male affectum fuerit, agens principale minus aberrabit, ſi in duobus magis, ſi in omnib. maxime, vt hinc varię, ac multiplices monſtri differentiæ oriantur, à conceptu naturaliter formato magis, vel minus diſtantes. Vnde quantum ſit ex parte ſeminis materialis, vitium eſſe poteſt, tum in aliis, tum potiſſimum in quanto, & quali; ſi in quanto deficere, & redundare poteſt, ſi in quali, vel eſt crudum, vel corruptum & prauum, atque tunc facultas recepta in hac materia ſeminali male affecta, non niſi male, & deprauate fœtum conformare poterit, vt habetur etiam ab Ariſtotele quarto de generatione animalium capite tertio, & quarto. Quantum ad materiam menſtrualem, hæc pariter ad monſtrum faciendum concurrit, tum ob errores in quanto, tum in quali, ſi in copia peccauerit, conceptus maior fiet, vel in partium numero excedet, ſi deficiat, conceptus minor euadet, vel ſecundum totum indiuiduum, vel ſecundum partem determinatam, quæ à debita magnitudine, vel numero declinare poteſt. Si vitium ſit ratione qualitatis, hoc eſt temperaturæ, vel ſecundum vniuerſam ſuam molem eandem intemperiē ſeruabit, vel diuerſam, ſi eandem, tunc naſcetur mōſtrum, quod formam eiuſdem ſexus geret, ſi diuerſam fiet monſtrum diuerſi ſexus, cuiuſmodi eſt hermafroditus. Eſt igitur monſtrum conceptio fœtus deprauate conformati in vtero male conſtituto à ſemine, & ſanguine menſtruo vitiato.

Vitium ſeminis.

Vitium materiæ monſtr.

De differentijs monſtri. *Cap. LXIIII.*

SPeties monſtri variæ, & multiplices ſunt, omnes tamen ex propoſita, & explicata monſtri eſſentia hauriri debent, ac proinde ab illius forma, materia, & cauſis efficientibus, ut meritò formæ, ratione qua eſt conceptio deprauate cōſtituta monſtrum vel à parentibus degeneret ſpecie, vel indiuiduo: & ſi ſpecie, multiplex eſſe poteſt, prout fœtus diuerſorum brutorum ſpeciem apparenter gerere poteſt. Si ſecundum indiuiduum ab illis differat, vel ſexu diſtinctus erit, uel permixtus, ſi diſtinctus, erit, quando fœtus ſub ſpecie quidem humana continetur, monſtruoſus tamen naſcitur, atque tunc vel penes totum indiuiduum, uel penes partem determinatam hancque uel unicam, uel multiplicem; & quomodocunque illud euenerit, multis modis naturalis conformatio euerti poterit. Si autem fętus permixtus fuerit, tunc naſcetur hermafroditus. Ex parte deinde materiæ, ſeu loci, vbi monſtrum generatur, cum is uterus ſit, prout multis modis ad illius generationem concurrit, inde etiam plures naſcentur ſpecies ut monſtrū aliud fiat vtero affecto, ſecundum partes ſimilares, vel organicas, ſecūdum quas, hoc eſt, prout male conformatus eſt, ad productionem monſtri conſpirat

Differe. à forma.

Differe. à loco affe.

ſpirat. Vnde ratione magnitudinis, paruitatis; figuræ uitiatæ, & ſimilium diuerſa monſtra contingunt. Denique ex parte cauſarum efficientium toti dem differentiæ monſtri naſcentur, quot cauſæ enumeratę fuere.

Diff. à cã effic.

De ſignis monſtri. *Cap. LXV.*

SIgna quædam monſtrum indicant ante conceptionem quædam poſt, de prioribus parum, vel nihil dicendum cum admodum difficile, vel potius impoſſibile ſit affirmare hanc, vel illam mulierem cõcepturam eſſe monſtrum, niſi illius parentes monſtra generauerint, vel ipſa etiam fuerit aſſueta eadem monſtra producere, difficilimum etiam eſt cognoſcere mulierem monſtruoſum fœtum concepiſſe, quod tamen hanc conceptionem perpetuò conſequi ſolet, eſt, quia talis mulier grauiſſimis, & inſuetis ſymptomatibus prægnationis tempore detineri ſolet, & ratio eſt in promptu, quia natura quanto magis à proprio ſcopo aberat, erroresque maiores committit, eo etiam à grauioribus & contrariis cauſis cogitur, & magis deprimitur, & monſtrum cum magnos naturæ errores ſequatur ideo mirum eſſe non debet, ſi ab illis etiam ſatis ſuperque patiatur. De illis uerò ſignis quæ monſtrum ſignificant, poſtquam editum eſt, non eſt opus agere, & de illis præſertim, quæ ad monſtrum in genere, & ſimpliciter referuntur, cum oculis ſatis ſuperque manifeſtum habeatur: ob eandem cauſam nec de ſignis multarum differentiarum agendum occurrit, quales illæ potiſſimum ſunt, quæ à forma capiebantur; ſi tamen monſtrum fiat uitio uteri male cõformati, cognoſcemus ſi ex parte cæterarum omnium partium corporis nullum uitium conſpiciatur. Si præterea alios filios monſtruoſos generauerit, ſi autem fiat ob alias cauſas nempe uitio ſanguinis menſtrui, uel ſeminis, cognoſcemus quia ſanguis menſtruus peccabit ratione copiæ qualitatis, & prauitatis, quæ omnia ut cognoſcantur accedẽdum erit ad propria eorum vitiorum ſigna, de quibus abundè actum fuit in ſermone de ſuppreſſione menſtruorum, & eorundem profluuio. præterea ex parte uiri ſeruabitur omnis integritas. Quod ſi contra euenerit, ita ut mulier ſecundum totum corpus & ſingulas eius partes naturæ ſtatum ſeruet, rationabile erit cauſam monſtri referendam potius eſſe in uirile ſemen.

Signa indic. futurũ moſt.

1. ſign.
2. ſign.
Signa indic. mõſt. eſſe cõceptum.

Signa indic. moſt. genitum.

Signa ex uitio sẽ. uel mẽſt.

De indicationibus monſtri. *Cap. LXVI.*

MOnſtrum conſiderare poſſumus ante ſui conceptionem tẽpore conceptionis, & poſt ſui productionẽ, ſi primo, & ſecundo modo conſideretur ſcopus oritur remouendi cauſas fœtus cõcipiendi mõſtruoſi, & iã concepti, ex quibus cum plures remoueri nullo modo poſſint. Ideo fruſtra erit de illarum ſcopis tractare, ut ſi uterus à naturæ ortu male conformatus fuerit, in magnitudine inquã, figura, & aliis, nihil erit cogitandũ de corrigẽdis dictis uitiis, præſertim ſi à principio gñationis ortum habuerint, uel iã diu ſaltim cõfirmata extiterint. Si aũt uterus cõcurrat ex parte alicuius intẽperiei, ea ſẽp indicabit auxiliũ alterãs in cõtrariũ, q̃ ſiue natiua, ſiue

Prognos. adsititia fuerit, nō omnino incurabilis erit, de cuius tamen sanatione agere non est necessarium, sed recurendum erit ad eas auxiliorum materias, quæ intemperiem quamlibet vteri remouere sunt apta, de quibus pariter alibi actum fuit, vbi de qualibet vteri intemperie & curatione sermo instituebatur. Si deinde monstrum futurum sit ob alias causas, ex parte videlicet materiæ seminalis, & menstualis, constat quod si vtraque copia peccauerit, auxilium minuens indicabit; si autem defecerit, idq; prouenerit ex pauco alimento, quod assumitur, indicabitur victus plenior, & optimi succi. Si eadem materia reccesserit à naturæ statu in primis, vel secundis qualitatibus semper indicabit auxilium alterans in contrarium; Quibus omnib. scopis non erit impossibile satisfacere, de quibus tamen hic agere non est opus, cum supra abundè actum fuerit. Si autem consideremus monstrum genitum, quodcūque illud fuerit, auxilium corrigens indicabit, vix tamen illius errores correctionem admittent, & propterea de tali curatione sermo pariter instituendus non erit, nemo enim claudos à natiuitate tentat corrigere, nec Pygmeos magnos facere, aut Gigantes ad cōsuetam comoderationem deducere, uel habentibus hepar, aut alia viscera transposita in debitum locum reponere, & cætera eius generis vitia emendare. Sed si quid in tam miserabili affectu agendum nobis occurrit, omne id præseruationis potius, quam curationis gratia fieri debet, perscribendo potius laudabilē victus rationem, quam aliis præsidiis agendo. Quapropter præter aeris tēperiem, cibus eligendus erit; ratione cuius sanguis optimus producatur, qui cum sit materia seminis, & menstrui sanguinis vtraquè etiam secundum leges naturæ generari poterit, & corpus totum benè nutrietur, & omne humorum vitium auferetur, & præsertim si is accesserit conueniens viuendi ratio, in potu etiam somno, vigilia, & aliis, potissimum uerò animi tranquilitas querenda, & conseruanda erit, mentem & imaginationem occupando in obiectis delectabilibus, quæ animum recreare, & exhilarare possunt. Eas præterea à brutorum omnium consideratione, & inspectione auocare debemus, & præsertim tempore coitus, in quo pulchriores imagines ante oculos obiciendæ erunt, etiam omni animi atentione concipiendæ sunt. Quibus & aliis rationibus mulier à monstruoso conceptu facilius præseruari poterit.

Indic.

Prognos.

Victus ratio.

De abortu. *Cap.* LXVII.

CVm partus præter naturam aliud non sit, quam aberratio quædam facta à partu naturali, circa ipsum fœtum, ob læsam expultricem ipsius vteri, aberratioq; ista tripliciter fieri possit, prout uel imbecilliter fit, vt in tarda, & rara conceptione contingit, vel nullo modo fit, vt cum partus omnino aufertur, siue fuerit fœtus viuentis, siue mortui, siue perfecti, siue imperfecti, vel deprauate fit, ut quando intempestiue fit, & priusquam integram conformationem in utero acceperit, vt in abortu fieri solet, uel ēt quando opportunè fit, sed magno labore. Vnde oritur illud symptoma, qđ

parien-

pariendi difficultas uocatur, in quo integer fœtus debito tempore expellitur, sed magno conatu, dolore & labore, ideo de istis symptomatibus acturus, nihil de imbecillitate pariendi dicam, quia illius cognitio ex aliorum notitia facile haberi poterit. Sed de abortuo pariẽdi difficultate, & partus ablatione potissimum agam. Et incipiens ab ipso abortu vis nominis ante omnia cognoscenda est, abortus enim dicitur, quasi à naturali ortu aberrans, cuius essentia cum pendeat ex suarum causarum notitia, formalis inquam materialis, & efficientis; Ideo singulæ inuestigandæ erunt. Ex parte igitur causæ formalis statuendum erit, quod abortus non aliud est, quam emissio fœtus immaturi. Ratio est, quia ante constitutum à natura pariendi tempus eiicitur, ratione cuius locari poterit sub eo symptomate, quod deprauatus partus dicitur: cuius tempus magnã habet latitudinẽ, quia à 1. mense vsque ad sextum, & paulo vltrà se extendit; quo fit, vt abortus modo in primis mensibus fiat, modo circa finẽ, modo in tempore interiacẽte, & quocunq; tempore fiat, fętus esse potest viuus, vel mortuus, viuus potissimum erit circa finẽ potius, quã inter initia. Commune aũt est cuilibet abortui, vt cum nondum in utero ad maturitatẽ peruenerit, si expellatur uitam sustinere nullo modo possit, ad differentiam partus naturalis, qui & ad integritatẽ peruenit & vitalis ẽt est, ad differentiam etiam illius partus præter naturam, qui longè fit, à tempore constituto ab ipsa natura: is. n. ẽt si perfectionem in utero acquisierit, in eo tñ diutius, & præter naturam cohibitus, necessario morit, & mortuus semper eiicitur. Ad abortum deinde faciendum concurrunt illæ eędem causæ, quæ ad partum ẽt naturalem requirebantur, sunt aũt numero tres, uterus videlicet, fętus, & mater, differunt tamen, quia in partu naturali secundum naturam operantur. Contra in abortu longè abberrant, & quantum sit meritò uteri, concurrit quia illius facultas retentrix consuetum tempus euertendo, citrà opportunitatẽ deficit, & expultrix pariter accellerando partum agit, quarum utraque dũ ob aliquam causam præter naturam lacescita est, necessario in suis functionib. lęditur, & afficitur, quę lęsio fit uel dicta facultate labefactata, vel impedita, si labefactata à qualibet intemperie simplici, & composita, cum materia, & sine materia labefactari potest. Pro quarum causarum diuersitate diuersis etiam modis abortum facere cõsueuit. Nam intemperies calidior uteri absumendo humorem, & alimẽtum ipsi fœtui, abortum faciet, quod etiam sicca pręstat; si frigidior fuerit, hęc generat alimentum paucum crudum, & malum, vt minime suficiat pro corporis & fœtus simul nutritione id quod etiam fructib. aduenire uidemus, qui hyemis tempore ad integrã maturitatẽ peruenire non potentes, ante maturationẽ decidunt, ratione uerò humiditatis, quantum roboris maioris expultrici aduenit, tãto retẽtrix imbecillitatem contrahit, quę nimia humiditate laxata ab expultrice fœtũ immaturũ expellente prræuenitur, ut habetur à Gal. 3. de fac. naturalibus capite secundo, ac tertio, quinta aphorismorum 31. 34. 43. 44. & sexto epidemiorum sectione secũda, comento septimo, octauo, & vigesimo. Si huic intemperiei materia accesserit, esse potest flatulenta, & corpulenta, à flatu-

Latitudo abortus.

Tria ad abortũ cõcurrere.

Locus affectus.

Intemperies quõ concurrit an abortum.

lenta vterus extẽditur, dolore afficitur, uię dilatãtur, & ante debitũ tps exitus fętui paratur. ſi materia fuerit corpulenta, eſſe põt ſanguis mẽſtruus, & alius humor, qui copia, inopia, & praua qualitate peccare põt. Iõ ex fluxione copioſi ſanguinis mẽſtrui, ſicuti cõceptio fieri prohibetur, ita quę facta eſt, ob alimenti defectũ corrũpitur, & fętus exit, ut hr̃ 5. aphor. 29. & 31. ex alterius humoris ẽt fluxione idem vterus laxatur, & ad abortũ præparatur, quæ humorũ copia ſi intus ẽt detineatur replẽdo, grauãdo, & dilatãdo uterum, abortũ facere põt; nec minus ob prauã eorundẽ humorũ qualitatẽ abortus continget, q̃ ſi acrior fuerit, iritando expultricẽ vteri aget; ſi frigidior calorẽ minuẽdo fętũ mortificabit. Si aũt facultas vteri impedita fuerit, fieri põt rõne fętus, & alterius, ſi rõne fętus, concurrere põt rõne paucitatis ſeminis, qđ non ſufficit pro fętus, & paniculorũ gñatione, uel ſemẽ praua aliqua qualitate affectũ erit; vñ ex illius nimia tenuitate paniculus, qui generatur, talẽ acquirit imbecillitatẽ ut de facili ruptionẽ patiatur: At ſi ſemẽ fuerit copioſum, & benè diſpoſitũ, ex hoc fœtus gñabitur duplex, uel unicus, ſi duplex, tunc ex Auic. Nono ſuo de animalib. abortus fieri poterit, quia benè nec tandiù contineri pñt, donec ad maturitatẽ ambo perueniant; & pſertim ſi ſexu fuerint diſtincti. Tunc. n. tẽperamento, robore, & alimẽto diuerſi erunt. ut ob has diuerſitates abortus facile fieri poſſit, & dum fit, primo ex parte fęminę fiet, quæ maſculo imbecillior eſt, q̃ ẽt ſuo exitu alteri uiã ad abortũ facile parat: Si autẽ unicus gñet tunc cum Ariſt. 4. de gen. ani. 6. ex ſuperfetatione fieri poterit, extant. n. aliquæ mulieres q̃ poſt conceptionẽ os matricis ſm pœnitiores partes ualde cõſtrictum retinẽt. quibus ſi contingat denuo cõcipere. ex tali ſuperfetatione utriuſq; fœtus de facili abortũ parit, Si deinde facultas alterius cã impediatur fieri poteſt à morbo in mala cõpoſitione uel ſoluta unitate, ſi primo mõ cõcurrit tum alius, tũ uitiata vteri magnitudo, prout maior, uel minor eſſe põt, maior fit à copia flatuũ, uel alterius materiæ, rõne quorũ ſi extenſio ori ẽt vteri cõicetur, abortus ſequetur, quã eandẽ magnitudinem pati ẽt poterit ab aliquo tumore præter naturã, ſiue ille inflãmatorius, ſiue alterius generis extiterit, Qui ſi calidus fuerit, tm̃ feruorẽ vtero, et fętui cõicabit. ut citrà abortũ ſuſtinere nõ poſſit; ſi frigidior fuerit, hanc ipſam qualitatẽ eiſdem cõicando mortificabit. ſi idem vterus paruitatẽ potius habuerit, hæc potiſſimũ fit rõne etatis, cuius cauſę fętus non põt ſm oẽm dimenſionẽ magnificari, nec alimentũ ob uaſorum paruitatẽ in debita quãtitate attrahere. Iõ abortus ſequitur, de qua cã Hippocr. ẽt loquutus fuit lib. de ſterilitate, de ſuperfetatione. ſi mulier inquit inprimis mẽſib. uſq; ad quartũ abortum facere cõſueuit, paruitatis vteri argm̃ erit. quia ulteriorẽ diſtenſionẽ ſuſtinere nõ põt quod ipſum ẽt reperit primo de morbis muliebribus. ſi aũt idẽ vterus morbo in ſoluta unitate afficiat, mõ ulcere, modo paniculorũ, & acetabulorũ diſruptione detinebit, ratione ulceris cũ fiat à materia acri, expultrix nimis irritabit, & pter conſuetũ tẽpus fętũ expellet, de qua cã locutus eſt Hip. 5. aph. 42. ſi cã fuerit diſruptio ligamẽtorũ, id eueniet qa dictæ partes nimio mucore replete ſũt, cuius grauiori põdere fętus cõtineri nõ poteſt

Ca flatulenta.

Materia corpulenta copia peccans.

Materia qualita. peccans.

Facultas impedita

Morbus uteri in aucta magni.

Morbus uteri in diminuta magn.

Morbus uteri in soluta unit.

Disruptio ligã.

test p̃sertim cũ partes uteri nimio madore laxẽtur, & facilè soluãtur; quẽadmodũ ẽt q̃busdã plantis aduenire experimur, q̃ si ex terra paludosa, & nimis aquosa nascantur, nec firmas radices figere, nec illis diù herere p̄nt de qua cã meminit Hipp. 5. aph. 45. Quæcumq; inquit corpora mediocrite h̄ntes abortiunt secundo, aut tertio mense sine occasione manifesta, ijs acceptabula vteri plena mucoris sunt, & non p̄nt præ nimio pondere fẹtũ cõtinere, sed prius disrũpuntur. Prẹter enumeratos vteri affectus, & causas abortus, q̃ primariò illi insunt, illæ ẽt accedũt, quẹ secundario eundem uterũ afficiunt; qđ dum cõtingit, dupliciter lẹdi cõsueuit, totius inquam causa, vel alicuius partis determinatæ, si totius rõne vel facultas eius labefacta erit, vel impedita, si primũ fit rõne intẽperiei, vel habitus corporis, si intemperies fuerit, q̃libet esse pŏt. Calidior quidẽ vt rõne febris, & p̃sertim si acutiẽ seruauerit, de qua cã locutus fuit Hip. 5. aph. 30. si frigidior, erit rõne hydropis. Si eadẽ facultas impedita fuerit, impediri pŏt ob totius corporis habitũ graciliorẽ, vel obesiorẽ, de qua cã meminit Hip. tum libro de superfetatione, tum 5. aph. 44. mulieres inquit quẹcumq; prẹter naturã tenues existentes vtero gerunt, abortiunt, priusq̃ crassescant, cuius dictũ de illis debet intelligi, quæ præter naturam extenuatæ sunt; Tales enim refici non possũnt, nisi sanguis regeneretur, ex illoq; conceptus nutriat, & reficiatur. Similiter si corpus pinguius, molius, & perhumidum valde fuerit, ad abortum erit, valde procliue. Si idem vterus secũdario quidem afficiat, sed ratione partis determinatæ, esse potest principalis, & non principalis si principalis, erit cerebrũ, cor, vel hepar, vnde ex hepate inflammato totũ corpus incalescet, & unà cum fẹtu feruet, ex eodem nimis perfrigerato nec copiosum, nec debitum alimentum pro nutriendo fẹtu generabitur. Si cor, quod est caloris influentis fons, corripiatur syncopi, eius causa influxus caloris vitalis in reliquum corpus prohibet, ac proinde ẽt in vterum, vt nedum abortus, sed mors ẽt fẹtui contingat. Idẽ dicat de cerebro, quod rõne apoplexiẹ, & epilepsiæ abortum facere pŏt, at si partes principales non fuerint, ita ob affectus intestinorũ abortus orietur sicut in disenteria, thenesmo, & doloribus eorundem abortũ fieri experimur: harum .n. partiũ affectiones vtero, ac fẹtui ob vicinitatẽ facilè cõicantur, vt habet ab eodem Hipp. 5. aph. mulieri inquit vtero gerenti thenesmus superueniens abortũ facit, ex eo .n. mater, vterus, & fẹtus simul debilitant. Tandem idem vterus lædi ẽt pŏt ab externis causis, atq; ijs necessariò, & non necessariò occurentibus, prioris classis aer in primis occurrit, regio inq̃, anni tps, & cẹli constitutio, quẹ oĩa p̃m aliq̃ intemperiẽ abortũ ꝓuocant, vt habet ab Hipp. & Gal. 3. aph. 33. si hyems inquit Australis fuerit, consequẽter aer calidus & humidus, ver aũt sicũ, & aquilonare mulieres, quæ hoc tpe parituræ, sunt ex quacũq; leui occasione abortũ patient; & tpe debito parient, imbecciles, & morbidos infantes edent: qm̃ vel statim intereũt, vel saltẽ valetudinarij viuunt. Idẽ habet ab Arist. 1. probl. 9. cuius euẽtus cãm Gal. tradens in eo cõuento, dicit eã esse, quia à proposita hyemis temperatura corpora humidiora, & laxiora redita sunt, vt ex superueniẽti frigore facilè frigiditatem admittãt, & patiant, q̃ mutatio-

Vterus secundo afficitur dupl.
Ratione totius.
Ratione intemp.
Fac. impeditur multis modis.
Ratione habitus.
Ratione pingu.
Ratione partis determinatæ.
Ratione hepatis.
Ratione cordis.

mutationem in deterius factam infantes non sustinentes, vel in vtero moriuntur, vel in ipso partu, & qui viui nascuntur, cum subitam transmutationem ad contrarium inculpatæ ferre nequeant, vel breui tempore intereunt, vel aduersæ valetudini perpetuò subiecti sunt. Ab eodem ambiente calidiori abortum etiam fieri posse satis compertum habetur, eo.n. tēpore magna fit spirituū & virium dissolutio, sine quarū robore, nec mater, nec fętus uitam omnino integram degere possunt, Ex cibo ēt partiori abortus fiet, quia ipsius causa matri, & fœtui alimentum deest; nec minus ex eodem copiosiori, uti ex crapula, ex ebrietate & denique ex prauiori, abortus fieri consueuit, ut habetur etiam ab Hippocrate libro de morbis muliebribus; nam ex cibi copia cum benè à calore regulari nequeat, corruptum nutrimentū producitur, & obstructiones fiunt, quemadmodū ex cibis aperientibus, & menstrua prouocantibus abortus etiam oritur. Potus etiam aquæ frigidioris ad idem conducet, ex frequenti etiam cohitu fętus concutitur, & matrix debilitatur, & præsertim post septimum mensem; immodicus somnus calorem nimis concentrando, & immoderatę uigiliæ nimis resoluendo abortui occasionem præbere possunt; omnium uerò maximè immoderatę corporis motiones abortum inferre possunt. Ideo Hippocrates lib. de genitura testatur Psaltriam ancillam ex saltatione passam fuisse abortum, ex horore etiam facto ob timorem, abortum fieri posse testatur Hippocrates primo de morbis muliebribus, & Galen. secundo in tertium Epidemiorem Octauo; animi quinetiam reliqua accidentia, ut tristicia, ingens gaudium, & magnum desiderium alicuius rei denegatę abortum facere possunr. Quò uero ad causas non necessario occurrentes sunt medicamenta alterantia tum frigida tum calida, siue intus, siue extrà fuerint admota; purgantia quinetiam, præsertim ualidiora, de quibus loquens etiam Hippocrates Quinta aphorismorum, 32. mulieri inquit utero gerenti si venter multum fluxerit, periculum est abortus, virtus enim matris debilitatur; nutrimentum fœtui minuitur, idem concutitur, ab acrimonia expultrix nimis iritatur, spirituum omnium magna commotio fit, & viæ dilatantur, vt dictis de causis plerunque abortus sequatur. Ommitto venena quæ mortificando agunt, ommitto tonitrua fulgura, clamores, casus ab alto, & similia, quorū causa magna fit in corpore vniuerso concussio, vt quēadmodū ex plantarū concussione immaturi fructus decidunt, ita ēt de fętu contingit, qui à quocunq; violento motu corrūpitur; ommitto sanguinis missionē sudorifica, & diuretica. Ideo Hippocrates Quinta aphorismorū primo monuit, à quarto vsq; ad septimum mulieres esse medicādas, si materia turget. Sunt tamen qui includunt quartum & septimū mensem; Auicenna tamen tertio canonis, fen vigesimaprima, quartum mensem excludit, & septimum includit; pro cuius diuersitatis concilio notandum, quod mulieres, quæ in mense septimo assuetæ sunt parere, in istis omninò excludi debet quartus, & septimus mensis; in consuetis verò parere nono mense, quartus, & septimus mensis excludi non debent, ita vt totum cōceptionis tempus diuidatur in tres partes æquales, & purgatio in tribus primis mensibus

Cibus.
Potus.
Coitus.
Somnus.
Vigilia.
Motus.
Animi accidentia.
Medicamenta.
Venena.
cōcilientur loca in Auic.

mensibus,& tribus vltimis dimittenda erit, & potissimum in septimo: At si partus extendatur ad decimum mensem, uel ultrà, & prægnans robusta fuerit; tunc includi poterit quartus, & sptimus mensis. Inter tres autem menses interiacentes omnium maximè quintus medicamenta purgantia sustinere potest,deinde sextus, & postremò quartus. At in primis mensibus & circa finem semper euacuatio suspecta erit,quocumque autem tempore illa exhibita fuerit,non sit admodum violenta, & ualens, sed mitior, & in materia turgente,exhibita illa eadem raro potius,quam sepè, & materia præparata,potius nisi illa turgeat. Cæterum cum abortus in quocumque mense à primo inquam vsque ad septimum fieri possit, quærenda est causa, propter quam magis contingat in primis mẽsibus, vel in postremis, vel potius in mediis. Ratio huius diuersitatis ex causarum diuersitate desumi potest, si namquè abortus fiat, quia semen quantitate paucum,& qualitate tenuius fuerit abortus potius fiet in primis mensibus quam in postremis,quia ex tali semine primus paniculus, & secundina generari non potest. Si abortus causa fuerit insignis aliqua uacuatio sanguinis,vel alterius humoris,siue per uterum fiat,per nates per secessum,uel sudorem,quocunque tempore talis euacuatio superuenerit, abortus etiã fieri poterit. Si causæ abortus fuerit intemperies calidior & siccior, vel frigidior,abortus fiet in primis mensibus,& alimenti defectum sequetur.Similiter etiam si à ieiunio,& nimia inedia ortum habuerit, eo etiam tempore abortus sequi consueuit. Si causa fuerit uteri paruitas, tunc in postremis potius mensibus abortus locum habebit; nam inter initia uterus quamuis paruus fœtum etiam paruum facile continet,sed ubi maiorem magnitudinem acquirit, cum ob loci angustiam ad debitam mensuram peruenire nõ possit,exitum querens,abortus in postremis mensibus succedit.Si abortus fiat ex usu alicuius magni præsidii,cuiusmodi est venæ sectio, & purgatio, eo etiã tempore maius periculum abortus imminet, in quo fœtus minori robore est alligatus ipsi utero,quod cum in primis,& postremis mensibus fiat in his etiam abortus magis succedet,non autem in medio tempore,in quo mulier fortiores motiones sine fętus læsione sustinere potest, ad quod respiciens Hip.4.aphorismorum primo monet prægnãtes mulieres à quarto vsque ad septimum medicandas esse, quod Gal. etiam in comento confirmat exemplo à fructibus desumpto,qui in suæ generationis initio,& fine à propriis plantis facile euelluntur, non item in tempore intermedio. Quam sententiam confirmabat Hip.libr.de octimestri, & septimestri partu,& in lib. de morbis muliebribus,vbi statuebat fœtus trimestres, & quadrimestres magis resistere causis abortum facere ualentibus quam in aliis temporibus.Si denique abortus fiat,quia acceptabula vteri muchositatib. repleta sint,abortus fiet circa primos menses,nempe in secundo, aut tertio ex Hip.citatis locis,& Gal.sexto de locis affectis,& Auic. in capite proprio.Cur autem de primo mense non meminerint,ratio est,quia hoc tempore superfluitates copiosę nondum aggregatæ sunt,neque etiam meminerunt de sequentibus mensibus,quia post tertium, & quartum mensem mi norantur

Cã abortus in de term. mẽ sibus.

Cã abortus in primis mẽsi.

Cã abortus i quocunque mense.

Cã abortus in postre.mẽsi.

Cãabort. in primis & ultim. mensib.

norantur dictæ ſuperfluitates. Dum autem dictis temporibus abortus fit, in illis potiſſimum diebus cõtingere conſueuit, in quibus natura ante partum aſſueta erat menſtruas purgationes reddere. Erit igitur abortus emiſſio fœtus imperfecti ab utero facta à quocunque morbi genere prodiens.

In qua die abortus fiat.

Dif. abortus.

De differentijs abortus. Cap. LXVIII.

A forma nulla ſpecifica differẽtia oritur niſi dicere voluerimus, quod abortus ratione qua eſt emiſſio fœtus imperfecti, uel ſit in primis menſibus, uel poſtremis, vel mediis, & quocunque tempore contingat, fœtus eſſe poteſt mortuus, uel uiuens, & quicunque fuerit, vel vnus, vel duplex, & ſi geminus, vel in ſexu conuenient, uel different, vel partim conuenient, & partim different, ſi conuenerint, vel ambo erunt maſculi, vel fœminæ, ſi differunt, alter maſculus, alter fœmina erit. Si amborum ſexuum vtrique participes fuerint, aborrus erit hermafroditi. Ex parte verò vteri dicimus abortũ fieri, vel eo primario, vel ſecundario affecto, ſi primario, abortus fiet à morbo in intemperie, mala cõpoſitione, uel ſoluta unitate ipſius uteri. Si autem fiat, quia vterus alterius cauſa lædatur, tunc cum lædi poſſit à cauſis internis, uel externis, & utriſque uariis ac multis, ideo earum numero totidem differentiæ correſpondebunt.

Differe. à forma.

Diff. à loco affec.

De ſignis abortus in genere. Cap. LXIX.

Signa alia futurum abortum ſignificant, quædam pręſentem oſtendunt, & hæc vel abortum reſpiciunt in genere, vel ſpecies propoſitas, de utriſque agendum eſt, de prioribus quidem quoniam futurum abortũ multo ante cognoſcentes, vel præcauebimus, vel matri ſaltem conſulemus, ne cum vitæ diſcrimine abortum patiatur, indicabitur igitur futurus abortus ex mutatione primo temperaturæ, temporum Anni, & non à quacunque, ſed ab hyeme calida & humida, ob auſtrales uentos eo tempore regnãtes, & pluuiarum copiam, & præſertim ſi ſubſequens ver frigidius, & ſiccius fuerit, quibus tẽporibus ſi partus futurus ſit, leui ex cauſa ab abortu pręuenitur. Et ſi mulieres ſtatuto tempore pariant, vel fœtus moritur uel ualetudinarius, & parum viuit. Cibi etiam paucitas, vel nimia crapula, vel ebrietas mulierem ad abortum diſponunt, illa quidem corpus nimis inaniẽdo, hæc uerò plus iuſto replendo. Saltationes etiam, uiolẽtęquè motiones omnes, ponderum geſtationes, ira, timor, caſus ab alto purgantium medicamentorum uſus, uel menſtrua prouocantium, & cætera eius generis abortui uiam parant, de quibus ſignis Gal. etiam meminit quinta aphoriſmorũ comento quinquageſimo tertio. Habitus etiam corporis intuendus erit, qui ſi gracilior, plethoricus, uel cachochimus fuerit, abortum indicabit: Ex gracili enim alimenti defectus denotatur, ex pletorico uerò præ nimia eiuſdem copia ſuffocatio. Si mulier etiam conſueta fuerit abortum pati; aliquam coniecturam nobis faciet de futuro abortu; ex uaria etiam mamarum

Signa indic. abortum futurum.

1. ſign.

2. ſign.

3. ſign.

4. ſign.

5. ſign.

marum dispositione futuri abortus argumenta posse desumi testatur Hip. Quinta aphorismorum passim;& in primis signo accepto ex superuenieti mammarū gracilitate, de quo signo loquutus fuit 5. aphorismorum trigesimoseptimo, cuius gracilitatis causa est alimenti defectus; eadem enim est materia alimenti ipsius fœtus, quamdiù in utero detinetur sicut post ortum, quo tempore ex lacte genito in mammis nutritur, cuius generatio ex eodem sanguine fit, qui toto conceptionis tempore in uterum pro alimento deferebatur; Cuius portio, quæ post nutritionem fœtus superest, per communia vasa ad mammas transmittitur, ob quam causam in prægnantibus ipsæ intumescunt. ex Hippocrate libro de natura Pueri. Vbi igitur contingit mammas incipere extenuari, & graciles fieri cum antea ob collectum sanguinem tumidæ essent, non ob aliam causam fit nisi quia fœtus alimento copiosiori indiget, ac proinde attrahunt ab ipsis mammis iam collectum sanguinem, seu lac; utroque enim fœtum alli posse Galenus testatur decimoquinto de usu partium, & quinto aphorismorum quinquagesimo tertio. mammis igitur ita innanitis graciles fiunt, & ob alimenti defectum fœtus calcitrando, & membranas disrumpendo exitum querit, & ita abortus sequitur, potest autem alimentum fœtui deficere, vel quia in debita copia non generetur, vel si generatur, per alias partes euacuetur, non generatur quidem ob inędiam, vel ciborum prauitatem, per alias autem partes effluit, vel sponte naturæ, vt si fluxus sanguinis utero superuenerit, vel arte ut si uena secetur, quomodocunque alimentum defecerit, abortum facere posse testatur Hippocrates libro de natura pueri. ubi loquens de partu secundum naturam facto dicit eo potissimum tempore fieri, quo mater amplius nequit tantum alimenti fœtui subministrare, qđ pro illius conseruatione, & auctione sufficit, sed maiori copia egens calcitrat, & membranas frangit, & abortum facit. Quod potissimum contingit, si fœtus robustior fuerit; si autem altera tantum mammilla gracilescat necessario futurum abortum non indicabit, sed cum distinctione progredien dum est; Quoniam tunc fœtus unicus erit, uel duplex; si unicus fuerit, dictum signum nullam habebit necessitatem; & ratio est, quia licet ex parte alterius mammillæ alimentum deesse uideatur non dum tamen utriusque ratione contingit, sed quamdiù altera mammilla debitam magnitunem seruauerit, argumentum etiam erit fętum conuenienti alimento non indigere, ac proinde huius causa abortum non fieri. Et si abortus sequatur, in alias potius causas referendus erit; at si fœtus in utero duplex fuerit, adueniente gracilitate in altera mamma defectu alimenti abortus sequetur; quia unica non sufficit utrisque conueniens alimentum subministrare, & dum hoc fit, rationabile etiam est, ut si dextera gracilescat, abortus etiam fiet illius fœtus, qui in dextera vteri parte continetur, & si sinistra pariter seruata rectitudine sinistri fœtus abortus sequetur; quę fuit etiam Hippocratis sententia quinta aphorismorum trigesimooctauo, ubi Galenus in comento nottat, secundum Hippocr. masculum

Sextum sign.

Alimentum deficit multis de causis.

Septimū sign.

sculum concipi in dextera, fœminam uerò in sinistra. Præterea si ex mammis lac multum fluxerit, ut talis euacuationis causa, mammæ adhuc graciles fiant, futurus abortus iterum significabitur; & ratio est, quia lac ex mammis non ob aliam causam copiosè exit, nisi quia in eisdem copiosè colligitur; fit autem copiosa hæc collectio, quia venæ vtero & mammis communes sunt repletæ, quæ adhuc magis replentur, quando ob imbecillitatem fœtus pauca fit attractio. Ideo copia lactis natura grauata foras ipsum propellit, quæ fluxio si diu perdurauerit non solum superfluum emittetur, uerum etiam alimentum ab ipso fœtu auferetur, ad quam euacuationem sequitur mammarum gracilitas, quæ indicium erit futuri abortus ob alimenti carentiam facti. Hinc colligitur, quod in muliere prægnante mammæ nec tenues esse debent ut in non prægnante, quia defectum alimenti indicarent, ac proinde fœtus corruptionem; nec adeò tumidæ & lactæ repletæ, ut nimia copia effluat, sed ea ratione in tumorem attolli debent, ut mediocritatem multum non excedant, & tangentibus solidæ appareant, sed mediæ sint inter renitentes ob nimiam repletionem, & laxiores propter lactis & sanguinis defectum, ex qua commoderatione significabitur, nec fœtum imbecillem esse, nec alimentum ei deficere. Additur aliud signum ex Hippocrate quinta Aphorismorum quinquagesimo tertio, ubi habet, quæ corrupturæ sunt fœtus ijs mãmæ extenuantur, si uerò rursus duræ fiant, dolor aut mammas, aut coxas, aut oculos, aut genua infestabit & non corrumpentur: circa quod signum notat Gale. in cõmento, non eandem, sed oppositam cum priori consequentiam habere; nam primum signum in præcedenti aphorismo traditum, probabat ex mammarum gracilitate futurum esse abortum, eumque ob alimenti defectum in mulieribus vtero gerentibus, & ijs quæ abortum passuræ sunt; præsens uerò signum eiusmodi est, quod in muliebribus, quæ abortum passuræ sunt, mammarum gracilitas præcedet. Secundo differunt, quia primum signum habet necessariam consequentiam, cum significetur solum hoc signum ex mammarum gracilitate acceptum, sufficiens esse ostendere futuram fœtus corruptionem, & abortum; secundum uerò minime; sed præter mammarum gracilitatem alia etiam præcedere possunt mulierem fœtum corrupturam, quæ nulla etiam mammarum extenuatione præcedente, fœtum corrumpere possint; ut ex saltatione, ponderis eleuatione, clamore tremore, febre, & similibus. Quapropter cum absque dictis causis præcedentibus mammæ extenuantur, cogitandum est abortum succedere ob sanguinis, & alimenti defectum in venis communibus utero, & mammis, quæ extenuatio futurum abortum necessarium indicabit; At vbi ob alias causas fœtus, interit, & abortus fit, uel illius membranæ, à quibus continetur, diuelluntur, & tunc expultrix uiolenter irritata uteri os aperiendo, doloresque excitando magno conatu laborat, ut noxium, dolorisque causam expellat; ob quas easdem causas sanguis unà cum spiritu ad genitales partes defertur, quorum carentia mamma-

rum.

Octauũ sign. | Nonum sign. | Notandum. | Decimũ sign. | Signa abortus ex membranarũ diuulsi.

rum extenuatio sequitur. Si autem mammæ obduruerint inquit Hippocrates, non propterea futurum abortum denotabunt, quod tamen non est perpetuò verum, sed cum Galleno in comento ita sententia hæc intelligi debet, vt ad ammas duras non semper abortus sequatur, sicuti ad graciles; Vbi enim natura in alias partes, quam in vterum superfluitates reposuerit, teniores quidem ad superiores, ad caput inquam, oculos, & fauces, crassiores autem ad infernas, vt ad coxas, & genua, tunc fœtus nihil patietur & abortus non fiet; ad quos autem locos transmissio fiat dictarum materierũ ab ipsis mammis, dolor partis nobis significabit, ad quam enim partem materia illa decubuerit, dolore simul afficietur; at si eadem materia ad vterum potius fluxerit, facile potest fœtum corrumpere, suique copia, & qualitate expultricem ad abortum stimulare, ad quam expulsionem faciendam semper natura cum spiritu, & sanguine eò confluere solet, vbi materia suscipitur. Quod facere contueuit, vt parti noxia recipienti, subsidium in expellendo afferat: Ex hoc ergo sanguinis confluxu ad ipsum vterum necessario eciam sequitur mammarum extenuatio. Colligitur ergo ex Hippocratis sententia, quod licet ob alias causas, quam ob alimenti defectum abortus fiat, semper tamen ob dictam causam gracillitas mammarum sequetur, vt hinc etiam pateat, quod Hippocrates in hoc aphorismo aliter accipit duritiem mammarum, quam in præcedenti fecerit, vbi per mammas solidas, & duras eas intelligebat, quæ secundum cauitates lacte repletæ sunt. Hic autem per mammas duras illas intelligit, quæ secundum propriam substantiam aliquo humore repletæ habentur, intueri etiam poterunt papilæ, quæ si alieno, prauoque colore alteratæ fuerint, indicabunt vteri, & matris imbecillitatem, cuius signi causa ab eo mutuò consensu sumitur, quem mammæ cum vtero venis mediantibus seruant: ex febre etiam vel alio acuto morbo abortus fieri potest, immò horum causa fœtus vnà cum matre interire solet. His tandem accedunt ea signa, quæ ab externis causis capiuntur, à clamore inquam; gestatione, vel eleuatione grauioris ponderis, à casu ab alto, & similibus, quorum omnium causa si mulier maioribus, & intensioribus doloribus correpta fuerit, non solum abortus futurus iudicabitur, sed proximus etiam, & imminens erit: At si dolor mitior extiterit, abortus in primis tribus diebus succedere potissimum solet, quibus sine abortu transactis, & doloribus remissioribus factis, in posterum etiam à dicto abortu præseruari facile poterit. Sequuntur signa denotantia non abortum longius futurum sed qui est propè, & in fieri, cognoscetur autem ex doloribus insignibus dorsum lumbos, & inferiorem ventrem molestantibus, qui causantur ex membranis, & acceptabulis, quæ tunc solutionem pati incipiunt, quod dum fit, alterum signum sequetur ab exeunte mutato sumptum. Quoniam per vterum fluere incipiet aquositas, & serositas illa excrementitia, quæ in dictis membranis ad debitum pariendi tempus seruari consueuit. Cui fluxui sequetur alter ueluti aquę cruentæ, mox etiam sanguinis purioris deinde grumosi, quibus omnibus

11. sign.

12. sign.

13. sign.

14. sign.

Signa abortus eminẽtis.

1. sign.

2. sign.

3. Sign.

4. sign. genitura, & fœtus tandem succedet. Et si fœtus fuerit, cognoscemus quia quod exibit præter aquositatem, aut sanguinem erit quid concretum & aliquo modo formatum. Si autem fuerit genitura quæ nondum aliquam fœtus formam acceperit, cuiusmodi esse solet in primis diebus, difficiliorem sui cognitionem præbebit; erit tamen materia fluida, & sanguinea nullam ferè spetiem à sanguine diuersam præseferens, distinguemus tamen talem fluxionem esse abortum, si talem materiam fluxam in tepida aqua reposuerimus, quæ si tota sanguinea reddetur, & omni amissa consistentia fluida fiat nullam concretionem retinens sed in aquam facilè soluatur, statuendum erit illius effluxum abortum minime fuisse; at si eadem materia aquæ permixta concretionem aliquam seruauerit, & partim non, & præterea si pars concreta ad album vergeret, secundum verò partem fluidam ad rubeum, argumentum erit abortum esse ipsius genituræ, materiæ inquam seminalis cum sanguine menstruo permixtæ. Accedit etiam, quod talis abortus in primis diebus potissimum continget, in quibus mulier se concepisse affirmat; at si fœtus fuerit, longius à principio conceptionis eueniet.

6. sign.

De signis differentiarum abortus. *Cap.* LXX.

QVia ad distinctam notitiam abortus, non sufficit cognoscere abortum in genere, eumque longius futurum, & imminentem, sed requiritur etiam cognitio spetierum, & causarum, ideo de signis differentiarum agendum occurrit; & in primis si abortus fiat ab externis causis, hoc nobis referet patiens, vel astantes, tales verò causæ cum & necessario, & non necessario, occurrentes sint, distinguemus, si prodierit à causis necessario occurrentibus, quia in alijs nullus error commissus erit, vel vice versa. Vnde si ex aere occasionem habuerit abortus, hyems præterijt australis, & humida, ver autem squalidum & siccum, si ratione cibi, & primo tenuioris, ieiunium præcessit, si ex pleniori, crapula, & ebrietas, si in alijs peccatum fuerit, nempe in qualitatibus primis, in prauitate, & alijs, ex patientis relatione assequemur, ita circa reliqua eius ordinis discurrẽtes causas facile distinguemus, quod si in victu nullus error comissus fuerit, sed in alijs potius, quæ necessario non occurrunt, tunc præcessit saltatio, percussio, assumptio purgantis medicamenti, vel eorum quæ calefaciendo, & fundendo aperiunt, vel à proprietate abortum faciunt. At si secundum omnes dictas causas externas rectè se gesserit, indicium erit abortum ab internis prodire, atque tunc pro illarum distincta cognitione per ea signa discurendum erit, quæ nobis indicare possunt abortum fieri vitio fœtus, vel veri, aut matris; nam si fiat solius vteri causa principaliter affecti, nulla aderunt inditia ex parte fẹtus, vel matris, aut aliarum partium, sed fẹtus vnà cum matre tum ratione totius tum partiũ omnium integra sanitate fruetur. Vteri autẽ affectus cum non vnicus, sed multiplex habeatur,

Signa abortus ab externis causis.

Signa abortus à causis necess. occur.

Signa abor. à causis non nec. occu.

Signa abor. ab internis causis.

Signa abor. ab vtero.

habeatur, distinguemus, quia si morbo in intemperie cum materia, & sine materia detineatur, cognoscemus intemperiem recurrēdo ad signa eam sequentia, calidior quidem ex feruore circa partes vteri habebitur, frigidior ex sensu frigiditatis, humiditas verò ex madore. Si huic intemperiei materia accesserit, cognoscemus ex relatione mulieris, quæ uel fluxum mēstruorum patietur, vel illius materiæ aquosæ; & excrementitiæ, quæ toto conceptionis tempore sensim generatur, & inter membranas aggregatur; cuius exitus tempore partus reseruari solet, vt facilius sequatur, vel acceprabula mucore plena, & laxiora erunt, de quo signo Hip. loquens secundo de morbis muliebribus inquit, si acceptabula mucore plena fuerint, menses pauciores erunt, & quod effluit mucosum tenax, & mordacitatis expers obseruabitur. Si autem vterus mala cōpositione corripiatur, & primo natiua, concurret secundum nimiam sui paruitatem, cuius causa ex Galeno lib. de superfœtatione mulieres abortum perpetuò patiuntur, qui potissimū fiet in iuuencula, & in habente corpus paruum, & sæpius in postremis mensibus, si eadem paruitas adscititia potius fuerit, tumoris signa cōspicientur, vel etiam adnatæ carnes. Et si tumor in causa fuerit, esse potest calidus, vel frigidus, si prioris generis fuerit, aut inflammatorius, aut herisipelaceus erit, & quicunque fuerit, conquerentur mulieres de magno dolore, & feruore circa vteri regionem, ad quos tumores febris etiam comitabitur, quę tamen intensior, & acutior erit meritò erisipelatis, quam inflammationis. Si tumor frigidus fuerit, proposita signa non aderunt, sed conqueretur potius mulier de quodam pondere iuxtà vteri regionem. Si autem causa in solutam vnitatem referatur, eam cognoscemus recurrentes ad signa indicantia vlcus, vel ligamentorum disruptionem, quorum causa dolor etiam in vtero aderit, & meritò vlceris ipsius vteri sequentia symptomata regionem tantum vteri molestabunt; atsi ligamenta disrupta fuerint, dolores vrgebunt secundum partem anteriorem, & posteriorem, dorsique regionem Præterea meritò vlceris, & disruptionis vasorum ex vtero materia exibit, distinguemus autem vtramque causam respicientes in huius materiæ copiam, qualitatem, & exeundi modum. Si namque materia ista ab vlcere prodierit pauca erit, si à vasorum disruptione copiosior. Præterea ex parte vlceris eadem materia erit saniosa, ex parte ligamentorum aquosa potius, & serosa. Præterea ex parte vlceris acris, & corrodens erit, ac proinde cum dolore exiens; meritò autem ligamentorum erit citrà corrosionem, & exitus eius sine dolore. Si deinde abortus fiat vitio infantis, cum à parentum semine alteretur, & præcipuè à Patre, cognoscemus ex relatione parentum. Et præterea recurrēdum erit ad signa malam eorum dispositionem indicātia. At si læsio fuerit extrà vterum cum esse possit in toto corpore, vel aliqua eius parte, si in toto, esse potest morbus calidus, vel frigidus, & ad vtrūque morbi genus sua propria symptomata sequentur, vt ex parte morbi frigidi hydrops, & malus corporis habitus, ex parte verò calidi febris molestet. Tandem si abortus fiat vitio partium, vel in illis erit, quæ vtero sunt vicinæ, vel longinquę, si primum, vitium esse potest in intestinis, vesica, renibus,

Signa uteri ī itēp.

Signa vteri affecti morbo in mala cōposi.

Signa tumoris uteri calidi.

Signa tumo. frigi.

Signa abortus uitio infantis.

Signa partium aff. ctarum.

bus, vel mesenterio, quæ omuia vitia ob dictarum partium vicinitatem cũ ipso vtero facile eidem communicari possunt. Vnde ob dissenteriam, tenesmum, vel locij difficultatem, & acrimoniam expultrix ita stimulari potest, vt fœtum etiam eiiciat, ob magnum verò consensum, quem vterus habet cum mammillis, si copiosum lac ex illis fluxerit, tunc earum causa abortus etiam fier, Gal. etiam teste quinta aphorismorum quinquagesimosecundo, & decimoquarto de vsu partium capite octauo. Quod si læsio fuerit in alijs partibus, esse poterit in principibus, & in seruientibus & si in principibus, vel in corde, vel cerebro, vel hepate, ad quarum partium affectarum signa accedendum erit, eadem sit ratio de partibus inseruientibus.

De indicationibus abortus. Cap. LXXI.

Abortus, rõne qua est emissio fœtus imperfecti, si consideretur priusquam fiat, prohibendi indicatio ne fiat, orietur; sed ad integram maturitatem potius perueniat; cumque abortus ante debitum tempus fieri soleat, matris, vteri, vel fœtus, causa singulorum causis occurrẽdum erit, quarum ratione ea tria ita afficiuntur, ut necessarium sit immaturũ fœtum eijci. Quare ex parte fœtus cum vitiari possit à prauo semine parentum, corrigendum erit, non solum congrua victus ratione, sed aliis etiam; si autem vitio vteri, & primo quia intemperatior sit, auxilium in contrarium alterãs perscribendum erit, si materia accesserit recurrendum erit ad indicationes sumptas à materia pro cuius multiplicitate indicationes etiam multæ nascentur. Si malum fuerit in mala compositione, vt si uterus paruus fuerit, auxilium indicabitur vterum magnificans, & fœtum minus augens. Si viæ sint latiores, & laxiores, vt in profluuio menstruorum; indicabitur auxilium roborans, & adstringens. Si fuerit soluta vnitas, vt ratione vlceris, accedendum erit ad illius indicationes. Idem dicendum de inflammatione erisipelate, & aliis; si causa fuerit extra uterum uel erit in toto, vel in parte, si in toto, esse potest intemperies calidior à febre introducta, vel frigidior ab hydrope facta, inde auxilium oritur modo calefaciens, modo refrigerãs. Si causa fuerit, in partibus principalibus, vel non principalibus, pro diuersitate affectionum earum indicationes etiam diuersę orientur. Si abortus sit futurus, quia ab externis causis necessario, & non necessario occurrentibus occasionem habuerit illis omnibus pariter occurrendum, quemadmodum si hyemns austrina, & humidior præcesserit, mox ver frigidum & siccum succedat, aer in contrarium alterandus erit. Si etiam propter inediam, vel nimiam crapulam venturus sit, ex parte inediæ vires erunt reficiendæ, quẽadmodum meritò plenitudinis corpus inaniendum, & ita de cęteris causis statuendum erit. Si denique abortus actu fiat, cum eo tempore præseruandi occasio omnis ablata sit, indicabuntur potius auxilia adiuuantia, & facilitantia talem partum, atque tunc apperiendę erunt uię, & partes ad uterũ attinentes laxandæ, ut cum facilitate saltim expelli possit.

Indic. commun.

Indic. magis speci. indic. ab intemp.

Indic. à soluta unitate.

Indic. uitalis.

De

De prognostico abortus. Cap. LXXII.

SI abortum in genere consideremus, nō solum erit malū spernendū, sed maximi faciendū, cum ipsius cā miserę mulieres sępè intereāt, vel saltē in gr uiora symptomata incidāt vt habet ēt ab Hip. in lib. de morbis muliebribus, de superfętatione, & sexto epidemiorum sexto primo, com. 2. qđ potissimum contingit in postremis potius mensibus, q̄ in primis. Vnde in abortu si non fiat debita excrementorum purgatio per uterum, quę tamen pro parientis salute fieri deberet, sed illa omnino cohibeatur, vel aliqua ex parte: hęc materia, quia non solum excrementitia est, & penitus inutilis, prauitatem etiam concipit. Ideo pro locorum varietate, ad quę illa trāsmittitur, & decumbit, pro prauitatis malitia, affectuum etiam varietate, & molestia multipliciter infestat; vt si intra vterum detineatur, producere possit tumores, vlcera, cancros, & cętera eius generis: Si alibi transmittatur, & ad corpus totum decumbat; facere potest pruritum, scabiem, lepram, & huiusmodi. Si ad partes potius effluat, easque principales, & non principales, tunc perueniens ad cor tremorem, lipothimiam, syncopim, & pręfocationem causare potest. Si ad hepar obstructionem vel inflammationem. Si ad caput feriendo partes sensu tactus prędítas, vigilias, doloresque vehementes faciet, & dum fiunt, dolores, affligunt, præcipuè partes potius anteriores, quam posteriores; & ratio esse potest, quia ab vtero materia in caput ascendens per arterias potissimum mouetur, quæ copiosiores sunt in parte anteriori, quam posteriori. Secunda causa esse potest, quia pars ista capitis aptior facta fuit, ut per illam capitis excrementa euacuentur; in ea enim parte est futura coronalis, quæ cæteris partibus rarior, & magis porosa est. Si autē caput petierit occupando cerebri substantiam, & ventriculos eius, causabit grauitates, destilationes, vertigines, epilepsiā, & apoplexiā. At si eadē materia in alias partes non principales deferatur, & primo in mammas, cum quibus vterus magnam habet colligantiam, & ibi hæreat, producere solet tumores, abscessus, vlcera, & cancros. Eadem sit ratio de cæteris partibus, inter quas illæ, quæ cum utero maiorem consensum habebunt, vel saltem ad excrementa suscipienda aptiores, eo magis etiam symptomatibus detinebuntur. Si autem consideremus species abortus, pro illarum diuersitate prognosticum etiam diuersum faciendum erit; vnde abortus si ab externis tantum causis originem habuerit, non ita magnifaciendus erit, sicuti si ab internis factus fuerit: dum enim externæ tantum causę locum habent, supponimus etiam mulierem fœtum, & vterum benè habere; & hac de causa facilius possunt talem abortum citrà uitę discrimen sustinere; quam si ab internis causis factus fuerit, pro quarum tamen diuersitate varium prognosticum fiet. Quapropter quo plures causę internę ad abortum simul conspirabunt, quo ualentiores fuerint, eò etiam deterius prognosticandum erit; vt si mulier abortum patiatur, quia illius uterus humidior & laxior sit; & ex parte temperaturę totius, laudabilis sit intemperamenti.

Progn. in genere.

Progn. in specie.

Ex cohibita purga. quę mala nascatur.

Cur materia ab utero in caput ascēdēs mag. affligat partes anteriores.

Quod pgnost. in abortu à causis internis.

menti in ætate iuuentutis constituta, boni habitus, vires simpliciter robustas habeat, magni sit corporis, cui vterus proportione respondeat, sitque assueta non magno labore parere, nec magnos fętus, & contingat hanc abortum pati, longè minori periculo subiecta erit, quam si è contra res se habuerit.

De curatione abortus. Cap. LXXXIII.

Ordo seruandus in curatione.

QVæ sint præstanda in abortu, plura sunt, pro numero, ac diuersitate scoporum, primo itaque de illis præsidijs agẽdum, quæ respiciũt futurum abortum; sed priusquam mulier vtero concipiat, secũdo de illis, quæ ad eundem abortum diriguntur, sed post conceptionem quorum aliqua mulierem respiciunt gratia præseruationis à dicto abortu, longius tamen futuro, quædã meritò abortus proximè imminentis, non nulla ordinãtur ad abortum, qui actu fit, alia ad illum, qui à Medico fieri debet propter matris, aut fœtus conseruationem; non nulla tandem ad symptomata dirigentur, quæ abortum sequi consueuere: si sermo fuerit de præseruatione ab ipso abortu in muliere, quæ iam concepit, sanguinis missio quãdoque negligenda non erit, sed vbi aderunt scopi, tale auxilium indicantes, & nihil prohibeat, audacter sanguinis mittendus erit; vt mirum nõ sit, si etiam Aueroes septimo coliget in muliere prægnante sanguinis missionem probauerit. Quapropter cum tria potissimum sint, quæ sanguinẽ mittendum esse significãt, videlicet illius peccatum in copia, in forma, vel motu. Ideo si mulier redundantem sanguinem habuerit, aut ratione totius, q͂a habitus sit sanguineus, & plethoricus, aut ratione partis, vt si tempore quo concepit, fluxura erant consueta menstrua, conceptionis tamen causa retẽta fuerint. Si præterea ob illius copiam suffocationis periculum imineat, & ne nimio pondere vterus præmatur, quod illis potissimum accidere solet, quæ sanguineæ sunt, vel consueta aliqua vacuatio sanguinis per nares, vel hemoroides, aut vterum conceptionis tempore supressa sit, in his audacter sanguis mittendus erit quod rationem habebit auxilij minuentis, & vacuantis copiam eius, quod præsidium si neglectum fuerit, embrio facile corrumpitur, & abortus fit. Et si contingat, vt venæ plurimum turgeant, non semel tantum, sed bis, & pluries sanguis mitti poterit, & præsertim à secundo conceptionis mense usque ad quartum; vbi verò fœtus grandior fuerit, sanguinis missio suspitione non vacabit, nisi ob dictam causam, in postremis etiam mensibus mulier abortum pati assueta fuerit. Ideo ante hoc tempus vacuatio opportuna erit; si etiam eadem mulier febre putrida detineatur, ratione cuius immineat, ne sanguis etiam putrescat, ac proinde ipsa cum fœtu simul intereat, sanguis pariter vacuandus erit, rationẽque habebit auxilii refrigerantis, & sanguinem à putredine præseruantis. Si denique in eadem muliere sanguis in vterum cum impetu confluat, cuius fluxionis causa abortus iminecat, vel vteri inflammatio, vel expultricis irritatio, dubitandum non erit tunc etiam sanguinis missionem conuenire

Tria sunt quę sang. mis. idic. copia sã gui. indicat simpliciter euacuans.

Missio sãgui. ut habet ratiõnẽ auxil. refrig. sãg. mis. ut habet rõnẽ aux. reuel.

sed

ſed tamen vt rationem habet auxilij reuelentis, & ſanguinis motum in vtero compeſcendi; eadem ſit ratio, ſi in pleuram confluat inflammationem faciendo. Quo ad quantitatem id ſeruandum, ne in magna copia ſanguis extrahatur, hac enim ratione patienti mulieri occurremus, & fœtui debitū alimentum non ſubtrahemus; poteſt deinde ſanguis mitti tum ſenſibiliter nempe venæ ſectione, aut cucurbitulis, tum inſenſibiliter, vt per inędiam, ſenſibiliter mitti debet, vbi magna eſt ſanguinis redundantia, vel ipſius cā magnum aliquod periculū imminet: Tunc enim cogimur quam primum agere, hoc autem aſſequemur ſanguinem mittendo ſenſibiliter, ac proinde per venam ſectam, vel cucurbitulas ſcarificatas; eiuſdem verò inſenſibilis euacuatio cum non niſi longiori tempore fieri poſſit, ideo locum etiam habebit quotieſcunque malum eſt exignum, & mite, vt nullum vitæ diſcrimen pręſeferat. Ex parte verò loci illud etiam erit obſeruandum, vt per partes ſuperiores potius, quam inferiores vacuemus: hac enim ratione non ſolum copiam ſanguinis minuimus, & à putredine præſeruamus, uerum etiam illius impetum, quem habet in vterum, in partes oppoſitas retrahimus, & retrahendo ab abortu mulierem vindicamus. At ſi per inferiores venas ſanguinem euacuauerimus, nec propoſitis ſcopis ſatisfaciemus, nec mulierem ab abortu præſeruabimus, ſed maiorem impetum ſanguini præbebimus, vt per vterum & per locum conſuetum effluat. Quod ſi contingat, ſublato fœtui alimento, etiam abortus neceſſario ſequetur. Temporis denique ratio in mittendo ſanguinem habenda erit, quandoquidem in primis, & poſtremis menſibus concepti fœtus à quacunque valida euacuatione deſiſtendum eſt, ſiue illa per ſanguinis miſſionem, ſiue per medicamenta purgantia, ſiue per diuretica futura ſit, ſed tutius erit in mediis menſib. hæc præſtare: Et ratio eſt, quia fœtus in primis, & poſtremis menſibus facilius corrumpitur, abortumque patitur, quam in mediis; in primis quidem, quia per id tempus ligamenta fœtus ſatis imbecillia ſunt, in poſtremis verò, quia copioſiori alimento eget; ideo ſi ſanguis minuatur, fœtui alimentum ſimul etiam ſubtrahitur, cuius deinde carentia corrumpitur, & pręter conſtitutum naturæ tempus ab utero exit. In qua re fœtus ſimilis admodū fructibus eſſe uidetur, cum ob eaſdem cauſas, circa generationis ſuæ initia, & maturitatis tempus, à debili etiam concuſſione decidāt. At ſi ſermo fuerit de abortu curationis gratia, ſi contigerit, vt mulier poſt abortum à conſuetis ſuperfluitatibus non purgetur, opem naturæ ferre debemus cū ſanguinis miſſione per venas inferiores facta, præſertim ſi corpus fuerit ſanguineum. Quod ſi abortus propter inędiam, corporiſque extenuationem factus eſſet prætermiſſa quacunque euacuatione ſolo victu vires reſtaurante occurrendum erit.

Quātitas ſang. mittendi.

Materia auxil. vac. ſang. ſenſibiliter.

Locus mittēdi ſang.

Tempus uacuandi ſang.

Quid agendū in abortu curationis gratia.

De Pharmacia. Cap. LXXIIII.

PHarmacia uel reſpicit imminentem abortum, prohibendo ne fiat; uel dirigitur ad mulieres, quę nondū concepere cum tamen concipiunt,

Phar. multip. Prçseruās ab aborn. De præser. abor. ante concep.

abortum pati consueuere, uel in eas ordinatur, quæ sunt in actu abortus autin illas tandē, quç abortum iam passç fuere. si mulier assueta fuerit abortum pati, utilius erit omnia præstare, priusquā concipiat, ne conceptionis tempore superueniente, fçtus corrumpatur, quā post conceptionem imminenti abortui, uel actu existenti occurrere. Quare de hac præseruatione primum agendum, quā ut assequamur diligenter inquirendum est, quam ob causam abortus ili aduenіat, an uidelicet uitio uteri, uel fœtus, aut matris, uel omniū, uel plurium; sic enim causis antea optimè perspectis, facilius erit congrua remedia inuenire, atque modo uni, modo pluribus, modo paucioribus causis futuri abortus occurrere. Si igitur ex uitioso parentū semine abortus nascatur, ut si aquosius, uel paucū, aut prauū fuerit, cuius ratione formatrix facultas nequeat diu ipsum regulare, & agendo ipsū disponere, prout ad conceptionem, & integram fœtus formationem requiritur, uictus potissimum ratione dictis uitijs accommodata utēdum erit, ut meritò paucitatis seminis cibus tum paulo plenior; tum optimi succi, magnique nutrimenti eligendus sit, hoc enim non solum deperditum restaurabitur, sed etiam, quod post nutritionem superecerit, in semen uerti poterit. Si autem causa in uterum potius referatur, quia uidelicet facultas eius sit labefactata, vel impedita, & labefactetur ab intemperie præsertim humidiori, & materia mucosa, & flatulenta, à qua ligamenta rumpantur, & os matricis dilatetur, cum euacuantibus, & exicantibus progrediendum erit; de quibus alibi loquuti sumus, deinde vterus roborandus erit cum ijs, quæ intus, & extrà admoueri possunt, nempe cum diambra, electuario de margaritis, diamoscu cum theriaca, & mitridato, extrà verò cum Auicenna balneis calefacientibus, & siccantibus sæpius vti poterimus, de quibus antea sermo habitus fuit, deuitet aerem frigidum, & humidum, quietem & ocium, somnumq; longiorem, & diurnum fugiat, cibum frigidum, humidum, & flatulentum dimittat calidum verò & siccum eligat, qui alterari etiam poterit cum aromatibus. Si autem facultas impedita fuerit à morbo in mala compositione, vel soluta unitate, nisi uterque affectus prius auferatur, post conceptionē abortus expectādus erit, queādmodum si vterus paruus fuerit, ut fœtum usque ad integritatem continere nequeat omnibus rationibus amplificatio tentanda erit: Quare post præmissam totius euacuationem cum Hippocrate in libro de superfçtatione utendum erit materijs auxilij dilatantis, & uteri paruitatem extendentis. Quod fiet aperientibus, laxantibus, & amollientibus, ut meritò aperientium, Hippocrates probet intromissionem medicamenti cucumerarij, coloquintidis, elebori nigri, radicum gladioli, & similium; ut si acceperimus medullam cucumeris agrestis in puluerem subtilissimum redactam, & pro scrupulo uno dicti pulueris unicam unam mellis cocti superaddamus, pulueris gladioli scrupulos duos, & misceamus; quod medicamentum excipi debet in summitate candelæ tenuis, & in uuluam, intromittenda, ita ut non solum ad ceruicem eius, sed ad internum os penetret, tamdiuque detineatur, donec materia illa ab uteri interna substantia & capacitate attracta, susceptaque

præser. ab abortu ob sem. uicium.

pharm. respic. uteri affecti intemper.

Materiæ auxilii robor. uterum.

Victus ratio.

Materiæ auxi. amplific. uterum.

Materiæ auxilii aperientis.

que fuerit,& eodem modo cæteræ etiam materiæ in usum uenire poterũt; Quæ cum acriores sint ut harum immoderatus usus acrimoniam, dolorem, & excoriationem inducere facile possint, ideò earum applicatio assidua esse non debet, sed diebns interpolatis, ex quo tempore intermedio non erit quiescendum, sed emollientia etiam, & laxantia adhibenda, à quibus uteri substantia magis laxata ad ampliorem magnitudinem deducatur. Quare inunctiones adhibeantur, ex oleo liliorum alborum amygdalarum dulcium, mucilagines lini, pinguedinis anatis, gallinæ, & similium, in eisdem oleis sessiones etiam fieri poterunt, quas si ratione paupertatis perscribere Medicus non poterit, subministrandæ erunt sessiones ex iure castrati pinguiori, passularum dulcium, radicum altheæ maluarum, matrum uiolarum, & similium. Quo ad uictum debet hæc mulier cum Hippocrate uti cibis flatulentis, ut eorum præsentia paruus uterus extensionem & magnitudinem suscipiat, cuiusmodi est alium, raphanum, caules, & huiusmodi. Si mulier assueta fuerit multum, uel parum comedere ut cibi nimia copia, uel inopia abortui occasionem præbeat, cibus commoderandus erit. Si ratione oris matricis amplioris abortum passura fuerit, præter usum medicamentorum stipticorum, de quibus actum fuit in sermone de profluuio menstruorum, cibus etiam; & reliqua tota victus ratio cum adstringentibus paranda, alterandaque erit, de qna pariter loco citato abunde actum fuit. At si mulier iam conceperit, & assueta sit abortum facere, prouidendum, ne sequatur; Quod fiet, si futuri abortus causas cognouerimus, & quia omnes eò referri uidentur, ut viæ præter debitum tempus aperiantur, laxentur, & uincula soluantur. Ideo si ob dictas causas abortus immineat, corroborantibus, & adstringentibus progrediendum erit, atque his pariter intus, & extrà adhibitis, cuiusmodi erunt coralia rubea, & alba, sandala, rosæ, mirtus, acacia, plantago, simphitum mirrha; bolus armena orientalis, ambra, cinis nucum pineorum ustarum, trocischi de carabe, de terra sigillata, dia margaritum, & ut unico uerbo dicam, ea omnia huc referenda erunt, quæ in curãdo immoderato fluxu menstruorum dicta fuere; in quorum omnium usu illud perpetuò in praxi obseruandũ, ut pro uehiculo aliqua dulcia per misceamus, quorũ causa reliqua ad vterũ deducant; & eorũ usus tũc potissimũ habendus erit, quãdo adest p̄sẽtia indicãtis, et absentia prohibentis ut si febris aderit, ex adstringentiũ usu, maiora augumenta suscipiet, ideo pro hibentis rationem habebit, atquè tunc ab illis desistẽdũ, quæ intus exhibẽtur, et in eorum usu uersandum potius erit, quæ extrà applicantur, cuius modi sunt balnea, inunctiones, emplastra, pessaria, et reliqua eius ordinis, de quibus consultò non agam; cum loco citato abundè satis de his actum, fuerit, non prætermittam tamen ea addere, quæ ab occulta proprietate, ab abortu præseruare possunt, cuiusmodi est Cancer fluuialis tritus, & in potu datus, coagulum leporis prægnantis, asungia etiam sincera, ex suæ quæ non peperit per modum colirij subdita, ex quorundam sentẽtia ob abortu præseruat; quibus accedunt alia, quæ gestata idem præstare affirmant,

modus agendi.

Materiæ auxilii laxantis. Sessiones.

Victus.

Cura ex ore uteri latiori.

Præserua. futuri abor. ĩ muli. quæ iã concepit. Mate. auxilii astri.

Monitũ in praxi obser.

Quæ a tota substãtia.

quemadmodum est adamas, si in digito gestetur, sic Zaphirus, hiacintus, corneola, turchesia, coralium, & huiusmodi gestata eandem vim possident; sunt qui probant vermiculos in gramine inuentos, si collo alligentur. Sic lapis aquilinus brachio alligatus abortum prohibet. Aiunt etiam ceruam cum se prægnantem sentit lapillum deuorare, qui in excrementis eius reperitur, utisi collo alligetur, partum custodit: si deinde abortus futurus sit ob superfluas humiditates vterum, & ligamenta nimis laxantes, occurrendum erit cum mundificantibus vterum ab omni mucosa humiditate, & cum exicantibus humidiorem intemperiem; si ex copia flatuum potius fiat, illorum discussio, curatio erit: si ex nimia corporis macie corpus impinguandum cum cibis optimi succi, quemadmodum si ob repletionem, inaniri poterit, cum ieiunijs, exercitijs, balneis, aereis, vel sulfureis, de quibus omnibus actum pariter fuit, in sermone de menstruorum supressione, & immoderato fluxu. Si ex vteri tumore scirrhoso, inquam humoroso, aquoso, flatuoso, vel mola, abortus futurus sit, optimum erit ante conceptionem ea omnia extirpare, materiam humorosam, & aquosam vacuando, flatulentam discutiendo, molam, & scirrhum estirpando, & intemperiem quamcumq; remouendo. Vbi autem periculum fuerit de abortu, sed non ita imminens, & proximum, tutius erit in initio validiora adstringentia dimittere, & à lenioribus auspicari; illaque extra potius, quàm intus admouere, & dum hoc fit dorso potius, quam parti anteriori applicanda erunt, quia hæc abdominis dilatationem constringere poterunt, & ita abortum prohibere de quibus pariter sæpius dictum fuit. Si denique abortus fiat expultrice vteri irritata ab acrioribus humoribus in eo contentis, vel aliunde defluxis, quorum causa fœtus corrumpitur, isti pariter ante conceptionem purgandi erunt, & cibo, ac potu laudabili nutriendæ, aliter prægnationis tempore suppræssis menstruis permiscebuntur cum ea portione alimenti, quæ ab vtero fœtus nutriendi gratia trahitur, vt ex tali prauo alimento fœtus male alatur, & mulier ante, & post abortum grauioribus symptomatibus subijciatur, à quibus omnibus, vt mulier præseruetur, ante conceptionem propositis causis occurrendum erit. Quod fiet, si ex parte humorum acriorum iam genitorum, purgatio adhibeatur, & merito partis generantis, nempe hepatis calidioris, cum refrigerantibus contemperetur; mox cibis optimis & temperatis longo tempore mulier alendæ erit. Si deinde abortus in actu iam sit, vel fiet cum facilitate & citò, tunc nihil agendum, sed totum negocium naturę rrctè operanti committendum erit; at si cum difficultate, & longiori tempore fiat, tunc naturæ opem ferre debemus, abortum facilitando, & accelerando, quod fit adhibendo aperientia, & laxantia intus, & extra, de quibus latius infra agemus, quando de partu difficili sermo erit.

Marginal notes:
- præseruatio abor. ob superf. humidit.
- præser. abor. ex macie.
- præser. abort. ex pingue.
- præser. abort. ex scirrho.
- præser. abor. ab expul. irrit.
- cura abo. præsentis.

De partu difficili. *Cap. LXXV.*

IN hoc ipso symptomatum genere collocatur etiam partus difficilis, qui aliud non est, quam emissio fœtus perfecti magno dolore, & labore ab vtero facta. Quod symptoma tum in alijs, tum in eo distinguitur ab abortu, quia in difficili partu fœtus perfectus est, ex Hippocrate primo de morbis muliebribus in abortu verò imperfectus; secundo in partu difficili magno labore, & dolore fœtus ab vtero semper expellitur, quod inter cætera animantia homini potissimum competere videtur, ex Aristotele septimo de Historia animalium capite nono, in abortu verò sæpius contingit cum facilitate & breuitate fœtum emitti. Quæ autem sint causæ propter quas facultas expultrix in tali partu difficili tantum laboret, inuestigandum est, plures autem ab Auicenna, & alijs proponuntur, & historicè potius enumerantur, de quibus vt methodo aliqua sermo habeatur, statuendum erit facultatem vteri expultricem in difficili partu laborare, vel quia sit labefactata, vel impedita, si primum, ob quamcumque intemperiem fieri potest, & præcipuè si insignis ilia fuerit, potissimùm verò à frigidiori, & siciori, sicut enim per humiditatem viç lubricæ redduntur, & expultrix validè operatur, ex siccitate contrarium euenit, cum illius causa expultrix tantum debilitetur, quantum retentrix maius robur acquirit, & viæ pariter imparatæ magis redduntur, & ob vtramque hanc causam partus magna difficultate fieri solet; per intemperiem verò frigidiorem calor minuitur, & expultrix facultas languet. Ideo non solum tarde, sed etiam cum labore partum expellere potest. Si eadem facultas fuerit potius impedita potest impediri à causis internis, & externis, & si ab internis vel vitio contenti, vel continentis, si contenti causa referenda erit in fœtum, vel aliquod adnatum, si continentis, vel erit continens proprium, vel commune, si proprium vitium erit ex parte vteri, & ligamentorum eius, si commune, erit ex parte ipsius matris, quæ concurrere potest vel secundum totum corpus, vel secundum aliquam partem ab vtero distinctam, quæ causæ declarandæ sunt, & in primis si vitium fuerit ex parte fœtus, esse potest viuens ad motum tamen, & calcitratum faciendum imbecillis, vt cum difficultate ex vtero possit exire; vel vitium esse potest penès eiusdem fętus quantitatem continuam, vel discretam, si in continua concurret fœtus ratione qua magnus, vel paruus, si magnus fuerit siue totius ratione, siue alicuius partis determinatæ non nisi difficilem exitum habere poterit, præsertim si loca, per quæ mouetur, angustiora fuerint, vt contingit in iuuencula, vel saltem in muliere paruæ staturæ. Cæterum vbi fœtus magnus est, siue secundum totum corpus, siue partem determinatam, vtraque magnitudo esse potest naturalis, & præter naturam, qualis erit fœtus hydropicus, seu quouis alio modo preter naturam intumescens, aut si caput magnū habuerit, utroque enim modo pariendi difficultas nascetur, si autem idem fœtus paruus fue-

Differ. abortus à diffi. par.
1. differ.
2. diff.

Causa dific.

Fac. expl. vteri dup leditur.
Quæ intemp. faciat diffi. par.

Causę impedi. expul. vteri.

Causa ex parte fetus viuentis.
1. si imbecillior.
2. si mag.

rit, tunc minus grauãdo, ac molestando expultricem, erit in causa eiusdẽ difficultatis partus; si autem peccatum fuerit in quãto discreto, concurret fœtus ratione, qua duplicatus est, tunc enim ex libro de superfœtatione gemelli si eodem tempore exitũ quærãt, sunt in causa difficultatis partus, si etiam error in figura fiat esse potest in modo exeundi, ut si exeant secundũ pedes, brachia, uel clunes, quod non solum gemellis, sed unico etiam fœtui contingere potest; circa eundem fœtum considerare etiam possumus sexum, difficilius enim paritur fœmina ipso mare, quia ob imbecillitatem non ita fortiter ad exitum mouetur calcitrando, & membranas rumpendo. Si deinde fœtus mortuus fuerit, ut sola expultrix uteri, uel totius ad partum cõcurrat, maiori difficultate sequetur, & eò magis, quia partus non fit, nisi membranæ rumpantur, quarum solutio à fœtu uiuente & calcitrante potissimum fit: si deinde pariendi difficultas fiat potius ex parte vteri, uel uitium habebit secundum propriam sui substantiam, uel in adnatis, uel circumiacẽtibus partibus. Si in propria substantia fuerit, concurret ratione, qua siccior, uel paruior, ut ratione siccitatis expultrix difficilè agat, & retentrix ualidius retineat, meritò uerò paruitatis, & angustiæ loci, fœtus uix moueri, & ad exitum præparari potest, Ideò citrà difficultatem ob dictas causas partus fieri non poterit. Si idem uterus concurrat secundum ceruicem, locum habebit non solum illius obliquitas, uerum etiam calus, uel caro adnata, quorum præsentia partus non modò difficilis; sed quandoque etiam impossibilis est: si ossa etiam pubis nimis conserta fuerint, ut facilem dilatationẽ non patiantur, ex paulo, & Ætio eadem pariendi difficultas orietur; quod si uitium aliquod fuerit extrà uteri substantiam, esse potest in membranis eius, uel in circumiacentibus partibus, in membranis quidem, ut si tenuiores fuerint, cuius tenuitatis causa ruptionem patiantur, & ita humiditas omnis ante debitum tempus effluat, huius enim priuatione uiæ uteri sicciores factæ partum difficilem reddunt, si autem uitium fuerit in partibus circumiacentibus, esse potest repletio excrementorum in recto intestino, vel copiosius locium in vesica, aut lapis, uel earundem partium inflammatio, aliusuè tumor: si uitium fuerit ex parte mulieris, esse potest quodlibet morbi genus, siue totum occupet, siue partes, easq; principales, aut inseruientes, pluresq; aut pauciores, ex parte quidẽ totius cõcurrit mulier penès res naturales, nõ naturales, & præter naturã, ut meritò rerum præter naturam concurrat febris expultricem facultatem labefactãdo. sic ratione frigidæ intemperiei eadẽ debilitatur, & vterus dẽsatur, ut rectè se cõtrahere nequeat, ac ꝓinde nec ualidè fœtũ expellere ex parte rerũ naturalium concurrit tẽperatura, habitus corporis, ætas, consuetudo, tollerantia, et similia; concurrit quidẽ corporis habitus, ratione, qua gracilior, et præsertim secundum ilia, cuius causa musculi dictarũ partium in actu pariendi integro munere fungi nequeant concurrit secundo ratione qua obesus, & pinguior est, in quo habitu uiæ sunt strictiores; si cut enim in tali habitu conceptio impeditur, quia uiæ comprimuntur, sic post conceptionem ob eandem causam partus laboriosus sequitur. quo ad

ætatem

Marginal notes:
3 si paru
4 si gemi nus.
5 si in mõ exeundi.
Si ex parte sexus.
Si fœtus mortuus fuerit.
Causæ partus diffic. ex parte uteri.
Intem p. sicca, paruitas uteri.
Obliquitas ceruicis.
Diffici. dilatatiõis ossiũ pubis.
Cãæ diffi. partus ob membranas.
Cãæ diffi. ob partes circumiacentes.
cãæ diffi. ex parte mulie.
Si ex parte feb.
si ex parte rer. na.
Corporis habitus gracil.
Corporis habitus crassior.

ętatem ex Auicenna difficulter parient, quæ iuniores & seniores extant, iuniores quidem, quia vterum paruum, & vias angustiores habent; quæ uerò ad senectutem magis uergunt, quia debiles fiunt, in partu etiam edendo plurimum laborant: meritò consuetudinis: quæcumque ad pariendum assuetæ non fuerint, difficultatem habebunt vias enim vteri amplas non habent, & præterea non æquè benè ad partum se accommodare norunt. Tandem quo ad tollerantiam, extant mulieres, quæ partum facilius, uel difficilius tollerant, ob partium sensum magis, uel minus exquisitum, inde facilitas, & difficultas pariendi fieri solet, quibus internis causis externæ etiam addendæ sunt, atque illæ, quæ necessariò, & non necessariò occurrunt, prioris generis cum Auicenna erit Aer calidior; uel frigidior, nam meritò frigoris corpus totum, Vterusque ipsæ magis densatur, & meritò caloris uirtus debilitatur, talis autem redditur Aer ratione regionis, vel temporis Anni, de quibus causis Hippocrates etiam locutus est, libro de locis, Aere & aquis, vbi statuit eas fœminas difficulter parere, quæ regiones calidiores, uel frigidiores habitant, à quibus locis facultas expultrix labefactatur, & à potu crudioris aquę os pudendi nimis adstringitur. Cibi etiam, nimia inædia, uel eiusdem copia, coitus immoderatus, prægnationis tempore factus difficilem partum adhuc efficere possunt, uel etiã ex Hippocrate libro de superfœtatione infans debilis vnà cũ matre reddi potest: Quo ad causas non necessariò occurrentes, quæ difficilem partum efficere possunt, medicamenta adstringentia erunt, siue intus, siue extrà adhibeantur, & medicamenta odorata naribus mulieris admota, vtero verò mali odoris potius applicata, priora enim uterum sursum trahendo, alia verò eundem ad superiora pellendo partus difficultatem facere possunt; omitto imperitas obstetrices, quæ leui aliquo dolore prægnãti superueniente mulieres in sela collocare solent, & multa ante constitutum à natura pariendi tempus agere, quæ potius partum difficilem, quàm facilitare possunt. Quare ex dictis causis concludendum erit, quod difficultas partus est emissio fœtus perfecti ab vtero facti longo tempore, & magno labore facultate labefactata, vel impedita.

Aetas. Consuetudo. Tollerantia. Causæ externæ. Aer. Cibus. Cohitus. Medica. Obstetrix. Deffi. dif. partus.

De differentijs partus difficilis. *Cap. LXXVI.*

EXplicata essentia, & natura partus difficilis, reliquum est, vt ex eadẽ illius species colligamus, quæ à partibus dictæ essentiæ explicatæ oriuntur, ac proinde à forma, loco affecto, & causis efficientibus, à forma qdem, cũ difficultas partus sit emissio fœtus, perfecti esse potest, viuẽtis, & mortui, vnius, vel pluriũ, maiori, vel minori labore facta, & quomodocumq; contigerit, vel longiori, vel breuiori tempore terminabit à loco verò affecto, cum sit vterus, dicimus partum difficilem fieri vtero affecto primario, vel secundario, vel totius vel partis determinatæ causa, & pro partium diuersitate ad partum difficilem concurrentium totidem etiam differentiæ nascentur. Postremò accedunt differentię,

Differ. à forma. Differ. à loco affe. Differ. à causa (ef-fec.

quæ

quæ a causa effectrice capiuntur, ex quo fonte totidem pariter speties oriuntur, quod fuere enumeratæ causæ, ita vt partus difficilis alius ab externis causis, alius ob internis prodeat. & si ab internis, uel à facultate vteri labefactata, uel impedita causatur; & si labefactata fieri potest, ab intemperie calidiori, frigidiori & sicciori, si fiat ab eadem facultate impedita, impediri potest à morbo malæ compositionis, uel solutæ unitatis; si uerò uterus secundario afficiatur, tunc vel gratia totius, uel partium continget & si totius, concurrere potest secundum temperaturam, ætatem, habitum & cõsuetudinem: si autem causa in partem determinatam deferatur, esse potest principalis, & nõ principalis; & si nõ principalis, est rectum intestinum, uesica, hæmorhoides, mẽbranæ ipsius fœtus, & cæterę. Idem statuendum de principalibns externisque causis quarum omnium numero, totidem differentiæ correspondebunt.

De signis partus difficilis. *Cap.* LXXVII.

CVM sępius contingat propositi affectus speties latentes esse, ac proinde ad sui notitiam artificiosam coniecturã expostulare; hinc oritur necessitas tractandi etiam de signis, quorum alia manifestant partum difficilè in genere, alia uerò singulas species distinctè declarãt; priora signa in duplici adhuc differentia sunt, quædam indicant difficultatem partus præsentis, & de istis non opus est agere, cũ sensibus talis, difficultas nobis clarè innotescat; quædam uerò diriguntur ad partum difficilem futurum. & iste vt cognoscatur, pluribus indiget signis. Quare respiciendum in primis erit, ad mulierem prægnantem, illam considerando ex parte rerum naturalium, an uidelicet laudabilis sit temperaturæ, uel ab hac potius recedat, si primo modo se habuerit, quantum sit ratione huius, futuri partus facilitas indicabitur, nec præter ratiouem, quia cum tali temperatura facultas omnis naturalis suum robur seruat; si uerò aliter se habuerit, vel parũ, uel plurimum recedet à naturali statu. atque hinc indicium capietur futuri partus magis uel minus difficilius. Secundo concurrit penès ętatem, pro ut iuuencula, uel ętate prouectior fuerit, si iuuenis extiterit, nec amplius pepererit, tnnc ob alias causas, tum maximè ob uiarum angustiam difficultas partus significabitur; si uero prouectior fuerit, uel ad ætatem senilem accedet, vel in florẽti ætate erit constituta, si primo modo se habuerit, tunc ob uirtutis imbecillitatem difficilis partus sequetur: At si in florenti ætate posita fuerit, uirium robur, quod per talem ætatem habetur, partus facilitatem pollicebitur, & præsertim si fuerit assueta parere; ex parte deinde habitus corporis esse potest pinguior, macilentus, vel mediocris, ratione pinguioris, & macilenti, partus difficilis significabitur; quæ verò mediocrem seruabit in patiendo etiam facilitatem habebit; nec sufficit mulierem considerare penès dictas res naturales, sed eandem etiam intueri oportet secundum res non naturales, & præter naturam, ut meritò rerum non naturalium mulier prægnans esse possit in Aere, & Anni tempore

Marginalia: Signa multiplicia sunt. — Signa indicantia partum diffic. futurum. — Ex tempera. — Ex ætate — Ex habitu corp. — Signa a rebus non naturalibus. — Ex aere.

re calidiori,& frigidiori,uel temperato, meritò ambientis frigidi, partus fit difficilis, quia uiæ constringuntur; meritò uerò calidioris,quia exiccantur,& uirtus imbecillior redditur, at meritò Aeris temperati uirtus in proprio robore seruatur,& uiæ nec constringuntur,nec exiccantur. Ideo partus facilior reddetur; Ex cibo etiam copiosiori,uel parcius sumpto, partus difficultas habetur,quia ratione inediæ facultas dissoluitur: à nimia uerò crapula,& ebrietate eadem opprimitur; At si nullus error in cibo commissus fuerit, partus facilior expectandus erit. Eadem ratio habenda erit de cæteris signis à reliqua uiuendi ratione desumptis. Si deinde eandem mulierem consideremus ex parte rerum præter naturam,multa extant signa, quæ partus difficultatem,& facilitatem indicabunt,quę à varijs affectibus accipi possunt, vt si mulier lapidem in vesica patiatur, uel tumorem aliquem circa partes ipsi vtero circumiacentes, cum ab istis egressus ipsius fœtus impediatur, non nisi magna difficultate egredi poterit. si eadem mulier conqueratur de doloribus,uel affligent partes anteriores, & circa pubem, & ex tali dolore necessariò non indicabitur partus difficilis, & præsertim si anhelitus bonus fuerit; at si cum Auicenna posteriores partes doluerint, difficultas partus significari poterit; & ratio esse potest,quia situs huius doloris indicat ligamenta fœtus, quæ ipsi dorso alligata sunt,robustiora esse, vt solui facile nequeant. Accedit etiam aliud signum ab exeunte desumptum; vbi enim fluxio materiæ aquosæ, & excrementitiæ longè ante partum per vterum copiosè effluit, illius difficultatem denotabit,quia ob carentiam talis humiditatis vterus, & ceruix eius eam consuetam lubricitatem seruare non potest, quam partus facilitas requirit. si deinde capimus diuersas etiam species inter se distinguere, ad specialia earum signa descendendum erit; & in primis si difficultas fiat ex parte fœtus,quia mortuus sit,aderunt signa mortui fœtus: Quare magnus dolor circa vmbilicum urgebit, in uteri regione nullam motionem sentiet mater; febris etiam uel aderit, vel statim futura est, anhelitus fœtidus obseruabitur. Præterea si mulier supra alterum latus decubuerit, mox in aliud latus moueatur,ad sui ipsius corporis motum fœtus simul mouebitur; quandoque exibit ex utero humiditas fetens,& uirulenta, cuius etiam causa non solum nascuntur conuulsionis deliria,vigiliæ,uerum etiam febres putridæ,& malignæ. Hinc casus virium omnium oritur, totiusque corporis insueta discoloratio. Quibus signis ea etiam addi possunt,quæ ab externis erroribus capiuntur; quemadmodum si præcesserit natatio in frigida,uel eorum usus,quæ fœtum enecandi vim retinent. si autem fœtus viuens fuerit,imbecillior tamen ex gracilitate mulieris ex cibi paucitate, & ex præcedentibus morbis significabitur. si autem secundum magnitudinem potius concurrat,obseruabimus regionem vteri magnum, & insuetum tumorem præseferre, nec proportionem cum proprio corpore seruare; Et præsertim si in reliquis prospera valetudine fruatur. si autem fœtus geminus fuerit, præter maiorem magnitudinem,indicabitur etiam, quia vel ipsa,vel mater assueta fuerit geminos parere. Et præterea post alterius

Ex cibo.

Signa sumpta à reb. contra naturam.

Ex lapide in uesica.

Ex dolore.

Sign. ab exeunte.

Sig. differentiarū.

Sig. diffi. ex parte fœtus mortui.

Sign. ab externis causis.

Signa fœtus uiuētis imbecillis.

Sig. diffi. ex par. fœtus mag.

Sig. diffi. ex gemino fœtu.

terius partum, nec corpus detumescet, nec dolor cessabit. Quod si eiusdem fœtus figura potius vitiata fuerit, cognoscetur ex inconcinitate conformationis parentum, & ex modo exeundi, quia vt plurimum secundum caput primo non exibit. Si difficultas nascatur ratione sexus, recurrendum erit ad signa proposita, & masculi, uel fœminæ conceptionem denotantiā, nam fœminæ maiori difficultate, quam masculi nascuntur. An uerò hæc pariendi difficultas ex parte vteri potius fiat distinguendum erit, an primario, vel secundario afficiatur. Quare si secundum reliquum totum corpus mulier benè se habuerit, difficultas hæc soli vtero tribuenda erit, quo autem morbo detineatur, intemperie inquam, vel mala compositione, aut soluta vnitate distinguemus, si ad dictorum affectuū propria signa accesserimus; si vero idem vterus alterius causa lædatur cum lædi possit ab externis, & internis causis, cognoscemus internas causas locum habere, si nullus error in externis præcesserit. Interna autem causa cum totum corpus, vel eius partem occupare possit, distinguemus, quia si totum fuerit affectum, aderit malus corporis habitus, hydrops, febris, & huiusmodi. Si autē pars determinata afficiatur, siue principalis, siue inseruiēs illa fuerit, atquē hoc, vel illo affectu correpta, cognoscemus si ad dictarum partium affectarum indicia confugiamus.

Signa ex uitiata figura.

signa difficul. ex parte uteri.

Signo uteri affecti ob cās internas.

De indicationibus partus. Cap. LXXVIII.

DIfficultati partus si cum facilitate occurrere cupimus, non more Empiricorum quippiam temerè agendum erit, sed ex ratione semper progredientes, ad causas respicere debemus, pro quarum varietate variæ etiam oriuntur auxilia. Quapropter si difficultas partus nascatur, quia fœtus mortuus sit, omni ingenio indicabit auxiliū expellens, vel euellens; si aūt viuens fuerit, sed imbecillis, alimentale auxilium indicabit, quo solo fœtus, & matris virtus restauratur, & roboratur si concurrat penès magnitudinē, indicabit auxiliū maximè dilatans vias, & ceruicem vteri. Si fœtus duplicatus extiterit, & simul exitū quærat, indicabitur auxiliū impediēs, quo minus simul, & eodem tpe vterq; exeat, sed successiuè, & cum ordine, si vitiatam figurā obtinuerit, indicabitur auxilium vias amplificans, & modum exeundi præter naturā corrigens. Si difficultas fiat ex parte sexus, nullum auxiliū indicabit, nisi ex parte virtutis vt roboretur, si fiat ob euacuationem factā earum humiditatū vteri quæ partum proximè futurū sensim egredi incipiunt, indicabitur auxilium humectans, & emolliens partes illas iam exicatas. Si hæc ipsa difficultas in vterum potius referatur, & primo quia eius facultas sit labefactata, cum ab intemperie calidiori, frigidiori, & sicciori labefactetur, auxilium alterans in contrarium indicabit. Si verò eadem facultas impediatur, cum impediri possit à morbo in mala compositione, & soluta vnitate, quibus morbis non solum vterus sed reliquæ etiam partes proximæ, & remotæ detineri possunt, illa auxilia nascentur, quæ ablationi dictorum morborum respondeant. Si denique pariendi difficultas fiat ex parte matris, vel vitium erit

Indic. diffic. in partu mort. indic. in partu uiuente.

in toto

in toto, vel partibus eius, & quodcumque fuerit, esse potest quodlibet morbi genus, de quorum indicationibus sæpè loquuti fuimus.

De prognostico partus difficilis. *Cap.* LXXIX.

SI mulier laudabilis temperaturæ fuerit, in florenti ætate constituta, mediocris habitus, assueta parere in regione temperata, in vere, hyemsque præcesserit quæ propriam naturam seruauerit, si optimis cibis fuerit nutrita, & in reliqua viuendi ratione errores nullos commiserit, Si eadem bene se habuerit secundum vterum, vicinas partes, & corpus vniuersum; si fœtus viuens fuerit, robustus, magnitudinem, & figuram debitam seruans, si vnicus, si sternutatio superuenerit, quæ vehementi sua concussionem expultricem excitat, & firmius hærentia validè separat, ex istis omnibus ita in vnum conspirantibus, non aliud prædicere poterimus, quam partum facilem, ac felicem futurum esse, quemadmodum ex contrarijs causis difficultatem arguimus; ea autem maior & minor prædici poterit, pro maiori, & minori recessu ab enumeratis causis, vt colligitur ab Hippocrate libro de natura pueri, quinta aphorismorum trigesimoquinto, & ab Auicenna in proprio loco.

bonum prognos.

prognosti malū.

De materijs auxiliorum. *Cap.* LXXX.

VT partus tuto, ac citò fiat, Medici munus erit cuicumque difficultati, & imminenti periculo debitis materijs auxiliorum occurrere; quapropter quò ad chyrurgicas attinet, missio sanguinis negligenda non erit, si indicantium præsentia aderit, & prohibentium absentia. Quapropter ex Hippocrate libro de morbis muliebribus, si in difficultate partus sanguis copia vel alijs rationibus propositis peccabit, & virtus constans fuerit, mitti etiam poterit, quod dum fit, per infernas potius partes, quam per supernas vacuandus erit, vt loci huius ratione, sanguis ad dictas partes vna cum ipso fœtu melius præcipitet, & præcipitando citius, minorique labore exeat. Ex parte verò temporis Hippocrates libro de morbis muliebribus iubet, vt in illis, quæ cum difficultate sunt assuetæ parere, sanguis propè partum mittatur, eadem ratio & de cucarbitulis habenda erit, his accedunt aliæ materiæ chyrurgicæ, quæ locum potissimum habent in ea difficultate partus, quæ ob mortuum fœtum oritur, qui cum nullis alijs rationibus exire, vel educi non potuerit, si intus per quatuor dies manserit, non solum moritur, sed cum ipso etiam mater interire consueuit: quoniam maiorem corruptionem acquirens, tota humoralis massa inficitur, cum qua vita sustineri, non potest. Ideò iubebat Auicenna mortuum fœtum omnino extrahendū esse, ad forpices, vncinos, & alia id genus in hunc vsum parata deueniendo; dummodo virtus sit robusta, & possit huiusmodi materias sustinere; quæ si debilis fuerit, & illius causa moritura sit, melius esset proposita instrumenta dimittere, quam ex eorum vsu mortem

Materiæ auxilij chyrurg. Sāg. mis. Locus.

Tempus.

Aliæ materie chyrurg.

T 2 illi in-

Tempus.

illi inferre. Et quo ad tempus dum expedit ad dictas materias descendere, tutius erit tantum opus accelerare potius, quam retardare. Modus autem operandi huiusmodi esse poterit, vt mulier reclinata super dorsum decumbat, capite decliui, secundum pedes verò, & reliquum corporis dimidium in sublime attolli debet, tibias & coxas vtrinque dilatando, mox vinculis ita ligetur, vt illius corpus in neutram partem moueri possit. Perita deinde obstetrix inueniatur, manus oblongas, & minime crassas habens, quę inungendæ prius erunt cum oleo sesamino, vel amygdalino dulci, vel mucilaginibus, quibus partes etiam ad vterum pertinentes inungi poterunt: sensim deinde manus ita perunctæ intromittendæ erunt, ea tamen forma, vt omnes digiti in vnum simul coeant, & secundum longitudinem protensi sint; exploretque chyrurgo operaturo, qualis situs fœtui mortuo in vtero conueniat, vt facilius, ac tutius possit chyrurgica instrumenta applicare, & fœtui mortuo implicare, & implicando rectè extrahere, quem finem vt assequatur, debet prudens chyrurgus dicta instrumenta partibus solidioribus infigere, molliores autem & magis superficiales relinquere. Istæ enim à violenta attractione disruptionem facilè patiuntur, illæ verò firmiores cum sint integritatem seruabunt; quod faciet, si capiti illa admouendo oculorum cauitatibus infixerit, si pedibus, eorum ossiculis, & sic de alijs. Id præterea obseruandum, ne dictis partibus vnicum vncinum applicet, quia vel ad extractionem non erit sufficiens, vel ab ipso fœtu facilè separabit, & præsertim si illius extractio absq; difficultate fieri nequeat, sed tutius erit, duos vncinos implicare, vt ex aduerso se respiciăt, & eodem tempore vtrinque attractio facienda erit, sensim tamen & procul ab omni violentia, quo modo si fœtus tali attractioni cesserit, vncini vltra affigi semper debent, & secundum partes profundiores fœtus apprehendendus erit, atque ita subinde progrediendum, donec totus extractus fuerit. Et si contingat, vt eodem tempore totus simul educi non possit, quod contingere solet, quando mutata debita positione figuræ rectitudinem non seruat; tunc cum Auicenna coactus erit chyrurgus per partem post partem, & per frusta extrahere partes illas, prius abscindendo, quæ sunt magis apparentes, & ori matricis propinquiores, vt si secundum brachium primo apparuerit, abscindendum erit, deinde reliquum corpus tantisper moueri debet, donec secundum aliam partem se ostenderit, quæ pariter separanda, educendaque erit, & sic de aliis successiuè faciendum, donec totus extractus fuerit. At si contingat matrem interire fœtu viuo in vtero adhuc existente, omni studio danda erit opera, vt postquam de vita matris actum est, fœtum saltem in viuis seruemus; quod fiet, si os vteri speculo dilatatum detinuerimus, vt hac ratione anhelare, & aerem attrahere posit, quo tempore alterum hypocondrium per transuersum secandum, & melius erit dextero omisso, sinistrum eligere illud enim ob hepar, quod continet, viam & ingressum ad vterum quo quo modo impedire potest; alterum verò expedium magis existit, cuius incisione facta, intestina sursum attollenda erunt, mox vterus adhibito iudicio incidendus,

Modus.

Quibus partibus vncini sint implicandi.

Vnicũ vncinũ non sufficere.

Quæ agẽda pro extrahendo fœtu viuo.

& con-

& contentus fœtus apertis manibus omni dexteritate capiendus, & extrahendus erit.

De materijs Pharmaceuticis. Cap. LXXXI.

IN tractatione materiæ pharmaceuticæ primo de ea agendum erit, prout respicit difficultatem partus in genere, deinde vt dirigitur ad illius species: in quacumque igitur difficultate partus id ab eximio medico seruandum est, vt doloribus, vel aliis signis futuri partus superuenientibus, non permittat imperitas obstetrices, prægnantes mulieres temerè in sella collocare, nec os vteri emollientibus perfundere, nec alijs vti, quæ ante debitum tempus partum accelerare possunt: sed illæ in primis mouendæ erunt, vt ad os vteri manus admoueant obseruando, an aperiri incipiat, vel potius antiquam densitatem seruet: si enim apertio vlla conspiciatur, non est cum ratione factum, vt naturam excitemus ante debitum maturationis tempus ad fœtus expulsionem; sed cum primum via latior patuerit, & imminenti partui facilior aditus factus fuerit, doloresque plurimum vrgeant, tunc surgat, oportet, in sella sedeat, omnia agendo, vt citrà difficultatem, longioremq; moram, partus sequatur; in qua actione edenda cum non solum concurrat fœtus, verum etiam vteri expultrix, & mater ipsa; ideo ex parte fœtus, & vteri emollientibus, laxantibusque vtendum, & partes ad vterum attinentes perfundendæ, vt viæ facilius dilatentur, exeuntique fœtui cedant, cuius auxilij emollientis materiæ esse poterunt, oleum amygdalinum dulce, sesaminum, liliorum alborum, mucilagines, butirum, & cætera genera pinguedinum. Ex parte verò matris post adhibitas hortationes vt in tanto negocio strenuè se gerat, eidem etiam felicem successum persuadere debemus; præsertim si ipsa quoque viriliter totis viribus ad fœtum expellendum se accinxerit, quod præstabit, si spiritum detinuerit, ipsum quidem non in gutture, sed ad imum potius ventrem pellendo, vt Aetius etiam monuit libro decimosexto, capite decimoquarto. Accedendum etiam ad illas materias intus, & extra administrandas, quæ ad eundem finem conducere possunt, siue manifestis qualitatibus, siue latenti quadam qualitate egerint, vt meritò illarum, quæ intus assumuntur, ea omnia conuenient, quæ vias latiores reddere possunt, quales sunt, quæ laxando & emolliendo agunt, vt decoctio maluarum, matrum violarum, branchæ vrsinæ, seminum lini, mucillago eiusdem, spilij, & cidoniorum, omitto olea iam enumerata. probantur etiam ab Hippocrate, & Galeno quinto aphorismorum quadragesimonono, & trigesimoquinto, sternutatoria, à quibus corpus totum plurimum agitatur, & expultrix ad omne noxium expellendum magna ui impellitur, & fœtus ligamenta facilè soluunt. Ex parte verò earum, quæ extra applicãtur, in primis occurrũt sessiones, & lotiones paratę ex eisdẽ laxantibus, & emollientibns propositis. fieri ẽt possunt pessaria ex opoponaco, ex thurre cum puluere dictãnũ, saturegiæ, sabinæ, & similiũ, permixtis; suffumigia quin ẽt

ex re-

Ordo.

De pharmacia in gener.

Quando agendum

Quę agenda ex parte fętus & vteri.

Materiæ auxilij emolliẽtis.

Quę agenda circa matrem.

Spiritus quomodo detinẽdus sit.

aperiẽtia.

Sternutatoria.

Pharmacię extra adhibẽdæ

Sessiones lotiones, pessaria.

Suffumigia.

ex rebus tum odoratis, tum mali odoris conuenienter administrantur, odorata quidem infernis partibus applicando, supernis verò quæ sunt mali odoris. Quapropter naribus suffumigia admoueri poterunt ex assa fœtida, ex castoreo, ex bitumine, & similibus accensis carbonibus iniectis, ab his enim spiritus veluti fugientes ad interiora retrahuntur, & ita maiori ui fœtus expellitur, & præsertim si ipsi vtero odorata adhibita fuerint: qualia sunt quæ ex belzuino spica stirace musco, ligno aloes, & similibus fieri possunt, quorum causa vterus ad inferiora alicitur, & partus facilior redditur. Quæ omnia & similia æquę ualent in fœtu rum uiuo, tum mortuo; quibus illa addenda sunt, quæ à proprietate agere dicuntur, cuiusmodi sunt inrer lapides, Iaspis aquilinus, coralium gagates, magnes, quæ omnia, & similia coxis alligata partum facilitare affirmant, quemadmodum si brachiis, & supernis partibus admoueantur, abortum prohibere dicunt. Quidam etiam affirmant quod pena aquilę pedibus parturientis subiecta, fœtum educit, alii id ipsum affirmāt etiam de pena vulturis, radix etiā ciclamidis ex serapione, aristologiæ rotundæ, & dictamum cretense promptiorem partum reddere uidentur. Non desunt etiam, qui probent membranam capræ partu editam, si in uino ad pondus unius dragmæ exhibita fuerit. Si autem ad eam difficultatem partus respexerimus, quæ à causa determinata prodit, specialia etiam remedia proponenda erunt. Quapropter si facultate vteri labefactata ob aliquam intemperiem, & primo ratione frigidæ, vterum densantis calefacientia, & laxantia adhibenda erunt; ut meritò calefacientium illa omnia conuenire uideantur, quæ diuretica sunt, & humores fundendo, viasq; aperiendo suppressa menstrua prouocare possunt, de quibus copiosè actum est in sermone de cura suppressionis menstruornm; meritò uerò laxantium conducent materiæ omnes emollientes, & vnctuosæ, de quibus pariter proximè actum fuit. Ideo ab Hippocrate in libro de morbis muliebribus, & à Galeno passim commendantur pilulæ ex mirrha, & ex therebinto paratæ. Similiter etiam probantur pilulæ ex opoponace, stirace castoreo assa fœtida, & similibus, ut si eorū draghma vna accipiatur, Croci grana quinque & cum mulsa formentur pilulæ, & capiendæ erunt singulo manè per si horas quatuor ante cibum quæ ut efficacius agant, poterit exhiberi decoctum aliquod diureticum ex matricaria, & aliis cum mulsa paratum; puluis etiam Aristologiæ rotundæ, si ad dragmam mediam cum mulsa pæbeatur, puluis coaguli leporis, lienis Equini, vermium terrestrium, & similium, si cum aqua angelicæ, uel sasaphre ad pondus dragmæ dimidiæ prębeatur, quo tempore usus laxantium non erit prætermittedus cuiusmodi erit inunctio parata ex oleo camemellino, anhetino, liliorum alborum, amygdalarum dulcium, & aliorum, quibus partes uteri cum osse sacro inungendæ erunt. Ommitto sessiones, emplastra, suffumigia, pessaria, & cætera, de quibus sæpius dictum fuit. Si autem locum magis habuerit intemperies calidior cum moderatè refrigerantibus progrediendum erit; Et quia ratione huins intemperiei difficultas partus fit quoniam uires disci pantur: Ideò studium nostrum esse debet

Quę agūt à tota substantia.

Materiæ pharm. re spiciētes intemperiem frigidā.

Materiæ auxilii a- perientis pillulæ.

puluis.

Olea.

Sessiones emp. astra suffu migia.

Materiæ auxilii re friger.

illas reficere,& restaurare, quod fiet optimis cibis, facilimæ coctionis, & alteratis cum cordialibus, refrigerantibus,& roborantibus dictas uires, cuiusmodi sunt aqua rosacea, acetum rosaceum, succus granatorum, cidoniorum,& reliqua. pariter tota uictus ratio eiusdem rationis esse debet. Si autem eadem facultas vteri impedita potius fuerit, & primo ex parte fœtus, quia imbecillior sit, ad motumque,& calcitratum minus valens, eisdem cibis laudabilis & citissimi alimenti occurrendum erit; ut sunt oua sorbilia, bonus panis in vino infusus,& similia. At si ob magnitudinis potius excessum exitum difficilem habuerit, emollientia & laxantia uias constrictas intus & extrà adhibenda erunt, de quibus dictum est; quod si difficultas oriatur ob fœtus paruitatem minus molestantis expultricem, sternutamentis, frictionibus, cæterisque corporeis agitationibus utendum erit, laxantia pariter & emollientia sæpius proposita omnibus modis administranda erunt. Si à duplicato fœtu simul exitum quærente, & peruersam figuram seruante difficultas partus orta fuerit, talia impedimenta remouenda erũt retro, ac intus talem fœtum protrudendo ex Hippocrate libro de natura pueri, quod ut assequamur, congruum situm mulierem seruare oportet, caput reclinando,& coxas eleuando & dilatando; obstetrix deinde amygdalino perunctis manibus, alterum intrò mittere debet, & alteri patentiorem uiam parare, procurando, ut debitam seruet figuram, quod faciet, illum depellendo, nunc adducendo, flectendo, dirigendo,& de malo illo scitu ad meliorem conuertendo; quo munere ita perfuncto debet obstetrix parientis situm propositum statim demutare, coxas reclinando, caput verò, quod antea decliuè iacebat, eleuando, atque tunc cum Hippocrate libro de Morbis Muliebribus,& quinta aphorismorum starnutamenta excitanda ad intrà nares insuflando puluerem piperis, elebori, castorei, & similium. Si concurrat paruitas matricis, ad difficultatem in partu faciendam, cum laxantibus, & emolientibus toties propositis progrediendũ erit. cuius causa si partus tempore, halitus infantis interciperetur, vt mors illi immineat, quidam ei succurrendum esse volunt, rostro columbi viuentis, ori pueri immisso, qua ratione nouus spiritus morituro superaddi uidetur, & quasi ex noua anima præsentaneum auxilium inde capit. Si eadem facultas impedita fuerit ab aliquo tumore, vteri, uel vlceræ,& aliis eius generis, eorum ablatio erit etiam curatio; quapropter ad eorum præsidia recurrendum erit. Si deinde difficultas fiat, quia fœtus sit mortuus, adhuc de ualidioribus remedijs cogitandum erit; Quare præter dicta laxantia, & aperientia diuretica illa etiam conducunt, quæ expultricem ualenter excitare possunt, siue intus siue extrà adhibeantur, intus quidem poterit exhiberi succus centaureæ ad dragmas duas, uel tres, præsertim si cum decocto sabinæ potatus etiam fuerit, sit enim uiuum etiam fœtum educere potest, ad idem ualet succus radicum hyreos, gentianę, aristologię Auicenna vtitur etiam felle Tauri, hiera, aloe, valentius adhuc agit succus cucumeris asinini si ad scrup. medium cum vino tenuis substantiæ exhibeatur, qui nõ solũ ab Hip. probatur libro de morbis mulie-

Pharm. respiciẽs fętum magnũm.

pharm. respiciens paruitatẽ fœtus.

Quæ agẽda im peruersa figura fœtus & eodem geminato.

Qualis situs mulieri conueniat.

Mat. auxilii sternutatorii.

Cura ob matricis paruitatẽ

Cura alius impedit.

Cura fœtus mortui.

Mat. auxilii educ. fœtũ mortuum.

muliebribus, verum etiam ad exhibitionem cantharidum cum vino ascen debat, quę dum interius ita assumuntur, integrè cum aliis videlicet, & aliis extremitatibus præberi debent, quæ partes cum sint tenuioris substantiæ ipso corpore, illi etiam pro vehiculo inseruiunt, vt in longinquas partes earum vis omnis deferatur; accedit quod eędem exstremitates prosunt tanquã alexiteria ventris dictorum animalium, ne possint nocere, vt habetur ex Dioscoride libro tertio capite proprio, & Galeno etiam libro de simplici medicina, quo eodem modo eisdem etiam vtebatur quarto de ratione victus centesimo decimoquarto. at vbi illis extra vtimur, possumus solo ventre extremitatibus abiectis vti, tum quia nullo vehiculo tunc agemus, tum etiam quia cum non transeant per principaliora membra, non ita periculum imminet, vt aliquod periculum illis inferatur, ad quæ Galenus respiciens quinto de simplici medicina capite septimo ad delendas lichenas, quæ sunt in superficie corporis applicabat ventrem ipsarum. extra etiam parari poterunt suppositoria ex laudano, galbano, opoponaco, & similibus in irino oleo inunctis, immo ex radice ellebori albi, ebuli, centaureæ, & similibus. præterea si in succo sabinæ bulliat colloquinthis, elleborum album, centaurea, & similia, in eoq; lana infundatur, & ad pessarij formam deducatur, mortuum fœtum valenter educere poterit. Sessiones etiam parari poterunt, nõ solum ex decocto diureticorum propositorum, sed etiam ex valentioribus proximè enumeratis, quibus efficaciorem aliorum vim reddemus; verum quia propositæ materiæ sua acrimonia vias pudendi muliebris excoriare possunt. Ideo tutius agentes, optimum erit, si dicta pessaria cera, aut lana inuoluantur, sola extremitate, quæ in pudendum ingreditur detecta manente, sic enim absque impedimento agere poterunt, & viæ vteri à dolore, & vlceratione præseruabuntur; cõponi etiam potest emplastrum, quod fœtum attrahendo educere poterit, quemadmodum si acceperimus succi cucumeris asinini dragmam vnam, centaureæ minoris, ireos ana dragmam vnam, & semis, fellis Tauri, aloes ana scrupulos quattuor, croci grana decẽ, olei rutacei, vel de castoreo dragmas duas, farinæ seminum lini, vel fęnu greci quantum sufficit. misce pro emplastro. quod si loco farinæ ceram addiderimus, quantum sufficit, formam lenimenti accipiet; suffumigia etiam parari poterunt, tum ex stercore accipitris, tum etiam ex castoreo, galbano, mirrha cum fele Taurino permistis, ex quibus tabellæ fieri poterunt, quæ sub sole prius desiccentur, deinde super prunas accensas suffumigium paretur. Si deinde vitium fuerit alibi, quam in propria vteri substantia, & primo in membranis, cum istæ concurrant ad partum facilem, vel difficilem ratione tenuitatis, & crassitiei, si contigerit, vt præ nimia crassitie solui non possint, obstetrix proprijs vnguibus eas euellere poterit, prudenter tamẽ agat, cauendo, ne fętum simul laceret, vel alio quouis modo offendat: si autem propter earundem tenuitatem citius soluantur, ita ut egrediatur humiditas illa, quę uias vteri lubricando pro facili partu præparare solet, tunc cum Galeno decimotertio de vsu partium capite quinto dictæ partes inungi poterunt, cum humectanti

Modus exhibẽdi carct.

Materiæ suppositi.

Materiæ sessionũ.

Emplast.

Linim.

Materiæ suffumigij.

Cura diffic. ex nimia crassitiæ mẽbranæ.

Cura diffic. ob nimiam tenuitatem membranæ.

ctantibus, & emollientibus, imò eisdem etiam per modum sessionis uti poterimus; quibus tamen ante imminentem partum, quam partus tempore uti conuenit, si deinde uitium fuerit extra vterum, & primo in partibus circumiacentibus talia impedimenta, partu imminente, remouenda erunt; ut si rectum intestinum crassioribus excrementis redundauerit, clysteri erunt euacuandæ, si uesica aquositate repleta fuerit, statim ab omni aquositate erit expurganda. Si uitium fuerit ex parte rerum naturalium, cum concurrat corporis habitus gracilior, vel pinguior, ætas iuuenilis, aut senilis, tollerantia, & patiendi consuetudo, vel insuetudo, ex parte habitus gracilioris, cum illius causa virtus imbecillis sit, vel in præsentia, vel in futurum, optimis cibis erit conseruanda, cuiusmodi sunt oua sorbilia caponum contusa, testiculi gallorum, destilata, vinum, & huiusmodi. Paulus admouebat etiam odorata ad extrà ipsis naribus, quibus deperditos spiritus quam citissimè restaurare potest, vel saltem ne deperdantur prȩseruare, quales sunt odores, qui ascendunt non solum ex aceto rosato, uino aromatico, uerum etiam ex melle carne assata, & pane calente; nec propterea obstat; quod communiter practicantes obseruare solent, qui in partus difficultate naribus, fętida, potius, quam odorata admouent, nec præter rationem, quia ex illorum usu uirtus quasi ab illis fugiens intrò se recipit, & efficacior in fœtu propellendo redditur, præsertim si eodem tempore odorata ipsi utero adhibita fuerint, quorum causa ad inferiora quodammodo descendit, quia hoc fieri debet in muliere robusta in qua nullum imminet periculũ de uirium dissolutione, sed cõstantes cum sint, facile tolerant, atque permittunt ea omnia, quæ partus difficultas expostulat, at ubi uires sunt debiles, ut minime possint in difficultate partus perdurare, omnibus rationibus restaurari debent, quæ magis possunt alimentum indicantes, quam cętera prohibentia. Prętereà non inconuenit ea odorum, vaporumque genera per nares attrahere, quæ habent rationem auxilij conseruandi, refocilandique uires imbecilles in dictis mulieribus, cæteris odoribus prætermissis, quę delectum potius, quam alimentum eisdem afferũt; & si istis quandoque vti voluerimus, eorum usus longiori tempore haberi non debet, quia spiritus ad superiora attraherent, & citrà eorum restaurationem partum difficilem redderent. Ideo Paulus loquens de partu difficili in muliere languida, odorata naribus admouet: quæ pariter locum habẽt in syncopi ex inanitione, ex spirituum dissolutione ad differentiam alterius, quæ fit ob plenitudinem, in qua talia odorata naribus applicata syncopim potius augere, quam minuere possent. Præterea materiæ odorum alimentalium cum alterari possint cum alijs odoribus, quibus non inest alendi uis, sed delectandi potius, illud erit obseruandum, ut tempore hyemis permisceantur odores potius calidi ut muscus orientalis, galia et xiloaloes, tempore uerò calido frigida esse debent, cuiusmodi sunt sandala canphora, aqua rosata, & similia. Quod si habitus corporis crassior & pinguior fuerit, cum ratione huius vię sint constrictæ, uix possibile uidetur partum difficilẽ in istis facilitare, quãdoquidẽ talis pinguedo

V & redun-

Sessiones.

Cura diffic. ob partes circũiac.

Cura diffic. ex parte partientes.

Materiæ auxilii et talis.

Obiectio

Solutio prima.

Solutio secunda.

Odores i qua syncopi cõueniant.

Modus adhibendi odorata.

Cura diffi. ex habitu ping.

& redundans caro inanienda, minuendaque esset, quod tempore partus præstare est impossibile; quod autem facere possumus, erit partes ad vterum attinentes laxiores, molliores que reddere cum materijs toties propositis; & quo ad situm pronę manere debent, sedendo super genua, & caput inclinando, obstetrix etiam perunctis digitis os matricis aperire, dilatareq; poterit, quod pariter prestare debet, si ratione tumoris, & alterius duritiei os matricis nimis clausum fuerit. Si pariter difficultas fiat ratione ætatis, impossibile erit ętates alterare, sed cum ratione iuuenilis, uiæ sint anguſtiores, laxantia adhibere debemus, & cum ratione senilis uirtus fiat imbecillor, iam propositis alimentis occurrendum erit, similiter quæ difficulter pariunt ob inassuetudiuem, ad obstetricem cęterasque Astantes pertinebit illam hortari, ne timeat, sed strenuè se gerat anhelitum detinendo, & ad infernas partes propellendo, sternutatoria etiam, & concussiones corporis admouendo, quę autem ob difficilem tollerantiam magno labore pariunt, cum hoc potissimum fiat, quia sensum tactus nimis exquisitum habent, talis sensus obtundendus erit cum unctuosis. Si eadem difficultas partus fiat, quia mulier re aliqua præter naturam corripitur, sui ablationem illa indicabit, quæ si totum corpus occupauerit, ut febris, aut hydrops, curatio tota ad febrem, & hydropem tollẽdam uergi debet. Eadem sit ratio de cæteris morbis, quorum curatio alibi afferenda est, denique si meritò externarum causarum difficultas partus fiat, ut ab ambiente frigidiori, ad calidum alterari debet, & ita de alijs eadem ratio babeatur.

Cura diffic. ratione ætatis. — *Cura diffic. ob inassuet.* — *Cura diffic. ob difficilẽ tollerantiã.* — *Cura ob alios morbos.* — *Cura diffic. ab extern. cās.*

De victus ratione. *Cap.* LXXXI.

NON minor diligentia habenda est in uiuendi ratione, quam in curatione, parturiens igitur in temperato aere uersetur, omnemque illius excessum deuitet, utaturque uictu non pleniori, à quo uirtus expultrix à proprio munere minus distrahitur, nec tenuiori, cum huius causa eadem imbecillior reddatur, sed mediocritatem seruet. Sit præterea lubricus potius, & unctuosus, quam siccior & stipticus, boni tamẽ succi, & facilis alimenti, ut uires non solum conseruentur, & augeantur, sed citrà laborem alteretur, & in nutriti substantiam uertatur; cuiusmodi erunt recentia oua, gallorum testiculi, carnes caponum, iura pinguia, & unctuosa, & fercula, si talia non fuerint, præparari poterunt cum oleo amygdalino dulci, butiro recenti, pinguedine gallinæ, & huiusmodi, passulæ etiam, amygdales dulces, Carices, in principio mensę in usum uenire poterũt; potus sit uinum odoratum coloris albi, saporis subdulcis, non admodũ generosum; quod si etiam cum croco, aut modico cinamomi alteratum fuerit, adhuc magis proderit; de somno nihil dico, quia tẽpore, quo mulier in actu pariendi difficili uersatur, vix potest somnum capere, excrementa recti intestini, & vesicę protrudi debent, ne priori difficultati noua superaddatur, moueatur præterea mulier, & deambulet, quæ si non potuerit, alterius auxilio id faciat, timorem omnem deponat, & hoc tempore in memoriam reuocandus erit aliarum mulierum felix euentus.

Aer. — *Cibus.* — *Qualitas cibi.* — *Materiæ cibi emollientis.*

De symptomatibus consequentibus abortum, partusque difficultatem. Cap. LXXXII.

POst absolutum difficilem partum symptomata varia, mulieri superuenire solent, atque hæc modo fœtui, modo vtero modo vniuerso corpori, modo omnibus, modo pluribus, vt ex parte fœtus si cum difficultate & magno labore exierit, tunc ita defatigatus imbecillior redditur, Ideo omni diligentia tractandus erit, & quiete in primis occurrendum, deinde laudabili lacte nutriendus; Ex parte verò vteri detineri solet dolore, feruore, & inflammatione. Quare dolor mitigandus erit feruor contemperandus, & materia inflammationem faciens euacuanda erit, & quæ fluxura est, prohibendum ne fluat, & quæ est in fluxu, intercipienda, vt ex parte doloris, & feruoris cõueniant inunctiones ex oleo rosato, vnguento rosato, de cerusa, infrigidante Galleni, linimento simplici & similia, parari etiam poterit emplastrum ex pane trito, vel farina hordei cum lacte, oleo rosaceo, & modico croco simul permixtis, & ad formam emplastri redactis, quæ pariter adhiberi etiam poterunt in ipsa inflammatione, præsertim si fuerit in fieri, facta verò resoluentia, & discutientia potius ex postulat, de quibus symptomatibus plura non dicam, cum nostra intentio sit de morbis muliebribus agere, non autem de illis, qui communes sunt non solum viris, sed cuicumque etiam corporis parti aduenire possunt; ob quam causam nec de his agendum erit, quæ totum mulieris corpus occupare solent, quemadmodum est febris, vel aliud morbi genus. Quare ad alios affectus accedendum.

Sympt. fœtui aduenientia post partũ diffic.

sympt. vtero aduenientia.

cura doloris & feruoris.

Emplast.

Cura inflam.

De secundina intus relicta. Cap. LXXXIII.

PRæter dicta symptomata post excussum fœtum, aliud etiam mulieri accidere solet, ratione cuius secundina post partum editum, intra vterum detinetur, quæ nisi spontè exciderit, vel arte ablata fuerit, solet miseras mulieres varijs symptomatibus molestare; quoniam si diu in vtero permanserit, tandem corrumpitur, atque putrescit; hinc febres malignæ, vertigines, capitis dolores, vigiliæ, deliria, suffocatio matricis, lyppothimia, syncopis, & denique mors ipsa oriri solent; quibus omnibus prius occurrentes expedit talem membranam omni ingenio educere, quod assequemur, si causas, ob quas illa retinetur amouerimus; quo eodem tempore præseruare debemus cor, cerebrum, ventriculum, ne à vaporum praui tate lædantur. Cæterum quia propositi symptomatis curatio, præsuponit cognitionem essentiæ eius; Ideo ne per incognita progrediamur, futuræ orationis exordium ab illius essentia capiendum erit; cuius forma in eo consistere videtur, vt symptoma sit in exeunte mutato, quia nõ exit, quod exire deberet; vel etiam statui potest, vt sit morbus in numero aucto ipsius vteri, cui aliquid super additur, quod adesse post partum non deberet.

Sympt. occurentia ad secundinam retentam.

Forma secund. reten.

Causæ verò propter quas secundina in vtero detinetur, referri possunt in facultatem vteri, ac mulieris labefactatam, vel impeditam; labefactatur autem tum ob alias causas, tum potissimum ob magnos, diuturnosque labores, quos in partu difficili mulier passa fuit, ita vt quod superest, expellere amplius nequeat; si autem impedita fuerit, potest impediri à causis internis, & externis, si ab internis, fit quia vterus sit exiccatus, quia consuetis humiditatibus careat, vel quia illius os clausum est, vt intus retentum expelli prohibeatur, vel cum Hippocrate libro de morbis muliebribus, quia vmbilicus vi disruptus sit, quod contingit quia ab imperita obstetrice resectus fuit priusque secundina exierit; quod dum contingit, vterus etiam sursum secundinam trahit; quandoque etiam retinetur ob tumorem, vel inflammationem vteri, aut partium circumiacentium, à quibus consuetus meatus constringi consueuit; vel etiam quia ipsi vtero alligata adhuc maneat, vel saltem si separata extiterit, non tamen exit, quia tota vnitur conglobatur, & ad formam pilæ reducitur, vt aditum sibi impediat; præter quas internas causas, externæ etiam locum habere possunt, inter quas est ambientis frigiditas, quæ os vteri densando, & claudendo exitum secundinæ prohibet, quod ipsum etiam præstare potest, potus frigidæ, vel odorata naribus applicita, subiectis verò partibus quæ malum odorem continent; ex timore etiam insigni, & confertim superueniente calor vna cum spiritibus in centrum corporis ita reuocatur, vt simul etiam secundina ad intra cohibeatur. Erit igitur secundina intus relicta morbus in numero aucto ipsius vteri prodiens ab illius facultate labefactata, vel impedita à causis tum internis, tum externis, de cuius differentijs loqui non est opus, cum enumeratarum causarum numero clare correspondeant, sed ad curationem descendo.

Causæ retentionis secund.

Causæ internæ.

Cau. sæ externæ.

De indicationibus. *Cap.* LXXXIIII.

QVamuis vniuersa curatio propositi affectus in eductione cohibitæ secundinæ consistat, quia tamen à diuersis causis intus retinetur; ideo & curatio multiplex redditur. Si namque vterus consuetis humiditatibus destitutus, exiccatusq; fuerit iudicabitur, auxilium humectans, & laxans. Si detineatur, quia adhuc ipsi vtero alligata sit, separanda erit, si vterus clausus fuerit vel à tumore, vel quia vmbilicus ante illius exitum resectus fuerit cum aperientibus, laxantibus, & emollientibus progrediendum erit, si intus formam globi susceperit, talis figura corrumpenda erit si autem expultrix facultas ob præcedentes labores magnam imbecillitatem contraxerit, auxilium alimentale indicabitur. Si denique externæ causæ concurrant, vt ambientis frigiditas, ad calidum alterandum erit, ita reliqua victus ratio corrigenda.

Indicationes.

De

De Prognostico. Cap. LXXXV.

AFfectus iste contemnendus minime videtur, cum ipsius causa non solum numerosa symptomata mulieri aduenjant, verum etiam læthalia qualia sunt proxime enumerata pro causarum vero numero, ac diuersitate prognosticum etiam variari poterit, quemadmodum etiam in cæteris affectibus sæpius dictum fuit.

De materijs auxiliorum. Cap. LXXXVI.

CVm auxiliorum materiæ semper morbis, morborumque causis respondere debeant, ideo cum secundina à multis causis intus cohiberi possit, inde fit, vt multæ etiam materiæ pro illarum ablatione requirantur. Si igitur facultas vteri ob præcedentes labores debilitata, illam expellere non potuerit, meliori auxilio vti non possumus, quam optimis alimentis illam restaurare, & augere, de quibus cum sæpe sermo habitus fuerit, nulla est noua necessitas eadem repetendi; quare ad materias respicientes alias causas descendendum: vnde si facultas expellere non potuerit, quia potius impedita sit, & primo quia præcesserit humiditatum euacuatio per vterum, quarum consumptione ipse exiccatus impediat actionem expultricis, perfundendus erit cum materijs laxantibus, & humectantibus toties propositis. Quod si id contingat, quia ratione alicuius tumoris via sit clausa, tota curatio ablationi tumoris adhibenda erit. Si autem idem accidat, quia vmbilicus imtempestiuè resectus fuerit, & ante exitum secundinæ; os vteri vel apertum, uel clausum erit; si clausum fuerit, cum eisdem aperientibus, & laxaniibus intus, & extra admotis progrediendum erit, quo tempore starnutamenta potissimum excitanda erunt, tussisque promouenda. Si autem os uteri apertum fuerit, uel secundina erit coniuncta pudendo vteri, vel abiuncta; si separata extiterit, cum non exeat, quia tota vnita sit, & pilæ formam acceperit, debet obstetrix prius manu inuncta illius figuræ rotunditatem corrumpere, & secundum longitudinem potius illam conformare; quæ sanè figura ad exitum facilior, ac promptior erit: at si eadem parietibus vteri adhuc annexa fuerit, si sternutatoria, & reliqua aperientia non contulerint, manibus rursus inunctis separanda erit, sensimque extrahenda, sed citrà omnem violentiam ne in plures partes diuisa difficiliorem exitum faciat: sed coniuncta potius manens tota simul extrahatur, in qua actione adhibenda, debet obstetrix à prudenti medico moneri, ne rectè illam trahat, quia periculum erit, ne per talem motum ipsum quoque vterum secum simul ducat, quod si contingeret, nouum malum produceret, quia vteri procidentia fieret. Quod ne fiat ad latera matricis sensim deflectenda erit, illiusq; diuisio, & ab vtero separatio non aliter facienda; ne au-

Marginalia: cura ob imbecil. fac. vteri. — Cura ob euac. humidi. vteri. — Cura ex tumore. — cura ex intempestiua sectione vmbili. — cura q̃n secũd. formam pilę accepit. — Modus extrahendi secund.

ne autem hæc præstare cogamur, monet Hippoc. libro de superfœtatione, & de Morbis Muliebribus, vt tempore partus cum adhuc fœtus in propriis inuolucris inuolutus manet, priusquàm secunda non exierit, non esse vmbilicũ resecandum, quia fętus ea inuolutus sua grauitate facile potest procul ab omni violentia inuolucra secum afferre, quod si non successerit, disectio diutius protrahenda non erit, quia fœtus vel periclitari, vel saltem imbecillior reddi posset, sed post tres, vel quatuor horas Vmbilici abscissio fieri poterit, cuius caudex femori parientis alligari debet, ne secunda in vteri profundum reuertatur, atq; tunc cætera remedia tentanda erunt. Et quo ad tempus quamprimum ad eorum vsum descendendum, aliter putredo illi adueniens maiora symptomata inducet, ob quam eandem causam in remediorum administratione assiduò versandum erit, à leuioribus tamen incipiendum, & ad valentiora ascendendum, leuiora autẽ sunt, quæ ex fonte pharmacetico capiuntur, quorum alia intus, alia extrà administrantur, intus ea omnia in vsum venire debent, quæ in menstruis suppressis prouocandis, fœtuq; mortuo educendo proposita fuere, quemadmodum etiam extrà adhibenda erunt pessaria, sternutatoria, suffitus, inunctiones, lenimenta, emplastra, sessiones, & reliqua eius generis, tum mitiora, tum valentiora eo loco proposita: Tandem si facultas præ nimio vteri dolore fuerit impedita, pro causarum diuersitate diuersa ratione ẽt occurrendum, vt si dolor fiat ex nimio eius feruore, contemperandus erit cum anodinis refrigerantibus, sensumq; obtundentibus, quemadmodũ si bombacem in recenti lacte prius infusum regioni vteri applicauerimus, & quia lac à calore extraneo facile corrumpitur, ideo tale remedium sæpius repetendum erit, idem lac cum vitelis ouorum permixtum, vel integro ouo ol. ros. pauco croco applicitum proderit; ex eodem sessio etiam parari poterit, quemadmodum intus etiam inijci; inunctio etiam ex oleo rosato violato, vnguento rosato iuuabit, & si paulo valentioribus sensum etiam obtundentibus opus fuerit, prædictis materiis addere poterimus succum lactucæ, vel seminum papaueris albi, si autem dolor à flatibus potius extendentibus fiat, calida & discutientia flatus adhibenda erunt, de quibus aliàs dictum fuit. Si prodierit dolor ab vlcere, substantia partis vlceratæ, & solutæ restauranda, vniendaq; erit cum exiccantibus, & densantibus, si tamen prius quæ talem actionem impedire possunt, remoueãtur; quapropter sordities, & sanies omnis ab vlceræ prius detergenda, emundandaque erit; quod fiet cum aqua hordei, parietariæ, cum sero lactis, portione aliqua mellis rosati permixta; deinde vlcus exiccandum, cõsolidandumque erit, ad quod præstandum nullum remedium magis familiare, & accommodatum erit; quam parare sessiones ex aquis termalibus Patauinis, & quia in illis mulier perpetuò sedere nõ potest, post egressum applicare poterimus puluerem sulfuris uiui, sed prius super marmore elaborati, & cum aqua rosacea sępius imbibiti. Ad idem ualebit puluis tuciæ præparatæ, boli armeni orientalis, sanguinis Draconis, & cætera eius ordinis; qui puluis ut loco ulcerato diu hæreat, poterimus superimponere

Tempus operandi

Cura doloris.

Materiæ auxilii anodius.

Materiæ auxil. obtund. sensum.

Cura vlceris.

Materiæ auxilii cõsolidãtis.

vnguentum

vnguentum tuciæ, lenimentum simplex, & cætera huiusmodi: Quod si dolor fiat ob ruptionem in ano factam, ex præcedẽti partus difficultate, cum hujus causa vterus procidat in pristinum locum primo reponendus, si tamen cum uino tepido, & alterato cum artemisia, matricaria, & rosis prius ablatus fuerit, mox ruptura consui debet deinde consolidantia applicanda erunt, & esse poterunt iam propositi pulueres superaddendo Diapalma, quo tempore in lecto etiam decumbere, & quiescere debet, & hæc de affectibus indiuiduorum generationem impedientibus, dicta sufficiant.

LIBRI SECVNDI FINIS.

ALBERTINI BOTTONNI NOBILIS PATAVINI PHILOSOPHI AC MEDICI

Theoricam ordinariam in Academia Patauina interpretantis.

DE MORBIS MVLIEBRIBVS.

LIBER TERTIVS.

De statu mammillarum secundum naturam. Cap. I.

HVcusque affectus illos muliebres absoluimus, qui utero aduenientes uarijs modis speciei propagationem impediebãt; superest ut in hoc tertio libro eos etiam prosequamur, qui eisdem mulieribus occurrunt, sed ex parte qua fœtum iam editum rectè alere augere, & conseruare impediunt; quod cum fiat mediante nutrimento, hocque non aliud sit, quam lac, cuius generatio in vberibus mulieris fit, ideo de harum etiam partium morbis, ac symptomatibus agendum; quorum causa lactis generatio secundum naturam perturbari consueuit: quorum omnium origo cum aliunde non dependeat, quam ex illarum naturali constitutione demutata, Ideo recta docendi ratio requirit, ut ante omnia de naturali mammillarum constitutione sermo habeatur, ex cuius multiplici, ac varia euersione, multis etiam, & uarijs morbis, ac siymptomatibus subijci consueuere: sunt igitur mammillæ ea naturæ organa, quæ à virtute formatrice fabricata fuere, ut lac generarent pro editi fœtus nutritione, & ad debitum usque tempus auctione; dicuntur quidem membra, ad differentiam humorum, dicuntur organica ad differentiam similarium, esse autem talia illorum compositio declarat; Constant enim ex venis, arterijs, neruis, carne glaudulosa, alba, sensu carente, & replente cauitates, & spatia inter dicta componentia interiacentia, quæ omnia cum ad lactis generationem à natura ordinata fuerint, iõ singulæ partes proprios habebunt vsus, per venas enim ab hepate sanguinem attrahunt, ex cuius ulterioris elaboratione in illis facta, in lac degeneret;

Agendorũm intẽtio.

De natu. constitu. mamil.

Mammillæ quid sint.

Mammillæ sũt mẽbra dissimil.

Vsus componentiũ mãmillas

nerat; per arterias spiritus à corde in illas defertur, sine quo facultas vlla agere potest. Per neruos autem à cerebro animalem facultatem suscipiunt, prçcipuè vero sentientem, motrice autem potius carent, & ratio ex earum functione colligi potest, quæ cum in lactis generatione consistat, in qua edenda vlla necessitas motus habetur, ob id illo etiam carent: Accedit, quod generatio lactis per concoctionem fit, at concoctio quiete potius, quam motu perficitur, postremò lactis generatio ea est operatio, quæ à mammillis prodit gratia partium similarium potius, quam dissimilarium, ac proinde ad lac generandum per temperaturam principaliter concurrunt, cuius immediaatum, & proximum subiectum est pars similaris, non autem dissimilaris. Hinc Auer. reijciendus, qui primo col. capite trigesimoquarto, dictæ compositioni mammillarum musculos etiam super addidit, qui cum instrumenta sint motus voluntarij, si illis mammillæ constarent, præter sensum motum etiam voluntarium haberent. Cæterum nerui, arteriæ, & venæ, quibus mammillæ refertæ sunt, propagines plures & per tenuissima filamenta diuisas habent, quæ per vniuersum mammillarum substantiam distribuuntur, multisque circuitibus, & inuolutionibus perplexæ apparent, quod non temerè, sed magno consilio ab eadem natura factum fuisse censendum est; nam generatio lactis cum ex ipso sanguine per concoctionem fiat, & concoctio omnis non in instanti, sed in tempore absoluantur; propterea non solum opus erat sanguinem, spiritum, & facultatem sentientem per proprias vias ad mammillas produci, sed necessarium erat etiam illa eadem tam diu detineri, quo ad concoctio & in lac conuersio perfecta fuerit; vt autem detineretur, natura multa filamenta fecit, & illa obliqua, & tortuosa per totam mammillarum substantiam dispersa, vt meritò viarum angustarum materia citius non flueret, nisi prius bene attenuaretur, & subtiliaretur, & meritò obliquitatis eadem tam diu immota acquiesceret, donec in lac degeneraret; cuius productio fit per substantiam mammarum glandulosam, & albam, quæ agendo & loquendo, sanguinem in sui similitudinem in colore transmutaret; nutritio enim fit per assimilationem, & quodlibet agens in passum agit, vt sibi assimilet, & quemadmodum hepar sanguine primo nutritur, deinde quod superest, pro aliarum partium nutritione relinquit. A pari mammillæ conuendo, & alterando sanguinem in colore rubeum ipsum albificant, vt illo etiam primo nutriantur, & tanquam à sibi simili conseruentur, quod autem superest, ad pueri nutritionem ordinatur: Hinc colligitur quam colligantiam mammillæ habeant cum aliis partibus; quoniam per arterias cum corde consentiunt, per venas cum hepat, & vtero, & per neruos cum cerebro colligantur; vt habetur à Galeno decimoquarto; debuit autem mediantibus arteriis cum corde coniungi, vt vitalem spiritum suscipiendo eo ipso inniteretur facultas uegetalis mammillarum attrahendo alimentum, retinendo, coquendo, in propriam substantiam vertendo; &

Mammillę cur motu careāt.
1. Ratio.
2. Ratio.
3. Ratio.

īprobet Auer.

Naturæ artificiū in confor. mammillis.

Cōsensus mammarum cum partibus princip.

lac denique generando: secundo debuit per venas vniri cum hepate, vt ab ipso sanguinem reciperet, & eundem in lac transmutaret. Postremò debuit cum vtero colligari, quia natura cum ambas partes ad vnum & idem opus perficiendum comparasset ex Gal. 14. de vsu par. 8. iure per communia vasa eadem coniunxit, vt tempore formationis fœtus dictæ venæ in illius nutritionem, & auctionem conspirarent; ob quam causam fit, vt quamdiu fœtus in vtero retinetur lac in mammis non generetur, sed tota alimenti materia in vterum defluit; at quam primum in lucem editus est, nec amplius ab vtero, sed à mammis potius alimentum accipit, consueuit natura ad mammas etiam nutrimentum conuertere, vt colligitur etiam à Galeno septimo de vsu partium & 14. cap. 4. hinc est, vt quibus hoc tempore menstrua fluunt, lac etiam minuitur, vel ex toto deperditur; quem partium consensum declarat etiam Hipp. 5. aphoris. ratione sumpta ex interitu ipsius fœtus: mulieri inquit vtero gerenti si mammarum altera erit gracilis; geminumque fœtum gerat, alterum ipsa abortiet, & si dextera quidem gracilescat, masculus, si verò sinistra fœmina; mammarum autem generatio ab eodem agente fit, à quo reliquæ oẽs corporis partes vniuersũ fit à virtute formatrice in semine delitescente, ergo ab eadem etiam mammæ constitutæ erunt, ac proinde illarum figura, magnitudo, numerus, situs, colligantia, & compositio omnis ab illa perdebit; finis autem, cuius gratia mammillæ factæ fuere, multiplex assignari potest ex Galeno etiam decimoquarto de vsu partium capite secundo, tertio, & quarto, in primis ad decorem, & ornamentum, secundo ad tutellam pectoris, & subiectarum partium principalium, tertio vt lac generent, quarto vt ex tali lacte fœtus in lucem editus nutriatur, & augeatur; quæ omnes vtilitates ita mulieri conueniunt, vt brutis etiam communes sint, non omni tamen, nec toti speciei competunt; quod sint communes, nulla probatione opus est, quod autem omni speciei non competant, patet quia animalium quædam ouipera sunt, & quædam viuipera, ouipera illa dicuntur, quæ in se ipsis fœtum non generant, & propterea nec alimentum eius in se continent, cuiusmodi sunt volatilia quæ fœtum non concipiunt, sed oua potius generant, quæ caloris generantium fauore, in animalia eiusdem speciei demutantur; hæc autem integra, & perfecta nascuntur, vt post ortum materno, & interno eius alimento ad sui perfectionem minimè indigeant, sed quam primum orta sunt, ab extra illud quærunt, & ob hanc causam nec lac generant, nec mamillas habent, de quibus loquens etiam Galenus loco citato dicebat, quod in animalibus, in quibus ob corporis siccitatem superfluus humor alterius nutriendi gratia non generatur, natura nouam aliam rationem educandi excogitauit, quoniam istis singularem quendam amorem in ea quæ procrearunt, indidit, cuius tanta est vis, atque potestas, vt pro filijs educandis, & conseruandis cum ferrocioribus animalibus bellũ gerere audeant; quæ tamen antea declinabant, & valde pertimescebant; animalia

causa efficiẽs mãmarum.

Vtilitas mammarum.
1. vtil.
2. vtil.
3. vtil.
4. vtil.

Animalia quædam ouipera quædam uiuipera.

prudẽtia naturæ.

autem viuipera ea sunt, quæ in se ipsis fœtum generant, non tamen integram perfectionem in vtero consequuntur, sed cum tenella, & valde imbecillia sint vt solidiora alimenta conficere nequeant, prouida natura alimentum ex propria matre illis comparare voluit, cuius alimenti generandi gratia, natura vbera conformauit, quibus lac producerent, & alendo fœtui subministrarent, donec maiori perfectione acquisita paulo solidiori alimento per se, & seorsum à matre bene nutriri possent. Quamuis autem in ea re mulier cum dictis brutis communicet, ab eisdem tamen in alijs differt, quoniam humanus fœtus ad sui perfectionem longiori tempore, quam bruta materno alimento indigent, & ratio diuersitatis colligitur ex maiori perfectione quam humanus fœtus post ortum acquirere debet, quam brutis contingat; bruta enim in propria matrice maiorem perfectionem acquirunt, quam humanus fœtus, quod est in causa, vt bruta post ortum breuiori tempore lacte indigeant, sed sponte, & per se alieno etiam alimento nutriri possunt; at humanus fœtus non solum vlteriorem perfectionem, vt illa ex petit, sed longè maiorem, quam vt consequatur, longiori etiam tempore materno lacte egere videtur; neque obstat, si quis obijceret, quod hæc longiori indigentia, quam humanus fœtus habet erga parentes, videatur potius maiorem imperfectionem arguere, quia licet longiori tempore aliena egeat ope ad sui perfectionem, tanto etiam tardius ad actionem, & proprium finem properat; prætereà dicendum, quod res omnes, quæ generantur quo longiori tempore coctioni subiciuntur, priusquam complementum acquirant eo meliora, & perfectiora euadunt Aristotel. etiam teste quarto, de gener. anim. nono, quod tum in plantis, tum in brutis, tum denique in homine ipso verum esse probatur, vt merito plantarum satis constet triticum longiori tempore coctioni subijci, antequam ad integram maturitatem perueniat, ob quam causam reliquis etiam seminibus longè lateque in bonitate & excellentia præstat, & in vniuersum plantæ omnes, quæ tardius nascuntur, & augentur, longiori etiam tempore durant; contra quæ citò nascuntur citò etiam interimunt; inter animalia etiam videmus, quod illa, quæ ex putri materia nascuntur, vt citò perficiuntur, ita etiam breui tempore durant; Quæ autem per concubitum generantur in vniuersum, ortum hebent alijs tardiorem, tardiusque perficiuntur, magis tamen vitalia, diutiusque perdurare, videntur in quo eodem etiam genere si pariter comparatio fiat, verendum minimè erit affirmare, quod viuipera animalia, quæ conceptum fœtum in se ipsis diutius formant, & eundem iam editum longiori tempore lacte nutriunt, perfectiora illis sint, quæ breuius intus eundem detinent, & extra alunt; quo fit, vt in tali ordine homo sicut in retinendo fętu cæteris antecellit, & post eundem editum longiori tempore alimentum illi prebet, priusquam ad perfectionem deueniat, ita in pulchritudine, perfectione, & vitę diuturnitate cętera bruta citrà oĩum controuersiã superat; immò si in eadem specie humana indiuiduorum comparatio fiat, pariter obserua-

Differentia fœtus humani à fœtu brutorum.

Obiectio.

Solutio prima.

Solutio secunda.

Cur triticum perfectius sit alijs seminibus.

animaliũ perfectio vnde habeat.

mus, quod nouimestres partus perfectiores, lõgiorisq; vitę sunt, quã septimestres; & denique se Pueri post ortum mutuò cõferantur penes tempus, quo materno lacte nutriuntur; illi profectò qui breuiori tẽpore lacte alentur, etiam in bona nutritione, & partium congrua magnitudine, vitęq; diuturnitate ijs inferiores erunt, qui diutius lacte vsi fuere; cũ enim lac ex eadem materia in mammillis fiat, ex qua fętus in vtero etiam nutritur, augetur, & perficitur, ex Galeno libro de structura hominis. Ideò sicut illius longior vsus in matricæ ad maiorem perfectionẽ fœtum deducit, ita post eundem editum, lac euulsum ad maiorem perfectionem deducere solet; hæc aũt, quæ de tali causa dicta sunt probabiliter potius, quam demonstratiuè dicta fuisse intelligas velim. dictis itaque patet enumeratas vtilitates brutis etiam communes esse, non omnibus tamen, sed viuiperis tantum competere; à quibus homo distinguitur, quia cum perfectior sit, longiori etiam tempore materno indiget alimẽto. nunc superest declarare, quod ex dictis vtilitatibus quædam toti humanę spetiei cõpetant, aliquæ verò mulieri tantum sint propria, cõmunes quidem sunt duæ priores, reliquæ duæ vt propriæ soli mulieri insunt, sed quispiam obijceret de. Viris, in quibus sicut lac generatur, ita ex eodem fœtum nutriri posse videtur, quod in mammillis virorum lac generetur, testatur Aristotoles decimo de historia animalium capite duodecimo, & Auicenna duodecimo tractatu primo, capite tertio, & decimotertio de animalibus idem testatur se vidisse in quodam viro tantam copiam lactis generare, vt ex illo caseus etiam conficeretur. quod si verum est, necessariò etiam sequi videtur ex eodem facto puerum posse nutriri, ergo non sola mulier lac generabit, ex eoque fœtum nutriet. Cui dicendum, quod etiam si concedatur verum esse quod Aristoteles, & Auicenna memoriæ prodiderunt, adhuc tamen non sequitur dictos fines toti humanę speciei ęquè conuenire, sed longè aliter viris, quam fœminis competere; in primis quia si lac in viris generatur, rarò hoc contingit; secundo ex propria eius sexus natura hoc illi non conuenit, quia tunc omni, & semper inesset, quæmadmodum etiam in feminis. Tertio in quibus generatur, in exigua admodum copia fit, ut pro fœtus nutritione sufficere minime posse videtur, & quamuis Auicenna aliter testetur, hoc tamen affirmat de vno singulari tantum, in quo ob indiuidualẽ quandam proprietatem tam copiosè generabatur. postremo etiamsi in viris, lac generetur, non tamen ob eam finem, vt fœtus nutriatur, quia sicut viro non est concessum in seipso, sed in alio generare, ita nec conceptum posset lacte proprio nutrire, sed hoc fœminæ tantum competit, & ideo in illis etiam videmus, quod circa finem fętus, & post illius generationem lac semper generat. quod si aliter in aliquibus contingat, hoc erit pręter naturam & morbi alicuius causa. Cęterum si mammillæ in muliere factæ sunt ob dictas vtilitates, & potissimum ob lactis generationem, deinde pueri nutritionem, inquirendum superest, quis nam ex istis finibus principalior habetur. Dicendum quod mammæ primo sanguinem alterant, & coquunt suæ propriæ conseruationis gratia, deinde ipsius pueri, nam

Marginal notes: Cur noui mestres sint pfec. septim. — Vtilitates propr. & com. quę sint. Obiectio. — Solutio. — Generatio lactis in viro & fœmina differt. 1. diffe. 2. diffe. 3. diffe. 4. diffe. — Quæ est principalis vtilitas mammarum.

ex Galeno libro de facultatibus naturalibus, insitum est cuilibet parti cor poris, vt sui ipsius conseruationi primo incũbat: deinde aliorum, ita hepar sanguinem generando id primo facit, vt ex illo se ipsum conseruet, deinde vt ex eodem, qui post nutritionem superest, reliquum corpus nutriatur. sed rursus quęreret aliquis, cur sit, quod infans nuper natus ex eadem materia non nutriatur, ex qua, dum in vtero existeret, alebatur, in eo enim ex sanguine nutritur. quam primum verò natus est, ex lacte conseruatur, & augetur, cuius rei causa multiplex assignari potest, prior est, quia fœtus cum plurimum habeat de calore innato, minimum verò de adscititio ad differentiam sui ipsius secundum cęteras ætates. Ideo illius conseruatio nutritione facienda, fieri debuit ex alimento simili substantiæ caloris innati, consequenter ex alimento puriori, at nihil in humano corpore purius ipso lacte reperitur, ergo fuit conueniens alimentum; quod autem purius sit, eius generatio ostendit, quoniam fit ex sanguine per vlteriorem coctionem in mammillis factam, & in lac uerso, quo enim aliqua subiecta materia plures coctiones experitur, eò maiorem depurationem, & perfectionem recipit. sic panis per primam coctionem, quam in ventriculo recipit à crassioribus excrementis expurgatur, & in chilum degenerat, qui per secundam coctionem, quam in hepate recipit, alijs excrementis adhuc separatis maiorem puritatem suscipit, & in nouam sanguinis formam transmutatur. sanguis deinde vlterius concoctus in ipsis mammillis maiorem adhuc depurationem recipit, ob quam causam fit, vt alimentum euadat, pro infantis nutritione valde conueniens; secundo infans natus longe aliter nutritur, quam in ipso vtero; quoniam alimentum per os accipit, & in ventriculo concoquit, & ita in cęteris partibus. ergo debuit tale alimentum habere, quod à calore ventriculi & aliarum partium facile, & bene alteraretur, & in propriam substantiam conuerteretur, huiusmodi autem lac potius est, quam sanguis, is enim quamprimum extra venas reperitur, congelatur, & in grumum vertitur, vt nutritioni sit minus idoneus, omitto quod nutriri sanguine materno impium adeò videretur, vt nutritio ex illo facta vlla ratione conueniens appareat, quod de lacte dici minime potest.

Quæsitũ.

1. causa.

Digres.

2. causa.

3. causa.

De numero mammillarum, & sit. villarum. Cap. II.

ETiam si mammillarum generatio in homine æquè, vt in brutis fiat, & ob eandem rationem, & finem, sicuti dictum est, præter propositam tamen differentiam altera accedit, quæ à numero desumitur, siquidem in muliere perpetuò duæ sunt, Galeno authore decimoquarto de usu partium quarto; in brutis autem plerisque longè magis numerosæ habentur, cuius diuersitatis causa ex fine colligitur, in quem illæ ordinatæ fuerunt, nempe in generationem lactis propter fœtum nutriendum, sed fœtus, qui & vitalis est, at proinde ex lacte aliturus in spetie humana uel unicus, uel duplex est, quem numerum si excesserit,

Differ. mulier à brutis pe nes num. mãmil.

cur in muliere duæ tãtũ sint mã.

vinere

Prudẽtia naturæ.

uiuere nequeunt, propterea natura proprii operis prouida, tot mammas generauit, quæ alendo fœtui correſpõderent; pro duplici autem fœtu duæ ſufficiunt, pro vnico autem altera tantum, nec ob id altera ſuperflua erit. ſi contigerit vnam à propria actione deflectere altera ſupplere poterit. Ideo Hip. quinta aphoriſmorum habet, quod mulieri geminos habenti; ſi mammarũ altera graciletcat, geminumq; fœtum generet, ipſa alterũ abortiet; & ſi dextra quidem gracilis fuerit maſculus, ſi ſiniſtra fœmina, at in brutis quot ſunt mammæ, totidem fœtus illis correſpondere ſolent; ex eadem mãmillarum actione ratio colligi poteſt, propter quam natura mammas, in pectore potiſſimũ collocauerit, cuius ea ratio eſſe potuit, qu'a generatio lactis citrà calorem fieri non poterat; at inatus calor mammillarũ ad id præſtandum non erat per ſe ſufficiens; proinde ex Gal. 7. de vſu par. 22. mammillæ inter partes frigidas enumerantur, quare aliena egentes ope, à ſubiectis partibus illam recipiunt, nempe à membris ſpiritalib. quæ ab eiſdem viciſſim iuuantur, à quibus protecta internus eorum calor fouetur, & conſeruatur, non ſecus, ac facit veſtis, quæ prius calefacta, calefacit. Præterea eundem locum habuere, propter illius amplitudinẽ, ad differentiam brutorum, in quibus non in pectore, ſed poſterius à pectore collocata fuere, & ratio eſt, quia bruta cum inclinata moueantur, & propter pedes anteriores, quos natura valde propinquos fecit, locus pectoris valde anguſtus ſit, ob hanc rationem mãmillarum capax eſſe non poterat: immo ſi in tali loco poſitæ fuiſſent, earum etiam motus minus expeditus, vel impeditus extitiſſet, de homine vero aliter dicendum is enim recta facie incedens, vultumq; ad ſydera tollens rectè, & procul ab omni impedimento in pectoris regione ſatis ampla mammillas continere potuit; mammillæ igitur membra erunt organica, ex venis, arterijs, neruis, & adenoſa ſubſtantia genitæ à facultate formatrice, vtrinque in pectore mulieris fabricatæ, vt lac generarent propter infantis nutritionem auctionem, & perfectionem.

Mammæ cur in pectore ſint. Primã cã.

Secunda cauſa.

Definitio mammillarum.

De Lacte. Cap. III.

POſteaquàm omnium conſenſu decretum eſt, mãmillas à natura fuiſſe conditas, vt lac producerent, propter infantis nutritionem, nullumq; alimentum conueniens, & magis accommodatum reperiatur hoc ipſo lacte. Ideo ipſius lactis optimi conditiones inquirendæ ſunt, nobis autem cõſpicuæ fient, ſi illius natura comperta in primis habeatur, quæ cum per illius definitionem innoteſcat, ideo à lactis definitione exordiar, quod aliud non eſt, quam excrementum vtile tertiæ digeſtionis factum in mammillis mulieris benè diſpoſitis poſt editum fœtum, ex ſanguine ulterius concocto, propter infantis nati nutritionem, auctionemq;. in primis dixi excrementum eſſe ad differentiam alimenti: Quamuis enim alterius reſpectu alimentum ſit, ex parte tamen mulieris, in qua generatur, excremẽtum erit, vt habetur à Gal. 14. de uſu par. octauo 7. de uſu par. 22. & ab

Definitio lactis naturalis.

Lac eſſe excre.

Aristotele quarto de generatione animalium quinto, dictum est utile ad differentiam inutilis, quod uidelicet nondum habet usum, nec in corpore, in quo generatur, nec respectu alterius cuiusmodi, sunt excrementa primæ coctiouis, quę in intestinis recipiuntur, ut simul tanquam omninò inutilia expellãtur. Idem dicatur de utraq; bile, quæ secũdę coctionis inutilia excremẽta sunt, & sordities pariter totius corporis, insensibilisq; halitus inde transpirans, quæ omnia inutilia sunt; lac uerò etiam si respectu mulieris, & mamillarum superfluitas quædam sit, respectu tamen infantis utile, & necessariũ alimentũ euadit ex eod. Gal. citatis locis. dictum est tertię digestionis ad differentiam excrementorum primæ & secundę, quorum neutrum lac est, sed ad tertiam pertinet. Ideò Galenus libro de structura hominis habet, quod lac, & semen ex eadem materia fiunt. idem habet 15. de usu partium cap. 8. & lib. de uene sec. contra erast. at semen fit ex sanguine in tertia digestione, ergo etiam lac, differentia tamen est ratione loci, & finis, loci quidẽ quia lac generatur in mammis, semen uerò in testibus, secundò lac est alimentum conseruatiuum indiuidui, semẽ uerò speciei, dictum est mammillarum, quia tertia digestio etiã si fiat secundum quamlibet partem corporis, non tamen lac est opus cuiusque partis, sed mammillarum tantum, quibus ea peculiaris constitutio competit, vt lac generent; quæ actio ut solis mammis est propria, ita per nutritionem, quam à sanguine suscipiunt, cum cæteris partibus conueniunt; quæ sententia Galeni pariter fuit septimo de usu partium, vbi habet, lac in mammis fieri per actionem caloris in ipsum sanguinem, qui dealbatur, cuius dealbationis causa ex propria mammarum substantia colligitur, cui lac in colore est simile non secus, ac semen etiam ipsis testibus; vt habetur pariter à Galeno quinta aphorismorum trigessimo nono; & ratio est, quia concoctio omnis fit per assimilationem, ideo chilus in venis genitus illi assimilatur, qui deinde in hepate nouam coctionem suscipiens, eidem visceri simile euadit, rubedinemque acquirit; qui deinde ut ad testes transmissus & alteratus, in albam seminis substantiam uertitur ita à proprio mammillarum calore concoctus, dealbatur, & in lac commutatur; & quemadmodum ventriculus chilo non nutitur, postquam alimentum chili formam accepit, at hic est potius materia sanguinis generandi in hepate. Sed antequam in chilum uertatur, ac proinde ex substantia quadam quæ in uia est ad chilum, & illi ualde similis; nec hepar nutritur sanguine, post sanguinis formam in illo aquisitam cum hic sit superfluitas nutrimenti ipsius hepatis, & materia alimenti tum corporis totius, tum ẽt ipsius lactis, sed alitur ex substãtia quadã sanguini ualde proxima, nec testes semine iam facto nutriuntur, quia hoc potius principium generandi, sed magis ex substantia illi ualde affini, ita profectò mammæ exquisito lacte minime aluntur, sed substantia quadam ipsi lacti ualde simili, ex lacte uerò formato infans nutritur, quod etiam ex eo confirmari potest, quia mammillæ alijs etiam temporibus nutriuntur, in quibus nulla fit lactis generatio; Erit igitur lac excrementum utile pro infantis nutritione

genitum

Lac esse excre. utile.

Lac esse excre. 3. digest.

conueniẽtia lactis cum semi.

Differ. lactis à semi.

Prima differ.

Secunda differ.

Solis mãmil. competit lac gene.

Lac cur album fit

Mãmillæ non nutriuntur lacte.

genitum in mammillis per tertiam coctionem: Additum deinde fuit mulieris, ad differentiam mammillarum tum brutorum animantium, tum ipsorum virorum; hic enim sermo est de lacte humano, ex quo editus fœtus certo tempore est nutriturus, hoc autem non aliud est, quàm lac mulieris, ex quo solo infans diu nutriri potest, ad differentiam uiri; in quo lac non generatur; & si generatur, in modica copia fit, & de materiæ potius, quam finis necessitate producitur. Dictum est post editum fœtum, ad differentiam mulieris, quæ vtero non gessit, vel quia viro non fuit coniuncta, uel quia ob ętatem concipere non est apta, in qua lactis etiam generatio nullam necessitatem habere potest. Dictum fuit optimè dispositis, quia mammillę ad lac generandum concurrunt penès duo, primo per facultatem lactificam, secundo per organum & subiectum proprium, in quo officium suum exercet. facultas quidem lactifica rationem habet agentis principalis, sine quo cętera, quæ ad lac generandum requiruntur, nihil posse videntur. hæc autem facultas in quacumque muliere, & in qualibet ætate reperitur, non tamen lac generando in actum secundum semper exire potest; quod contingit primo ob materiæ defectum, ex qua lac generari debet, ut in extremis ętatibus accidit; lac enim in illis tantum ætatibus fit, in quibus sanguis superfluus reperitur, & per debita loca statutis temporibus expurgatur, quemadmodum contigit ab Anno Duodecimo usque ad quinquagesimū, in cæteris uero ętatibus ob defectum superflui sanguinis, nec per vterum purgationis, nec lac generari amplius potest. Et præterea in illis etiam mulieribus producitur, quæ prius conceperunt; 2. ex parte organi, concurrunt mammillæ dupliciter, primo meritò partium similarium, consequenter, gratia temperaturæ, & ratione dissimilarium, hoc est meritò conformationis, secundum partes quidem similares, mammillæ sunt instrumēta principalia, per dissimilares uerò minus principalia, facultas enim lactifica dum sanguinem cōuertit in lac, innititur primo temperatura mammillarum, secundario autem earūdem conformatione, debet autem dicta temperatura esse calida & humida, calida quidem, quia concoctio à solo calore fit, ut habetur ab Aristotele quarto meteorum, & quarto de generatione animalium, & ideo Galenus septimo de usu partium dicit, mammillas per proprij caloris actionem lac producere, calor autem iste esse potest auctus, diminutus, & moderatus, in lactis tamen generatione moderatus, potius, vel diminutus quam auctus concurrit, nec immeritò, quia cum illius materia, ex qua lac fit, sit sanguis ipse, ideo ut lac ex illo generetur, modicus calor sufficit. at calor istę cum humiditate potius quam cum sicc. consistit. ergo talis tempera & non alia mammæ innitetur vt lac perducāt. quod Auicenna etiam significauit, secundo canonis capite de lacte, ubi habet lac generari ex sanguine summè digesto, quamuis illius organa ad frigidum declinent, & Galenus etiam quinto de simplici medicina statuit, lac medium esse inter sanguinem, & flegma, hic ossa inter partes frigidas enumerantur, per proprium tamen, & diminutum calorem agentia, sanguinem in propriam naturam conuertunt. conformatio autem operandi

Lac generari post editum fœtum.

Mămillæ qūo concurrat ad lactis gener.

Lac cur i determinata ætatē producatur.

Mămillæ dupl. concurrunt ad pduc. lactis.

Quæ sit tempera māmil.

eius antea expoliatus fuit: Additum est in definitione, post fœtum editum: vt tempus generationis eius pateret, quod est post editum fœtum, nec immeritò, quia propter illius nutritionẽ requiritur alimentum eidem simile, ex quo etiam in vtero alebatur, sed ibi ex sanguine alimẽtum sumebat, ergo ex eodem sed in lac conuerso, post ortum nutrietur; vt habetur etiam ab Hippoc. lib. 1. de morbis muliebrib. vbi dicit lactis materiã esse sanguinẽ, imò fieri vult ex sanguine pinguiori, & dulcissimo, à quo deinde Gal. accipiens 2. epidem. secto 3. & primo de sanit. tuen. dicit lac parum distare à sanguine menstruo, & 14. de vsu par. 8. & lib. de venę sect. contra Erasistratum capite quinto, lac inquit fieri ex sanguine menstruo, intelligendo per menstruum sanguinem partem illam meliorem, & puriorem, quã Hippocrates pinguem, & dulcem vocabat; & quinta aphorismorum trigesimonono dicebat, quod si mulier, quæ neque peperit, neque vtero gerit, lac habet, signum est ei menstrua defecisse, à quibus Aristoteles etiam minime dissentiens, quarto de generatione animaliũ capite octauo determinat, lac fieri ex vlteriori sanguine post nutritionem mammillarum superstitè, cuius terminus est dealbatio. Si igitur lac ex sanguine fit, ergo qualis ipse fuerit, tale etiam lac euadet. Cũ igitur sermo habeatur de lacte secundum naturam, ideo conditiones etiam laudabilis sanguinis primo expendendæ erunt, deinde ipsius lactis; at constat, quod sanguis si in optimũ lac degenerare debet, oportet eum seruare suæ propriæ naturæ leges omnes, in substantia inquam, quanto, quali, & motu, vt habetur à Galeno primo de tuenda valetudine; seruat autem naturam suam ex parte substantiæ, qñ ratione materiæ, nec crassior, & terrestrior fuerit, nec tenuior, vel aquosior, sed mediocritatem quandã seruabit, ex parte formæ nec crudior, nec plus æquo assatus, corruptus, vel alieno humore permixtus esse debet, sed talẽ coctionem, & conditionem eum seruare opus est, qualem partes oẽs ex eo nutriendæ requirunt; sic merito quantitatis nullius excessus, aut defectus particeps sit, sed cõmoderationem habeat, penès temperaturam non sit calidior, frigidior, humidior, aut siccior, sed in calore, & humiditate temperiẽ habeat, qui sanguis ita depictus in colore ater, aut niger non erit, sicut melancholicus, non citrinus, vt biliosus, non albus, vt pituirosus, sed viuidam rubedinem omninò præseferat, in sapore nõ amarus, vel acetosus, sed sub dulcedinis particeps erit, ex Galeno etiam 5. aphor. 37. in qualitate tãgibilis non feruẽtior, aut frigidior, sed moderatè calidus sentietur, in odore non alienum, sed bonum, & laudabilem habebit, quemadmodum naturæ optimi sanguinis conuenit in motu, nec omnino immobilis, nec concitato motu mouebitur, sed ad motum, & quietem ita se habet, vt ab inanitis partibus attrahi, & à repletis etiam expelli patiatur; ex quo quidem sanguine ita secundum naturam affecto, non nisi probum lac generabitur, cuius pariter conditiones eiusmodi erunt, vt nec fluidius, vel crassius, & caseosum sit, sed mediocrem substantiam seruans ab omni extremo æquè recedet. Præterea non crudius, nec assatũ fiet, sed aprimè coctũ, non redundans, vel deficiens, sed in ea copia, ut nutritioni, & actioni infantis satisfacere possit; nõ calidius humidius, frigidius, & siccius,

Causa est materia nutriẽdi fętum in vtero, & extra.

Sanguis laudabilis q̃s sit.

Substãtia sang.

Forma sang.

Quantitas sang.

Qualitas sang.

Motus sang.

Color sang.

Sapor sang.

Prima qualitas sang.

Motus sang.

Conditiones optime lactis.

Substãtia lactis secundũ naturam.

Forma lactis.

Quantitas lactis.

Tempera lactis.

Sapor lactis. Color lactis. Odor lactis.

sed tẽperatũ, prout lactis naturæ cõgruit, nõ alieno sapore pditũ, sed subdulcedinẽ habeat, in colore album, in odore suaue, in tactu teporẽ referens, & deniq; ex parte motus non congellatum in mammillis præter naturam quiescat, nec contra illius ordinem assiduo effluat; sed ita in mammillarum substantia delitescat, vt ab ore lactantis citrã resistentiam exugi patiatur; hac enim ratione conuenientissimum erit pro pueris educandis alimentum ut habetur etiam à Galen. 10. de symp. medic. cap. de lacte & quinto, eiusdem cap. 21. vt ex dictis tandem concludendum sit lac aliud non esse, quam excrementum vtile tertiæ digestionis factum in mammillis mulieris optimè dispositis post fœtus generationem ex sanguine vlterius in illis concocto, ab innato, & proprio calore propter infantis nati nutritionem, & auctionem.

Epilopus.

De lactis defectu. *Cap. IIII.*

Tripl. sympt. lacti occurrens. 1. sympt. est defectus lactis 2. sympt. est lactis dimin. 3. sympt. est lactis deprau. Lac tripliciter deprauar.

CVm primum status naturalis mammillarum, iam explicatus euertitur, in earum etiam propria functione error statim oboritur, ratione cuius infans variis, multisque modis lædi potest; talis autem error triplex esse solet, prout illarum functio vel omnino aufertur, & tunc oritur illud symptoma, quod dicitur defectus lactis, vel iminuitur, & ita secundum oritur sola magnitudine à primo distinctum, vel deprauatur vt cum lac generatur, sed non tale, quale fieri deberet, & hoc symptoma est multiplex, prout multis modis lactis generatio secundum naturam deprauari potest; deprauatur autem, vel ratione formæ, vel materiæ, vel vtriusque; si penès formam, hoc fit ex corruptione illi superueniente, si penès materiam, hoc contingit, dum lac coagulatur, & congelatur; de quibus symptomatibus propositum nostrum erit hic agere, consultò prætermittentes illas affectiones, quæ cæteris partibus corporis communes sunt, cuiusmodi sunt tumores omnes præter naturam, inflammatio inquam, œdema, erisipelas, syrrhus, cancer, vlcera, & huiusmodi: A lactis autem defectu incipiens, ante omnia de illius essentia tractabo, ac proinde de forma, materia, & causis eius efficientibus; quo ad formam attinet, consentiunt omnes lactis defectum non solum esse symptoma, sed etiam in læsa actione, quia in eo lactis generatio secundum naturam non fit, hoc autem dupliciter contingit, prout lactis generatio vel omnino ablata est, vel diminuta, quorum symptomatum vtrumque sub lactis defectu comprehendimus, ambo enim sub eodem genere symptomatum continetur, nempe sub læsa actione, & ab eisdem causis secundum magis & minus differentibus dependent; quomodocumque autem actio ista læsa fuerit, in aliquam facultatem referri debet; hæc autem non est vitalis, vel animalis, sed naturalis, & adhuc non quælibet, sed determinata, qualis est facultas lactifica, quæ cum materialis sit, & propria, in agendo etiam organo materiali, & determinato indiget; quod est mammilla, ita vt defectus lactis, & eiusdem diminutio non aliud sit, quam actio læsa facultatis naturalis lactificæ vtentis mammillis tanquã organis sibi accommodatis pro lacte generando. Cæterum læsio ista esse potest tum in vtraque mammilla, tum in altera solum, atque hac vel dextera, vel sinistra. Vbicumque autem læsio ista fuerit,

Forma defectus lactis.

Subiectũ lac.

semper

semper ab aliqua causa prodibit, ideo de causis auferentibus, vel minuentibus lactis generationem agendum est; sit ergo vtrumque symptoma, vel dicta facultate mammillarum labefactata, vel impedita, si primum, id fiet ob aliquam intemperiem, quæ esse potest simplex, & composita, & vtraque insiguis, & remissior; & quæcumque illa fuerit, semper dicta facultas lædetur diuerso tamẽ modo, quoniam ab insigni, propria actione frustrabitur, & tunc lactis generatio omnino ablata erit, à remissiori autem imbecillior reddetur, vt in lacte generando diminuta sit; nam facultas omnis naturalis ab insigni intemperie ita lædi consueuit, vt vel non attrahat, vel non retineat, vel non coquat, vel non expellat; si autem eadem facultas impedita potius fuerit, potest impediri à causis internis, & externis, si ab internis, esse possunt in mammillis, vel alibi, si in mammillis, potissimum locum habebit morbus in magnitudine aucta vel diminuta, & in via obstructa, quorum causa vel vitalem spiritum à corde non suscipiunt, quod contingit, quando in solis arterijs obstructio fuerit, vel animalem à cerebro, vt si obstructio in solis neruis extiterit, vel materiam, ex qua lac generari debet, vt si eadem obstructio venas potius detinuerit, per quas sanguis transmitti solet, & à mammillis attrahi, vt in lac degeneret; vel obstructio esse potest in arteriis, & neruis, vel in arteriis & venis, vel in neruis & arteriis, vel denique in omnibus simul: Et vbicumq; illa fuerit, cum integra, & non integra esse possit, si integra extiterit, lactis defectum faciet, si ex parte lactis diminutionem; merito aũt morbi in aucta magnitudine, locum habebunt tumores siue calidi, siue frigidi fuerint; nam ratione scyrrhi facultas attractrix mammillarũ aufertur, præsertim si tota mammilla scyrrhosa fuerit; diminuitur aũt si eadem mammilla secundum aliquam partẽ tali scyrrho detineatur. Idem contingit ex magnitudine diminuta, siue morbosa hæc fuerit, siue connaturalis; de qua causa Hipp. etiã locutus est, primo de morbis muliebribus, vbi testatur aliquas mulieres reperiri, quæ ex propria natura lac minimè producunt, vt in quibus mammæ sunt paruæ, & vasa, quibus cum vtero colligantur, angustiora, & densiora sunt. Si deinde impedimentum fuerit extra mammillas, esse põt in toto corpore, vel in parte determinata; si in toto, erit ratione febris, hydropis, cachexiæ, vel tabis; si ratione partis, vitium erit in parte principe, vel inseruiente, si in principe, vt ommittã cor, & cerebrum, concurret potissimum ipsum hepar; qđ cum sit sanguinis officina, conuenientem ẽt materiã generare debet, & mammillis subministrare, vt ex illa probũ lac generetur; quod dum non fit, mammillę à proprio officio multis modis declinare possunt, pro ut sanguis ẽt à propria sua natura multipliciter recedere consueuit, qui oẽs modi proponẽdi sunt: qm̃ qualis fuerit sanguis, qui est materia lactis, eiusmodi ẽt lac euadet: sed cęteris omissis, in pręsentia satis erit cãs proponere defectus lactis rõne sanguinis; deficit igitur lac, quia peccatũ est in sanguine ex parte substantiæ, quanti, qualis, & motus; si ex parte substaotiæ, & primo ratione materiæ si sanguis tenuior fuerit, qualis est serosus, nõ habens substantiã accõmodatam, vt in lac degeneret; ideo rõne huius, vel lac non producetur,

Causę efficientes. Intemperies mammil.

Fac. à quibus causis impediat causæ interne.

Obstructio multipl.

Tumoris multiplices.

Febris.

Qualis est materia lactis, tale ipsum euadit.

Vicium in substãtia.

vel in minori copia generabitur; si crassior aut terrestrior fuerit, q̃a crudior est, vel plus iusto assatus, non poterit in lac ita conuerti, vt in debita copia generetur: si formam. Spectemus, idem sanguis deficit à congrua & perfecta coctione, vel per excessum, vel per defectum, & si per defectum crudior erit, vt tale vitium in mãmillis corrigi nequeat, cum earum proprius calor ea tantum vi præditus sit, vt non sanguinẽ generet, vel ad vltimum ornatum ipsum deducat, quia hoc soli hepati conuenit; sed si idoneũ attraxerint, & susceperint, in probum lac vtiq; vertent. Quare ex sanguine diminutè cocto non poterit in mãmillis ea lactis copia generari, quæ materiæ sanguineæ attractæ, vel transmissæ respondeat, cum ob cruditatẽ tota in lac verti apta nõ sit, & ita lac rursus vel deficit, vel partius generabitur. Si quantitatem consideremus, hæc omnium maximè concurrit tum copia tum inopia; vbi .n. sanguis defecerit in reliquo corpore, vt nõ generetur, cui dubium, quod lactis ẽt generatio non fiet; deficit autem sanguis vel ob cibi boni, idest materiæ inopiam, vt ex ieiunio contingit, vel ob qualitatẽ, quia videlicet cibi, qui in vsum veniunt, licet copiosi sint, tamen sunt mali succi, & in copiosum probumq; sanguinẽ verti minimè apti, sed potius in excrementa, ideo eorum causa lac ẽt deficere solet, quibus ea ẽt addi possunt, quæ sanguinis generationẽ impediunt, ac proinde ipsum lac, cuiusmodi sunt acetum, ciminum, semen canapis, ruta, camphora, & similia. Si deinde motum eiusdem sanguinis cõsideremus, dupliciter concurret, primo quia consuetus illius motus inhibeatur, secundo quia violenter, & inordinatè moueat, si immobilis fuerit, vt ad mãmillas peruenire nequeat, illius etiã carentia lactis generatio in mãmillis non fiet; redditur autẽ immobilis propter obstructionem venarum ad mãmillas pertingentiũ: si aũt inordinatè cõmotus, in contrarias partes impetũ habuerit, dupliciter contingere põt, prout terminus dicti motus esse potest intra, vel extra corpus, intra quidem vt si ob aliquam partis inflãmationem, & dolorẽ sanguinis attractio fiat à reliquo corpore in partem dolentẽ, & inflammatam. Si aũt extra corpus moueat, hoc contingere põt ex immoderato fluxu menstruorum, hemoroidum, aut narium; quod si eadẽ facultas lactifica ab externis causis impedita fuerit, impediri poterit ab ijs, quæ necessario, & non necessario occurrunt, quæ oẽs sanguinẽ minuunt, vel quia per alias partes educunt, vel illius vasa densant, & cõstringũt. Sic inter causas necessario occurrentes concurrit ambiens s̃m aliquã primarum qualitatũ valde excedens, quarum cã corpora vel nimis inaniunt, refrigerantur, aut densantur, & siccant, ex cibo ẽt tenui deperditum restaurari non põt, vt longe minus nec lactis generatio fiat. Sic ex longis vigiliis, laboribus, animiq; accidentibus corpora emaciari, & contabescere solent. Si causę necessario nõ occurrunt, erunt medicamẽta, tum alterantia, tum purgantia, tum agentia manifestis, tum occultis qualitatibus: vt merito alterantiũ quæcũq; valenter refrigerant, aut siccant, lactis generationẽ simul impediunt; idem ẽt præstant, quę densandi, & constringendi vim habent, quæ pariter calefaciũt, & aperiunt fundẽdo sanguinẽ, & vias aperiendo possunt sudorẽ, vel menstrua prouocare,

Vicium in form.

Vicium in quãtit.

Vicinum in motu sang.

Causæ externe.

Aer.

cibus.

Vigilie.

Animi accid.

Medic. alterãtia.

care,& ſumatim cum Gal. 5. de ſimpl. medic. 2. omnia calefacientia, humectantia, refrigerantia,& ſiccantia lac minuere poſſunt. Eadem ratio de illis habenda eſt, quæ latenti qualitate agunt.

De differentijs defectus lactis. Cap. V.

SI differentiæ propoſiti ſymptomatis à partibus illius eſſentiã explicantibus deſumuntur, à forma, materia,& cauſa effectrice hauriendę erũt; quamuis ex parte formæ nulla ſpecifica differentia habeatur, niſi dicere voluerimus, quod lactis defectus ratione qua eſt actio lęſa mãmarum, vel omnino eſt ablata, vt cum nullo modo lac generatur, vel diminuta, vt cũ parcius,& in minori copia producitur, ex parte deinde materiæ, cũ dicta actio læſa ſit reſpectu mãmillarum, ideo dicere poſſumus mammillas lædi vel vtraſque, vel alteram tm̃, atque tunc dexteram, vel ſiniſtrã,& quæcumq; ea fuerit, primario, vel ſecundario læditur, & ſi ſecundario ratione totius, vel partis,& ſi partis principalis, vel inſeruientis: Poſtremo occurrũt differentiæ à cauſa effectrice deſumptæ, quæ totidem ſunt, quot fuere enumeratæ cauſæ, ita vt defectus lactis alius fiat ab externis cauſis, alius ab internis,& ſi ab externis, vel neceſſario occurrentibus, vel nõ, & ſi ab internis vel à facultate mãmarum labefactata, vel ab impedita, & ita de reliquis dicendũ.

Differentię formales.

Diffe. materiales.

Differ. à cauſis effic.

De ſignis. Cap. VI.

LAc omninò vel ex parte deficere cognoſcimus, tum ex relatione parientis, tum ex nobis met ipſis mãmillas conſpicientibus, quæ minus tumidę ſunt, quam pro lactis conuenientis generatione conueniat, vel omni tumeſcentia carent, vt in illius defectu contingit, cuius venæ ob ſanguinis defectũ, vel diminutionẽ inanitæ, vel non apparent, vel vix inſpici poſsũt, diminuta ẽt nutritio, & macies, quæ in puero apparet lactis diminutionẽ denotabit; omitto quod debita augumenta non ſuſcipiet, vitamq; in ploratu,& clamore vt plurimum pertranſibit. Quo ad materiales differentias ſi in vtraq; mãmilla lac omnino, aut maiori ex parte defecerit, eandẽ magnitudinem ambæ ſeruabunt. Si aũt in altera magis, in eius ẽt magnitudine differentiæ nota aliqua conſpicietur, an verò primario, vel ſecundario lædantur, diſtinguemus, quia vbi in reliquo corpore,& ſingulis eius partibus nulla læſio apparuerit, indicabitur mãmillas primario læſſas eſſe; at ſi alterius cauſa hoc ſymptoma mãmillis aduenerit, diſcurrendũ erit per ſigna indicantia totius vel partis affectionẽ, vt merito totius febris aderit; eadẽ ſit ratio de affectibus partium, quicumq; autem fuerit lactis defectus, cũ pendere poſſit à cauſis internis, & externis, diſtinguemus quia ſi in externis error aliquis cõmiſſus fuerit, & præterea reliquum corpus benè habuerit, indiciũ erit tale ſymptoma ab externis cauſis pendere, quæ cũ neceſſario, & nõ neceſſario occurrentes ſint, diſtinguemus per illas diſcurrendo, nam in rebus nõ naturalibus,& neceſſario occurrentibus ſi recta viuendi rõ ſeruata fuerit, indiciũ erit pendere à cauſis nõ neceſſario occurrentibus, quę cum plures eſſe poſſint, ex relatione facile diſtinguentur, qm̃ vel præceſſit

Signa in genere.

Signa differ. form.

Signa differ. mammilium.

Signa læſionis mã mil. princip. & nõ princ.

Signa differ. a cauſis effic.

Signa cauſarum exter.

usus medicamentorum sanguinis generationem prohibentium, vel medicamentis per secessum, vterum, aut reliquum corpus vacuantibus mulier abusa erit, vel præcessit fluxio sanguinis per vterum, nares, vel hæmorhoidas sponte facta, vel per venæ sectionem; quę & similia si non præcesserint; indicium erit erroris commissi in sex rebus non naturalibus & necessariò occurrentibus, & primo si fiat ex parte cibi, si bonus fuerit, vt inde probus sanguis aptus sit generari, & consequenter bonum lac, non tamen generetur, signum erit ob ieiunium non fieri, contra si in debita mensura capiatur, lac tamen non producatur, indicium erit, quod cibus est prauus, & mali succi, qui cum minori ex parte in laudabilem sanguinem vertatur, ideo nec lac in ea copia generabitur, vt ex eo corpus nutriatur, & conseruetur. Sic mulier oleribus nutrita copiosum lac producere non poterit, sed maior pars in excrementa vertetur, & in humores malos, biliosos inquam, melancholicos, pituitosos, & serosos, distinguemus autem huius, & illius humoris dominium intuentes signa indicantia hunc, & illum corporis habitum, de quibus alibi dictum est; respicere etiam oportebit in ipsum lac, cuius color si citrinus fuerit, sapor amarus, substantiæ subtilis, coleræ dominium indicabitur. Si lac obscurioris coloris fuerit, saporis acetosi, in substantia crassum, & terrestre indicabitur dominium melancholię. Si lac fuerit ualde album, sapore insipidum, substantia aquosum, & nimus fluidum, dominium flegmatis significabitur; à pari si præcesserint immoderatę uigilię corpus nimis exiccantes lactis defectus significabitur. Ex somno autem longiori obstructiones fiunt, ut sanguis à mammillis trahi nequeat; sic ex immoderatis laboribus, & exercitiis corpus nimis exsiccatur, & in calescit, & ita lactis generatio prohibetur, idem statuendum, si Diarea, aliusuè immoderatus fluxus superuenerit; ex animi quoque accidentibus, & potissimum ex męstitia, & dolore desinere solet sanguinis productio, at ubi iu dictis externis causis nullus error commissus fuerit, argumentum capietur tale symptoma ab internis potius causis fieri, quas distinguere oportebit. Quare si mammæ naturaliter lac non generabunt, ex illarum paruitate, uasorumque angustia deprehendemus, si præter naturam id fiat, & primo quia eorum facultas sit labefactata, cognoscemus, q̃a in reliquo corpore, vel eius partibus nulla morbosa affectio reperietur, cum deinde facultas ob quamcumq; intemperiem labefactari possit, si illas distinguere cupimus, ad earum propria signa reccurrendum erit; nam ad tactum cognoscemus modo calorem dominari, modo frigiditatem, modo malitiem, & laxitatem modo siccitatem. Commune præterea est cuilibet intemperiei à similibus augeri, à contrariis uerò moderari. Si eadem mammillarum facultas impedita potius fuerit, & primo quia mammillæ primario afficiantur ob morbum in magnitudine aucta, tunc aliquo tumore detinebuntur, qui cum esse possit inflammatorius, erisipelaceus, edematosus, vel syrrosus, distinguemus ad propria illorum signa recurrentes. Si locum habeat morbus in via, ut si mammillarum uasa obstructa fuerint, præterita victus ratio contemplanda erit, & in mammillis nullus tumor apparebit,

Signa erroris in cibo.

Signa indicantia species lactis.

Signa erroris in somno & uig.

Sig. motus & q.etis.

Signa accidentiũ animi.

Signa paruit. mammarum.

Signa intempertei.

Signa fac. impeditę

Signa ob it uc.

apparebit, nec alibi malum conspicietur. Si eadem facultas mammillarũ alterius causa impedita fuerit, vel interna, uel externa erit, & si interna uel ratione totius, uel partis quodcumque fuerit, facultas erit labefactata, vel impedita, si labefactata et primo ratione totius, si intemperies calidior & siccior fuerit, febris molestabit, ratione cuius materia lactis absumitur, nõ regeneratur, sed corpus totum emaciatur, vel aderit tabes, similiter ob intemperiem frigidiorem & ficciorem idem contingit, & pariter ob frigidiorem, & humidiorem, in qua loco sanguinis generatur pituita, vel aqua, aut flatus ut in hydrope contingit. Si autem uitium sit in parte determinata, cognoscemus quia totum corpus bene habebit, an verò pars principalis sit, uel inseruiens distinguemus, quia si princeps erit, ut cor, quod ob frigiditatem, & siccitatem debitam copiam spirituum non generet, corpus totum refrigescet & exiccabitur, ut in melancholicis affectibus contingit, si afficiatur cerebrum non generando spiritus animales copia, & qualitate congruentes, facultatum eius actiones diminutæ erunt; si ob hepatis intemperiem, tum sanguis paucus, uel prauus producetur, ut à diminuto calore paucus fiat, ob insigni uerò intemperie prauus, à calidiori quidem, & ficciori biliosus, à frigidiori & humidiori pituitosus à frigidiori & ficciori melancholicus, cuius humoris dominium cognoscemus, respicientes ad totius corporis temperaturam, colorem, habitum, ętatem, Anni, tempus, & prægressam viuendi rationem, tum etiam lac ipsum examinantes, penès substantiam, calorem, saporem, & reliqua. Si namque aquosum fluidum, insipidumque fuerit, pituitam indicabit, si tenue, & subamarum bilem, si crassum, & subacidum melancholiam; si autem causa fuerit in alijs partibus non principalibus, uel erit ex parte uteri, uel reliquorum uasorum, si primum cognoscemus, quia mulier erit grauida, nam conceptionis tempore sanguis, qui ad mammillas confluebat, ut in lac uerteretur, pro infantis conseruatione totus in vterum confluit, pro confecti fœtus nutritione, uel etiam menstrua fluent, & ita ob materiæ defectum lac rursus non generabitur. Si vitium in uenis obstructis fuerit; cuius causa idem sanguis impeditur, quo minus ad easdem mammas non perueniat, totum, & reliquę partes naturalem constitutionem seruabunt, & hæc de signis dicta sint.

Signa uitii totius.

Signa indicantia uitium in parte determi.

signa cordis affecti.

signa cerebri affecti.

Sig. hep. affecti.

Signa uteri affecti.

Signa uiarum obstruc.

De indicationibus defectus lactis. Cap. VII.

PRO curatione iã explicati symptomatis, causæ omnes prohibentes lactis generationem remouendæ erunt, siue internæ illæ fuerint, siue externæ, siue totum, siue partem occupauerint: Nam si causa interna extiterit, & primo quia facultas ob aliquam intemperiem sit labefactata, semper indicabit auxilium alterans in contrarium, siue hæc intemperies mammillas occupauerit, siue alias partes, vel etiam ipsum totum; si autẽ eadem facultas impedita fuerit, impediri potest à causis internis, & externis, merito internarum, si impedimentum fuerit ex parte materiæ ipsius lactis, quia videlicet deficiat, redundet, aut uitiosus, corruptusque sit, aut in alias

Indic. ab intẽper.

Indic. à materia lactis.

partes

partes moueatur, vel alicui inhærens quiescat, tunc illius defectus indicabit auxilium minuens,& euacuans,ex parte corruptionis siue per se corruptionem conceperit,siue ob alterius humoris permixtionem,indicabit,auxilium diuidens bonos humores à malis,eosdemque expurgans, si alicubi quieuerit, uel fluxum cum impetu in alias partes habuerit, auxilium indicabit modo reuelens, motumque sistens, modo excitans ad motum, cumque sanguis quiescat quia facultas mammmillarum non attrahat sanguinem, idque fiat ob frigidiorem intemperiem caloremque diminutum,indicabitur auxilium calefaciens, quæ si impedita fuerit à nimia sanguinis crassitie ratione cuius sanguis cósueta mobilitate caret,ita indicabitur auxilium attenuans;pariter si impediatur à tumoribus,uiarumque obstructionibus,capiendę erũt indicationes à causa,hoc est à materia producente tumores,uel obstructiones,idem dicatur de eo impedimẽto facultatis,quod à soluta unitate fit,quod si idem sanguis in alias partes raptũ habuerit,indicabitur auxilium reuelens,& intercipiens;denique si ab externis causis necessariò,& non necessariò occurrentibus eadem facultas impediatur,vuiuersa victus ratio ita corrigenda erit,ut facultas procul ab omni impedimento suo munere fungi possit.

Indic. à aliis obst.

Indic. à soluta unitate.

De prognostico. Cap. VIII.

QVemadmodum ex defectu seminis sterilitas oritur, & huiús causa speciei propagaio è medio tollitur,ita ex carentia lactis debitum alimentum infanti subtrahitur,& ita uita priuatur,ob quam causam fit,ut tale symptoma maximum haberi debeat,si differentias consideremus, cum lac omninò auferri,minui,aut deprauari possit,imminutio malum quidem erit,sed deprauatio maior, ablatio uerò maxima, & præterea magnitudo augebitur, si secundum vtramq; mammillam lactis generatio oblæsa fuerit,paulo minor uerò si altera tantum, quo ad differentias ab effectrice causa desumptas,maioris momenti malum erit, si ab internis causis prodierit, quam si ab externis,cæteris tamen paribus. Et si internæ causæ inter se cóparatæ fuerint, eaque natiua fuerit nulla salutis spes polliceri potest; si autem adscititia multiplex esse solet,pro quarum magnitudine, & num ero prognosticum etiam modo malum,modo deterius faciendum erit.

Sympt. magnitudo. Formalium specierum. Comparatio. Materialium spec. comparatio. Effectricium specierum comparatio.

De materijs auxiliorum Cap. VIIII.

CVM defectus lactis tot species,& specierum causæ propositæ fuerint, ideo illarum ablatio,& curatio uarijs etiam auxiliorum materijs auferetur,& corrigerur; & in primis quo ad chirurgicas materias attinet,si lactis generatio defecerit ob abundantiam sanguinis suffocantis calorem mammillarum,& non potentis præ nimia copia eum regulare,& in lac uertere, uerendum minime erit, in tali suffocatione sanguinem esse euacuandum venam communem, aut basilicam dextri lateris seccando,

præsertim

præsertim si in utraque mammilla sanguis & lac ęquè defecerit, uel etiam si secundum alteram tantum imminutum fuerit, ita ut si secundum dexteram lac magis defecerit, ob dictam causam vena lateris dexteri aperienda sit; si autem in sinistra, eiusdem quoque lateris uena aperiri debet; si autem lac defecerit, qm̃ illius materia desit, nempe ob sanguinis paucitatem, tũc si ratione ieiunij præcedentis contingerit, occurrendum potissimum erit congrua uictus ratione, atque tunc conueniet cibus copiosior, dummodo virtus ipsum benè regulare valeat, vel saltem sæpius exhibitus si eadem imbecillior fuerit, sitq; boni succi, & facilis coctionis, temperamentiq; calidi & humidi, ac proinde proportionati naturæ sanguinis, talis enim uictus est ille, qui sicut aptus est semen multiplicare, ita etiam copiosum lac producere potest, quia eadem est materia generationis seminis & lactis, nempe sanguis ipse, & huiusmodi cibus bis in die capiatur, si virtus ipsum sustinere possit, secus in minori copia sumi poterit, quod genus cibi ratione, qua est optimi succi, maiori ex parte in probum sanguinem etiã vertetur, ratione qua calidus & humidus generationi sanguinis proportionatus erit, qui si gustui delectabilis, suauisque fuerit, maiorem adhuc vim nutriendi habebit; quam cibus melior, sed insuauior, cæteris tamen paribus quod etiam in ægrotantibus seruandum esse monebat Hippocrates secunda Aphorismorum 38. nam, ventriculus sicuti ab ingrato fugit, & nauseabundus efficitur, vnde cruditates, rugitus, & vomitus nascuntur, ita ob cibum gratum idem ventriculus delectatur, ipsum amplectitur, benè digerit, vnde & nutritio bona sequitur, cuius alimenti materia multiplex est, de qua cum alias locuti fuerimus non est opus eadem repetere; illud tm̃ addo, quod esus vberum vr̃ maiorẽ habere proprietatẽ ad lac generandum ob similitudinẽ affectæ partis, quod si verum est, id pariter cũ multis affirmari poterit, quod membrũ quodlibet rõne affinitatis maiorẽ uim habebit supra suum simile, quã diuersum; quibus Auer. ẽt consentit quinto colliget capite de medicamentis confortantibus, hac de cã pellicula interna ventriculi summoperè à Medicis cõmendatur in imbecilitate ventriculi, quemadmodũ ẽt intestina in effectibus intestinorum, & ita de aliis dicendum. Si aũt sanguis defecerit rõne febris, curatio ad febrem uergere debet, quemadmodũ si ob immoderatũ fluxum menstruorũ, cum illis progrediendum, quæ talẽ fluxum cõpescere pñt, de quibus in capite proprio copiosè actum fuit. Eadem sit rõ, si in cã fuerit Alui fluxus vel sanguinis narium, ad horum. n. curationem propositum ẽt symptoma curabitur. Si deinde lac defecerit, quia eiusdẽ materia qualitate peccet cũ peccare possit per internã alterationẽ sibi aduenientẽ, uel ob alterius materię permixtionẽ, si primo mõ contingat, cum id fiat ob intemperiẽ aliquam, vi cuius sanguis gñatur modo pituitosus, mõ melancholicus, mõ biliosus, hocq; fiat, qñ hepar dicta intemperie afficitur, uel uẽtriculus, uel totũ ẽt corpus; ideo curatio consistet in alteratione hepatis, ventriculi, uel totius, cũ suis cõtrarijs: similiter si alienus humor permixtus fuerit ab illo depurandus erit sanguis, quod fiet cũ medicamẽtis respicientibus, modo bilis permixtionem,

Cibus copios.

Quãtitas cibi.

Qualitas cibi.

Esus uberũm utilis.

Curatio ob febrẽ.

Curatio ob immode. fluxũ mestr.

Cura ex fluxu alui uel narium.

Cura ob malam qualita. sang.

tione, mō pituitę, mō melancholiæ, siue hæc lenietia fuerint, siue præparātia, siue purgātia de qb. alibi loquuti fuimus, id solū hoc loco obseruandū: ut merito purgantium, in mitioribus insistamus, quæ uidelicet uim habeant expurgandi dictos humores, sed citra exiccationem, ideo ea semper erūt permiscenda, quæ sanguinis lactisque generationem respiciunt, qui rusus sanguis si à praua uiuēdi ratione, ac proinde ab externis causis potius, quam ab internis ortum habuerit, congrua ea uiuendi ratio adhibenda erit, quam sæpius depinximus. Atsi lac defecerit propter uias obstructas, cum obstructio ista fieri possit a copia, crassitie, & uiscididate, ipsi copiæ cū uacuantibus occurrendum erit, crassitiei, & uiscididati cum attenuantibus, & detergentibus; quæ cum multa esse possint, in eorum usu id perpetuò obseruandum erit; quod ubi opus fuerit calefacientibus, & siccantibus uti, ut contengit quando a pituita oppilatio fit, semper eligenda erunt moderatiora, quæ in actiuis qualitatibus calida sint. in primo, uel ad summum in secundo gradu, in passiuis uerò ad temperiem magis uergere debent, hæc enim humorem frigidum calefaciendo, & magis elaborando, in probum sanguinem citra illius humidi consumptionem uertere facile poterunt, hæc autem plura esse possunt, de quibus egit Gallenus quinto de simplici medicina, & Ætius libro decimosexto, capite trigesimotertio, & Auicenna in capite proprio, & Hippocrates libro Primo de morbis muliebribus, quæ omnia ex duplici rerum ordine nascuntur, uegetabilium inquam, ut animalium, & in genere uegetabilium contineantur radices, folia, fructus, semina & cætera huiusmodi. Sic inter radices probantur pastinachia, fœniculi, apij; inter folia erunt folia Citisi, anheti; nasturcij, trifolii, quo etiam utuntur ad impinguandos equos. Eadem sit ratio de floribus eorundem. Inter fructus sunt passulæ dulces, ficus pingues, amygdalæ dulces, pistachia, nus Indica; inter semina habentur semina lini, sessami, hordei, alicæ, cicera rubea, fœniculi, fenu græci, pastinachiæ, quæ omnia si uiridia accipiantur, ratione cuiusdam humidi superflui minus efficacia erunt. Inter animalia sunt intestina terræ, quæ ab Auicenna primo Canonis, fen tertia, doctrina prima, capite secundo proponuntur. pisces saliti, butirum etiam recens, mel, & huiusmodi ex quibus fieri possunt decoctiones, infusiones, succi, pulueres, boli, electuaria, immò lenimenta, emplastra cerata, fomenta, epithemata, quæ & similia mammillis applicari poterunt, si in primis potiones cupimus, in eo lactis defectu, in quo mammillæ sunt refrigeratæ, accipere poterimus seminum Cicerum rubeorum, apii, fœniculi singulorum Dragmas duas, foliorum trifolii pugilum medium, buliant in aqua stilaticia seminum fœniculi, uel hordei ad consumptionem medietatis, cuius decoctionis libra media singulo die mulieri præberi poterit, cui si portio aliqua Zucchari super addita fuerit, potio magis grata reddetur. si paulo efficacioribus calefacientibus opus fuerit, loco aquæ mulsam, aut uinum accipere poterimus, quorum utrumque, & calorem augere aptum est, & cæteris penetrationem dare. Et si acceperimus iam proposita semina simul contusa, & in sufficienti uini, aut mulsæ portione per horas quattuor, uel per integram noctem infusa.

Cura obuias obstructas.

Materiæ auxilii moderato calefaci.

Radices.

Folia.

Fructus.

Semina.

Animalia.

Varie formule medici.

potio.

Infusio.

infusa fuerint,& eorum collatura, diligensque expressio facta eidem mulie ri propinetur non minus iuuabit. Si autem ratione potius siccitatis la c defecerit, in humectantibus insistendum erit, atque tunc mulieri prębere poterimus succum foliorum maluarum, matrum, uiolarum, cremorem ptisanæ, ficus pingues, amygdalas dulces, pistachia, butirum immò lac etiam ipsum,& si siccitas cum caliditate coniungatur, cum Auicenna addere etiam poterimus emulsionem seminum papaueris albi, uel lactucę. Extra etiam applicari poterunt Epithemata ex propositis materijs; ubi enim ob siccitatem mammillæ non generant lat, cum humectantibus progrediendum erit, ut si inunctiones parentur ex oleo sessamino, amygdalino, modico etiam uino optimo adhibito, quibus si consistentiam aliquam addere uoluerimus, butiri lactisque uacini, additio conueniens erit: emplastrum etiam parari poterit, accipiendo farinæ seminum sesami, lini hordei ana partes æquales, lactis vacini, uel butiri quantum sufficit. missę pro lenimento exterius applicando. quod si lac non generabitur, quia ob frigidam intemperiem mammillarum, nec sanguinis attractio, neque coctio fiat, illis utendum erit, quæ moderatè calefaciunt, & calorem roborant, ut materiæ attractio,& eiusdem concoctio melius fiat, in quem usum habemus oleum lini, liliorum alborum, cammamelinum, sessaminũ Sic etiam in optimo uino petiæ madefiant,& tepidæ mammillis applicentur, eisdem robur addere poterunt, quibus liquoribus si addiderimus farinam seminũ lini, apii, fœniculi, & huiusmodi, lenimenta etiam ad id præstandum satis accommodata parabimus.

Cura ob siccitatē. Materiæ auxilij humictantis

cura ob intemperiem calidã & siccam.

Epithem.

Inunctiones.

Empl.

Roborantia.

De dubitationibus circa prædicta occurentibus. *Cap. X.*

DVbium oritur, quia Gallenus, Auicenna, & alii Medici proponentes materias auxilij generantis lac contradicentia asserere uidentur, cum in hoc auxilii genere modo enumerent materias calidiores ut fœniculum, apium, petroscelinum, pastinachia, cicera rubea,& similia; quandoque frigidiores ut semina hordei, lactucæ, papaueris albi, folia maluarum, uiolarum, lactucæ,& huiusmodi, augetur magis difficultas, quia cum eadem sit materia generationis lactis,& menstruorum, natura uno,& eodem tempore utrique iucumbere nequit, sed lac generando menstrua non fient,& fluentibus menstruis, uicissim lactis generatio cessabit, hinc est, quod a natura comparatum fuit, ut quam diu nutrices lactant, menstrua illis non appareant, & uice uersa; ob quam causam eo tempore diligenter sunt custodiendæ, ne cum uiro coeant. pręsertim, quia si contingat illas concipere, tunc sanguis, qui ad mammillas ascendebat, pro lacte generando, ad uterum retrocedēs, nutriendo fætui inseruiet,& lac amplius non generabitur. præterea augeri adhuc potest difficultas, quoniam quæcumque uim habent prouocandi menstrua, lactis generationem prohibent, sed propositæ materiæ calidæ menstruas purgationes faciunt, ergo lactis generationem impedient; augetur adhuc magis difficultas, quia si materia generationis lactis est sanguis,

Dubitatio.

confirmatio.

confirmatio.

confirmatio.

ergo ab ijs potissimum lac generabitur, quę uim habent producendi, augendique sanguinem, sed hoc fieri nequit a medicamentis calidis, aut frigidis cum hæc alterando tantum agant, non aũt substantiam sanguinis producendo, cum a solis alimentis fieri, augeriq; possit. Pro solutione dictarũ difficultatum, ad ipsa indicantia recurrendum est, quæ sola auxiliorum inuentionem citrà errorem patefaciunt. Cum igitur in sermone de causis defectus lactis statutum fuerit multipliciter posse lac deficere, inde etiam uaria, ac multa auxilia oriebantur, in primis si lac deficiat facultate mammillarum, aut partium cæterarum, uel totius labefactata, & labefactari possit ob quamcumque intemperiem; nemo dubitabit, quod si intemperies ista calidior fuerit, cum frigidis tollatur, atque tunc huius auxilij materia erunt folia lactucæ, matrum uiolarum, endiuiæ, semina papaueris albi, & similia. Contra si intemperies frigidior fuerit, illiusque causa lac defecerit, indicabitur auxilium calefaciens, cuius materiæ erunt betonica, fęniculum, petroselinum, Apium, & cætera iam proposita, quæ remouendo dictam intemperiem, ac proinde causam defectus lactis iure dicentur lac producere. Si eadem facultas mammillarum impedita fuerit, vt officium suum exercere nequeat, & in primis si concurrat defectus sanguinis, non meliori modo occurrere huic defectui possumus, quam cum materiis auxilii generantis, & augentis, substantiam sanguinis tales autem non capiuntur ex ordine medicamentorum calefacientium, aut refrigerantium, sed ex alimentis tantum. Si autem eadem facultas impediatur, quia sanguis raptum habeat in alias partes contrarias, uel quia uasa mammis communia obstructa sint, tunc merito motus sanguinis ad loca contraria auxilio reuelente utendum erit; merito autem obstructionis dictorum uasorum aperientia conducent, & merito uiarum apertarum ad contrarias partes materiam deducentes, conueniet auxilium constringens; quæ oĩa ratione, qua impedimenta tollunt, quorũ causa lac generari non potest, lactis productiua nuncupari possunt; ideo influxu immoderato menstruorum, cum lactis materia in mammis deficiat, præstabit uti cucurbitulis mammis applicitis, strictionibus, & medicamentis calefacientibus, & attrahentibus materiam lactis ad ipsas mãmas, prætermittenda tamen erunt ea calefacientia, quę per os exhibentur; talia .n. sanguinem fundendo, & uias apertas detinendo, fluxum menstruorum magis augebunt; & hoc modo uerificatur Medicorum sñia dicentium, qđ oĩa prouocantia menstrua lac minuunt, & illius generationem impediunt, quod faciunt, materiam lactis per uterum magis euacuando. At si lac non generetur, quia eiusdem materia propter obstructas uias ad mammas peruenire, & ascendere impediatur, non potest hoc impedimentum aliter auferri, quam per auxilia aperientia, & materiam obstruentem in contrarium alterantia, & mouentia: Ideo si a lentore, & crassitie alicuius materiæ obstructio facta fuerit, necessarium erit materiam istam attenuare, & detergere, cuius auxilii materiæ illæ erunt, quæcumque sola partium tenuitate subtiliant, ut capilli ueneris, hordeum, cicoreum, & semina

frigi-

Margin notes:

Solutio.

Ex indicãtiam distinc. ueritas pẽdet.

Intemperies quas auxiliorũ materias requirat.

Sãguinis defectus quas auxiliorũ materias requirat.

Motus sãguinis q d indicet.

Obstructio uasorũ ad idicet.

Apertio uasorum quid indicet.

frigidorum, uel etiam, suo calore eandem fundunt, cuiusmodi sunt radices illæ toties enumeratæ, quarum certè usus propriè non dicitur lac producere, quia uidelicet lactis substantiam generent, & augeant, quia hoc solis alimentis competit, sed eiusmodi dicuntur, quia remouendo impedimenta, quo minus lac ad mammas ascendere nequeat, obliquè, & per accidens a Medicis lac generare dicuntur, ex hac ergo indicantium distinctione contradicentia Medicorum loca facile conciliantur, qui ad diuersa indicantia respicientes, diuersa etiam, & contraria auxilia proponunt; respicientes enim ad eum lactis defectum, qui oritur ob carentiam sanguinis, alimentalia tantum auxilia proponunt, quę sola per se sanguinem generant, respicientes autem ad intemperies, alterantia adducunt, atque hæc modo calida, modo frigida, modo sicca pro remouendæ intemperiei diuersitate; respicientes pariter ad facultatem impeditam, & primo quia sanguis ad mammas non efluat, sed ad cōtrarias partes recurrat & per illas euacuatur, commendant reuelentia, & adstringentia. Tandē intuentes obstructiones, quæ esse possunt in vasis mammillarum, & cum ipso utero communibus, proponunt medicamenta exobstruētia, quæ id præstant, vel partium tenuitate, uel caliditate, quæ omnia lac generare dicuntur per accidens remouēdo videlicet cās, & impedimenta a quibus defectus illius ponder; ex qua resolutione, & cōcilio proposito, facile est cognoscere, quā longe abberrent, qui recta medendi methodo neglecta, uel ignorata aliter soluūt propositas difficultates: sunt.n. qui distinguūt de medicamentis alterantibus, & suo calore humores fundentibus, & attenuantibus ac proinde uasa obstructa aperientibus, dicentes quod medicamenta menstrua prouocantia, & lac generantia, partim conueniunt, & partim differūt, conueniunt quidem, quia ambo sunt tenuium partium, & calida, differunt autem, quoniam menstrua prouocantia esse debent tenuiora, & calidiora, ut sunt sabina, rubea tinctorum, & similia, quæ in tertio calida sunt; lac autem generantia remissiora sunt, ut radix fœniculi, petroscelini apii, & cætera enarrata; cuius diuersitatis rationem reddentes dicunt, quod sanguis perueniens ad matricem pro generatione menstruorum mouetur, quia ab aliis partibus in ipsam nutricem expellitur non tamen ab eadem matrice simul attrahitur, at sanguis perueniens ad mammillas pro lactis generatione ea ratione mouetur, ut non solum concurrat expultrix dictarum partium, verum etiam facultas attractrix mammillarum, vt habetur etiam a Galleno quinto de simplici medicina; hincque fiat, quod pro lactis generatione mitioribus aperientibus, & calefacientibus egeamus, & de istis uolunt loqui Auicenā, & alios proponētes aperientia, & calefacientia pro lacte generando; affirmantes talia ita lac generare posse, ut menstrua minime ꝓuocent; quia in istis ciendis ualentioribus calefaciētibus est opus; quorū solutio satis uolūtaria esse mihi uidetur; in primis quia non est simpliciter uerū, qđ sanguis fluens ad matricem ab aliis partibus expellatur, a matrice autem minime attrahatur, quia tempore, quo fæminæ utero gerunt, necessariū est ꝑ fætus nutritione, & auctione, ut

Lac generātia per accidens.

Conciliātur loca contradicentia.

Solutio aliorum.

in quo differāt & cō ueniant mēstruā lac ꝓuoc.

Improbatur solutio aliorū

confirmatio. ut matrix concurrat sanguinē attrahendo; secundo falsum est, quod medicamenta moderatè calida lac tantum, & non menstrua prouocent; quia cum secundum magis, & minus tantum distinguantur, ambobus etiam eadem uis prouocandi menstrua communis erit, in eoque solum distin-

cōfirma. guentur, quod illa efficacius, hæc remissius id præstant Præterea falsum est, quod in mouendis menstruis semper indigeamus ualidioribus aperientibus, & calefacientibus; sed pro causarum magnitudine mō hæc, modo illa conuenient; si namq; menstrua suppressa fuerint ab insigni uasorum obstructione a materia crassiori, uiscidiori, & copiosiori facta ualidiora ēt aperientia, & calefacientia expostulabit. Si autem prodierit a materia tenuiori, mobiliori, & minus copiosa, mitiora aperientia, & calefacientia satisfaciunt. Postremò si lac defecerit ob inopiam sanguinis, ob corporis maciem, intemperiemque calidiorem, & sicciorem, tantum abest, ut petroselinum fœniculum, apium, & reliqua proposita lac generare possint, ut augendo potius intemperiem, & exiccando magis prohibeant, sed illa potius conuenient, quæ temperata erunt, ad frigidumque, & humidum magis uergent.

De uictus ratione. *Cap.* XI.

Victus in defectu sang. SIcut uarijs de caúsis lac deficere posse ostendimus, ita varia, ac multiplex viuendi ratio institui debet; si namque lac defecerit ob sanguinis, & alimenti defectum conuenient alimenta facilis coctionis, optimi succi, calidi, & humidi temperamenti, de quibus sæpius loquuti fuimus; potus sint iuscula carnium laudabilium, uel uinum mediocre, & sub dulce a uigiliis caueant, somnumq; sibi concilient, bis in die comedant; & si uires imbecilliores essent, ter ēt, in ea tñ copia, quæ a uiribus regulari possit. Aluus seruetur lubrica, immoderata exercitia fugiant, & præsertim statim a cibo; moderatum aūt exercitium opportuniori tempore cōmendatur, quod si fieri nō possit, calor ad exteriora euocari poterit leuioribus frictionibus, quæ uberibus ēt admouendæ erunt; idem dicatur de aī accidentibus. Si lac defecerit

Victus ob sang. prauam qualit. ob sanguinē uitiosum, qualis est, qui a prædominio est biliosus, pituitosus, seu melancholicus, post præmissam purgationem idem uictus adhibeatur, qui proximè propositus fuit: si lac defecerit labefactata facultate mammarum, uel aliarū partiū ob aliquam intemperiem, cibus alterari poterit cum

cibus in quacūq; intemperie. contrarij s, ut in intemperie calidiori, & sicciori conueniunt ptisana, etiam cum lacte cum butiro, cum emulsione amygdalarum dulciū, & ita de aliis dicendum. Si autem deficiet, quia sanguis propter obstructiones ad mam-

cibus in obstruc. mas peruenire nequeat, cum aperientibus alterandus erit; ut cum folijs citisi, uiticis, cū seminibus anethi, fœniculi, radice petroscelini, & similibus, quæ etiam uirentia potius, quàm sicca eligi debent.

De lactis redundantia. *Cap.* XII.

SI contrariorum eadem est disciplina, de lactis redundantia acturus, pauca dicenda erunt, vt potè de illo symptomate, quod cum priori oppositũ sit, ex illius etiam tradita notitia huius quoque cognitio, & curatio clare dependet: non tamen illius doctrinam omnino prætermittam, præsertim cum magna vtilitate non careat, quandoquidem ex Auicenna dum lac augetur, & auctum retinetur, causare solet in mãmillis apostemata, vlcera, dolores tensiuos, & febres; ideo sicuti antea conseruandi pueri gratia actum fuit de præsidiis lac generantibus, & augentibus, ita mulieris vita spernenda non erit, quæ cum ob lactis redundantiam variis morbis subijci soleat, & quandoque etiam morti, ideo curandi ratio, quæ lactis redundantiam respicit, omittenda non erit; ita enim à grauioribus morbis præseruabitur potius, quam quod curatura sit; hoc autem vt ex arte præstare valeamus, in primis dicti symptomatis essentia præmittenda erit de forma, materia, & causis efficientibus agendo. Quo igitur ad formam attinet lactis redundantia sub quolibet genere rerum præter naturam locari posse videtur, & in primis in ordine causarum, quemadmodum enim sanguinis plenitudo in toto corpore alicuius morbi causa dici potest, ita lactis nimia copia mammas plus æquo replendo in genere causæ proponi poterit; quamuis hoc non sit formam effectus proponere, sed potius causam effectricem. Ideo si sermo fuerit de redundantia lactis, non ratione causæ, sed ratione illius dispositionis, quam in mammillis producit, tunc statuendum erit, esse in genere morbi, & quia ob lactis copiam, mammillarum debita magnitudo augetur, ideo morbus etiam in aucta magnitudine dici poterit; talis autem magnitudo non semper morbus dicitur, sed solum quando illius causa operatio partis in magnitudinem allatæ læditur. Denique si lac istud consideretur vt vel copiose ex mammis effluit, vel intus cohibetur, statuendum erit lactis redundantiam esse de genere symptomatum, & de eorum genere, quę in exeunte mutato consistunt, prout vel exit, quod retineri deberet, vel cohibetur, quod effluere oporteret, & hæc de forma dicta sint. Quo ad materiam, seu locum affectum magnitudo mammarum cum affectus sit, non corporis totius, sed partis determinatæ, & non cuiuscumque, sed illius solum, in qua lac generatur, & hæ sint mammillæ; ideo materiæ, & subiecti rationem habebunt; dum autem mammilla ita afficitur, vel altera tantum, vel vtraque læditur; & si altera solum, potest esse dextra & sinistra. Præterea mammillæ istę possunt esse viri, & fœminæ, atque huius tum vtero gerentis, tum illius, quæ peperit, tum etiam illius, quæ grauida est, vel cui menstrua non fluunt, vel alia sanguinis consueta euacuatio cohibita est, iuxta Hippocratẽ quinta ahorismorum trigesimonono, & quinquagesimosecundo, quod autem in viris lac etiam aggregetur, & præcipuè in puberibus, & ijs, qui incipiunt barbam emittere: testatur Auicenna in proprio capite de lactis redundantia,

Vtilitas.

Forma.

Lactis redũdantiã esse in genere causæ.

Lactis redundam, esse morbum.

Lactis redundam, esse symp.

Locus affectus.

Mãmillæ vel vtraq; vel altera tantum læditur.

Lac in viris generari.

& Ari-

Obiectio. & Aristoteles tertio de historia animalium capite penultimo; nec obstat, si quis diceret ob eum finem lac generari, vt nutriatur infans; at viri ad hoc non fuerunt ordinati, ergo nec lac in illis generari poterit. Secundo cõfirmatio. origo venarum deferentium materiam generationis lactis est ex venis deducentibus menstrua ad matricem, sed istæ non in viris, sed in fœminis potius reperiuntur, ergo. Cui difficultati dicendum, quod lac dupliciter generari potest, vel de necessitate finis, in quem ordinatur, & est nutritio fœtus, vel de necessitate materiæ, si primo modo ita lac in solis mulieribus generabitur, quia ipsæ solæ ad hoc fuere ordinatæ vt ex lacte fœtum nutriant, & ratio est, quoniam qui dat materiam generationis, dat etiam nutrimentum, quod est lac; & si secundo modo, in viris etiam lac produci quandoque poterit, quamuis non in omnibus, sed in puberibus, & carnosum habitum habentibus.

Solutio.

De causa efficiente. *Cap. XIII.*

Effectrix autem causa dictæ magnitudinis mammillarum alia non est, quam lac copiosum in illis contentum, cuius proxima materia cum sit sanguis, is vbi ad mammillas in maiori copia defertur quam illarum nutritio, & debita lactis generatio postulat, necessario redundat, cuius nimia copia mulier oppressa dolorem sentit, atque hunc inter initia grauatiuum tantum, progressu verò temporis si in maiori copia detentum fuerit etiam tensiuum; cuius doloris causa intenditur attractio noui sanguinis in locum dolentem, vbi violenter, & præter naturam cohibitus putrescere solet: quod dum fit, non solum dolor pulsatilis euadit, sed ex superuenienti inflammatione ipsis mammillis, etiam inflammatorius; immò ex eodem lacte longiori tempore in mammillis detento, per resolutionem partium subtiliũ, & terrestribus remanentibus, ab extraneo calore prauã, & acrem qualitatem acquirere solet, & mammillas vlcerare, quæ vlcera in cancros etiam insanabiles degenerare consueuernnt: causæ autem, propter quas lac tam copiosè in mammillis aggregetur, & generetur, esse possunt internæ, & externæ, internę sumuntur à copia sanguinis, qui in eo corpore producitur, quod potissimum contingit, quando mulier laudabilem habet temperaturam tum ex parte hepatis, cuius officium proprium est sanguinem generare, tum merito totius, vt contingit in habitu carnoso, & plethorico; causæ verò externæ, & necessario occurrentes sunt sex res non naturales, & potissimum cibus & potus, qui si optimi succi fuerit, copiosiusque temporibus debitis summatur, beneque reguletur, ex illo etiam copiosior sanguis generabitur, ex quo deinde lactis redundantia orietur; quæ autem necessario non occurrunt, possunt & manifestis qualitatibus agere, vt moderatus vsus balneorum, quædam occultis, quemadmodum etiam de lactis defectu dictum fuit.

Lac copiosum in mammillis detentũ dolorẽ facit grauat. & tensi.
Dolorem attrahere.
Lac in mãmillis putrescens inflam. facit.
Lac ꝑ prauam qualitatem vlcerare mãmilla.
Causæ copiosi lactis.
Causæ internæ.
Causæ externæ.
Causæ à tota substantia.

De differentijs. *Cap.* XIIII.

REdundantia lactis prout mammas in maiorem magnitudinem attollit, etiam si multas species habeat, ex parte tamen formæ nulla propria orietur, nisi illæ, quę secundum magis & minus tantum distinguuntur, vt si dixerimus hunc magnitudinis excessum, modo esse amplum, & insignem, modu minus amplum, & remissionem, ex parte verò materiæ, hoc est loci affecti, dicere possumus dictam magnitudinem vel esse in vtrisque mammillis, vel in altera tantum, atque tunc in dextra, vel in sinistra; merito verò causarum efficientium tot species nascentur, quot fuere causæ enmeratæ, vt superfluum sit illas denuò, & inutiliter repetere. Quare ad signa accedo.

Diffe. formales.
Diffe. materiales.
Differe. à cā effec.

De signis. *Cap.* XV.

SIgna quædam indicant redundantiam lactis in genere, quædam differentias; generatim cognoscimus mammillas nimia lactis copia redundare, tum ex relatione parientis, tum ex nobis ipsis conspicientibus, formales pariter differentias cognoscimus, si magnitudinem in mammillis factam à plenitudine lactis, cōparauerimus ad magnitudinem naturalem, prout illius temporis conditio requirit; quoniam si plurimum à statu suo naturali in maiori mole recessetint, etiam plenitudo magnitudinem in mammillis faciens, magna erit, secus autem minor; materiales etiam differentiæ visui conspicuæ erunt, prout vel ambæ maiores, vel altera tantum nobis sese offeret. Tandem cognoscemus differentias à causa effectrice, quia si redundantia lactis facta fuerit à sanguine copioso ad mammillas confluente, aderunt signa copiosi sanguinis in toto corpore, vel aliqua eius parte, quæ capientur à corporis habitu carnoso, plethorico, à rubedine faciei, & totius; nec non etiam à venarum magnitudine; qui habitus an sit connaturalis, vel aduentitius, & ab externis causis occasionem habens, distinguemus, quia si ea victus ratio non præcesserit, quæ tota ad id conspirat, vt sanguis copiosius producatur, statuendum erit non ab externis, sed ab internis potius causis ortum habere.

Signa sūt in dupl. differ.
Signa diferen. formalium.
Signa diferen. material.
Signa dif fer. à causa effic.

De indicationibus. *Cap.* XVI.

MAgnitudo mammillarum cum à copia lactis fiat, propter affluxum sanguinis copiosi in dictas partes; ideo ex parte lactis reddentis mammillas tumidiores indicabit auxilium minuens, ex parte autem sanguinis, vt copia peccat, auxilium pariter euacuans sanguinem, qui si in toto peccauerit, vt in corpore plethorico contingit, indicabit sui euacuationem per venam communem faciendam; si plenitudo fuerit determinata, vt ex parte vteri, indicabit eiusdem euacuationem per venam tolli; quæ copia si ab externis causis occasionem habuerit, nempe ex ipso victu pleniori, optimum erit victum minus plenum adhibere.

AA De

De Prognostico. *Cap. XVII.*

HOC malum non omninò negligendum erit, cum illius causa mam millæ inflammari, vlcerarique possint lac grumescere, & corpus febricitare, à quibus omnibus vt curetur & præseruetur, ad modum operandi descendendum est.

De materijs auxiliorum. *Cap. XVIII.*

IN quacumque lactis redundantia sanguinis missio conuenire uidetur, cum enim illius materia sit sanguis, fieri ullo modo posse uidetur, vt lac redundet, & sanguis deficiat; sed ut lac se habuerit in substantia, quantitate. & qualitate, talis etiam erit ipse sanguis. Ideo ubi magna illius plenitudo fuerit. non solum sanguis mittendus, sed materia etiam magni auxilij in vsum uenire debet; cuiusmodi est uenę sectio; Et si sanguis in toto peccauerit vena communis aperienda, si autem in parte determinata, nempe in ipso vtero, vena eligenda erit quæ, è directo talem partem respiciet; ideo tumescente mamma dextra ob plenitudinem dictæ partis, seccanda erit vena dextri pedis, si sinistra sinistri; si utraque ęqualiter repleta fuerit, etiam si eadem rectitudo seruetur per sectionem uenę dextri pedis, vt etiam sinistri, magis tamen eligenda erit vena dextri, quam sinistri, quia ratione huius duplex rectitudo seruatur, prima est mamma dextera tumescente, secunda erit cum ipso hepate, quod est officina generationis sanguinis copiosi, cuius causa nō solum dextra, sed etiam sinistra mamma copioso lacte redūdat, & quamuis utriusque uenę sectio uacuando redundantem sanguinem minuat, differentia tamen erit, quia sectio uenę brachij sanguinem minuet simpliciter vacuando sectio uerò uenę ipsius pedis uacuabit reuelendo. Si autem repletę fuerint mammę non alterius, sed sui ipsius causa, & illius gratia conueniat sanguinem mittere, aperienda erit uena brachij rectitudine seruata cum mammilla tumescente, cuius sectio habebit rationem materiæ auxilij uacuantis sanguinem deriuando; quibus ita peractis, Ætius libro Decimosexto, capite trigesimoquarto. probat, ut mām̄æ exugentur nō tamen à Pueris, sed à peritis potius mulieribus, præsertim si immodicè nō doluerint, ne in maiori copia materia ad dictas partes attrahatur; & hoc potissimum præstandum erit, post totius euacuationē; hac enim ratione imminens inflammatio prohibebitur. & redundantia lactis tumorem facientis minuitur.

Venæ sec. cōuenire.

Locus.

De pharmacia. *Cap. XVIIII.*

Localia sunt in dup. diff.

PRæmissa & supposita pharmacia respiciente corpus vniuersum, de qua aliàs actum fuit, ad localia statim accedendum, hæc autem sunt in duplici differentia, alia à tota substantia lac absumunt, teste Auicenna

in capite

in capite proprio, alia manifestis qualitatibus agunt, & hæc vel prohibēt lactis generationem, vt illa sunt, quæ frigidi & sicci temperamenti existunt, vel causas generationis lactis auferunt, vt omnia euacuãtia, vel facultatem lactificam mammillarum debilitantia, vt quæ mammis applicantur refrigerando, & siccando, quædam lac digerendo absumunt omnes illius partes indifferenter exiccando, ut sunt omnia calefacientia cuiusmodi sũt flores camomeli anethi, folia betonię, saluiæ, rutę p̄sertim si inculta fuerit, qualis est, quæ in montibus reperitur, semina, etiam fœniculi, anisorum, lini, fenu gręci, petroscelini, apij, cimini, & similiũ, ex quibus multa medicamenta parari poterunt, ut si in aqua fontis illa decoquantur, cum spongijs in ea imbutis, & expressis fomenta dictis mammis adhiberi poterunt; & si adhuc magis citrà periculum & ne in lac in caseum uertatur, illis uti uoluerimus, aliqua permiscere poterimus, quibus nimia aliorum calidiras cõtemperetur, cuiusmodi sunt folia, & radices maluarum matrum violarum, altheę brasicę, & similium. Post dicta fomẽta inungere etiam poterimus mammillas cum oleo camomelino, anethino, rutaceo, masticino, & alijs, probatur etiam inunctio facta cum melle sincero, & adhuc magis cum oximelite, quibus etiam prohibetur lactis concretio; ad idem cum Ætio ualet, si cumino aceto permixto eędem mammæ illiniantur, uel etiã cum resina terebentina sępius in vino albo lota, uel in aceto rosato, quo tẽpore mammæ etiam fasciis moderatè constringendę erunt ex Ætio, & Paulo. Quo uerò ad ea localia, quæ lactis generationem prohibent, & facultatis lactificæ robur debilitant; erunt omnia refrigerantia, & siccantia, & in hoc genere quædam moderatè id præstant, ut quæ in primo, & secundo gradu sunt talia, quædam ualentius agunt, actionem facultatis auferendo cuiusmodi sunt, stupefacientia, ad quæ tamen non temerè deueniendum est, sed tutius erit in moderatis insistere, in quem usum conuenient folia lactucæ, matrum uiolarum mirti rosarum siccarum, portulacæ, palmulæ lentiscus, gallę immaturæ, malicorium, acetum, aqua rosata, posca, & similia, ex quibus pariter in aqua rosata, uel aceto decoctis, fomenta dictis partibus adhiberi poterunt, inunctiones etiam conueniẽt, ex oleo rosato de lentisco, & similibus; emplastrum etiam parari poterit ex farina fabacea, & lentium cum poscha aqua rosata, succo mirthi, portulacæ, uel aceto permixta, & ad emplastri formam redacta. Quæ autem à proprietate magis agente videntur; sunt cancri marini optime contriti, & aceto permixti & per modum lenimenti appliciti, cancri etiam fluuiales adusti; & cum aceto rosato contriti, & superliniti; ita & de aliis dicendum.

Materiæ auxilii exiccant.

Pomẽta.

Iunctio.

Lenimentum.

Prohibẽtia lactis gener. debilitãdo.

Fomẽta. Inunctiones. Empiast. A tota substãtia agentia.

De uictus ratione. Cap. XX.

IN administrando victu id perpetuò seruandum, ut respondeat medicamentis, & in morbo propulsando semper opem ferat; ideo cum in lactis redundãtia præcipuus scopus sit sanguinem minuere, ex quo tanquã ex materia lac in maiori copia generatur, ideo uictus erit adhibendus ten

Victus qualis cõueniat.

nuis potius, quam plenus, & exiccans, quam humectans, ac proinde repletum corpus inaniens, & minimè replens, huiusmodi erit cibus quantitate paucus, vt nutrire corpus possit, excrementa verò minimè augere, & secundum qualitatẽ vim exiccandi habeat, cuius materia erunt lentes, quæ per propriam naturam exiccant, quemadmodum etiam est puluis cancri marini, uel fluuialis, parari etiam talis poterit, si cum aceto condiatur, potus autem sit ipsa poscha, somnus sit paulo breuior, uigiliæ autem longiores, exercitium etiam usque ad sudorem conferet.

De lacte concreto. Cap. XXI.

Lac dupl. deprauari.

TErtium symptoma lacti superueniens illud erat, ratione cuius deprauatur, quod dupliciter illi aduenire potest, primo ratione materiæ, seu qualitatis, ut cum aquosius, vel crassius efficitur, ita vt congeletur, vel in casei speciẽ vertatur. Secundo ratione formæ, vt dum lac corrumpitur; quæ mutatio fit tum in primis, tum in secundis qualitatibus; in primis quidem, quia calidius, & acrius euadit, in secundis verò quia à consueto odore, sapore, & colore recedit; hoc ergo loco agendum est de lacte concreto in genere, prout mutatio illi adueniens fieri potest, tum ratione totius essentiæ eius, vt quando lac grumescit, & congelatur, tum ratione partium eius, vt quando secundum crassiores eius partes veluti in caseum degenerat, & rursus siue corrumpatur, & secundum primas, aut secundas qualitates à naturæ suæ statu recedat.

De voce. Cap. XXII.

Nomen.

QVidam affectum istum vocant malum pili, vt habetur etiam à Rhasi sexto sui continentis, statuuntq; talem denominationẽ à causa accipere, à pilo videlicet in mãmis infixo, vt illius extractio sit etiam legitima curatio, quod pariter Arist. affirmare visus est 7. de hist. animal. 11. vbi habet q̃nq; contingere, vt mulieres in potu pilum simul bibant; qui ad mãmas perueniens dolores, & cruciatus insignes producit, nec prius hoc malum desinere, nisi post eius remotionem. Quę opinio quia rei naturæ repugnat, ideo omnino reijcienda erit, quamuis.n. pilus in potu hauriri possit, non tñ rationabile videtur, vt citrà sui alteratione͂, forma integra seruata, ad mammas vsq; peruenire possit; primo quia corpora solidiora, quæ comeduntur, ab interno calore adeo magnas mutationes patiũtur, vt eorum substantia, forma, & accidentia omnia corrumpantur, & nouam speciem acquirant; ergo longè magis de corpore tenuiori, & magis passibili hoc fieri posse existimandũ erit: secundo ab ore ad mãmas longus est progressus, & per multas, longasque vias accepta materia pertransit, ratione cuius longitudinis, & diuturnæ moræ impossibile videtur, pilum propriæ naturæ integritatem seruare: Tertio querenda esset causa, cur assumptus pilus non magis per perintestina, vel vesicam tanquã excrementum dilabatur, sed amplioribus istis, & vicinioribus vijs relictis, per angustiores & insensibiles ad mãmas potius perueniat; His ergo, & similibus rationibus ad-

Impugnatio.

cõ prima.

2. ratio.

3. ratio.

ductas

ductus Arist.authoritate in ea re paruifaciendam esse existimo:nisi dixerimus quod secundum uulgarium potius,quã propriam sententiam loquutus fuerit; melius itaq;erit hoc malum uocari lac concretum,accipiendo cõcretionem ut commune genus ad lactis congelationem,& caseationem.

Appellatio magis propria.

De eßentia. *Cap.* XXIII.

VOce explicata, ad subiectæ rei naturam accedendũ, & in primis sermo occurrit de forma,in qua non oẽs consentiunt. Sunt.n.qui uelint propositum affectum morbũ esse in aucta magnitudine, quia in eo nã millæ intumescere,& dolere simul solẽt,quorũ opinio suspitione uacare nõ videtur;quãuis.n.in eo affectu mãmæ intumescere possint, non tñ perpetuò hoc contingit,sed quandoq; citrà cõtinentis tumorem,ac dolorẽ lac incrassari põt,& in quanto non excedat,pſertim inter initia dicti affectus, quo ẽt tẽpore morbus in aucta magnitudine dici non poterit;sed quod perpetuò illi inest,illud est,quod lac in mãmillis cohibetur,& propter suã crassitiem pro consuetudine fluere non põt,ut hac rõne statuendũ potius sit esse symptoma in exeunte mutato,in quo uidelicet ideo retinetur,quod secundum naturam fluere deberet;in eo enim lac consuetam tenuitatem, & fluiditatem amittens,& crassitiem acquirens uias angustiores obstruit,& per debitas vias motum sibi ipsi occludit.

Forma symptomatis.
Impugnatio.
Quæ sit uerior forma.

De causa materiali. *Cap.* XXIIII.

LAc cùm excrementum sit tertiæ digestionis determinatum, vni ẽt parti corporis competere dẽt,quæ alia non est,quã mammilla, siue utraq; fuerit,siue altera tm̃,atq; hæc dextra,aut sinistra;quęcumque autem illa exterit,lędi potest principaliter,& secundario ; principaliter læditur, quando illius affectus aliunde non dependet,sed mammæ est proprium ; secundario verò afficitur,quando alterius causa a proprio munere illę deflectunt, quod fieri potest, & ratione totius,& partis determinatæ.

Locus affectus.
Mamillas lædi primario & secũdario

De causa efficiente. *Cap.* XXV.

SI propositum symptoma in suum morbum referri debet,& non in quẽcumq; sed in illum,qui est ex vsu Artis,in alium profectò melius referri non poterit,quam in intemperiem, & non in quamcumque, sed in frigidiorem, uel calidiorem, & sicciorem, quæ esse potest simplex, & cum materia coniuncta; intemperies quidem frigidior quod incrasset, & fluida denset, & cogat, declarat aer frigidior, cuius vi aqua, lutum, cera, & similia secundum totam eorum substantiam indurantur, densantur, & constringuntur. Contra ab eodem ambiente calidiori lutum, & reliqua primo liquantur, & funduntur, mox per tenuium portium resolutionem, & a crassioribus separationem iste exiccantur, & concrescunt. Sit aqua marina resolutis partibus tenuioribus, crassiores vi solis in sal uertuntur; sic lutum per exiccationem aquosioris partis

Quæ sit causa dictisympt.
Intemperies frigidior ĩcrassat.
Intemperies calidior alio modo incrassat.

in lapidem degenerat. Ita in corpore humano contingit, à cuius frigidiore intemperie sanguis,& lac grumescunt & veluti cōgelantur; quod dum fit vniuersæ eorum substantiæ aduenit, quemadmodum etiam de ijs, quæ à frigidiori ambiente densantur, dictum fuit; & hoc ipsum Galenus etiam testatur tertio de symptomatum causis capite secundo, sanguis concretus, inquit, qui trombos à grecis dicitur, fit ex perfrigeratione, perfrigeratur autem, quando extra propria vasa reperitur, & octauo, de decr. Hippoc. & Platon. capite quarto, sanguis inquit è proprijs vasis efusus cum in pulmone,& inter pectus,& pulmonē collectus fuerit contabescit & in ventriculo concretus extremis periculis hominem exponit; quod etiam repetit sexto aphorismorum trigesimo. Præterea ratio etiam facilè ptobat à dicta frigiditate humorem concrescere, quoniam ab eadem morbi etiam frigidi oriri solent, cuiusmodi sunt lypothimia, syncopis, totius corporis perfrigeratio cum pulsus paruitate,& imbecillitate, vt à Galeno etiam habetur libro de succotum bonitate, & vitio capite quarto, inter initia; vbi monet lac exhibendum non esse impermixtum, sed cum melle, aliter in ventriculo in caseum facilè degenerat, & tunc mirum immodum hominem grauat, & suffocat; quod ipsum contingit etiam, inquit Gal. in ipso sanguine, quando in grumum vertitur; quoniam si in vulnus defluxerit, aut in ventrem uel intestina, patiens exoluitur, refrigescit, pulsusque parui & mali euadunt; quod autem de lacte etiam eadem sit ratio patet, tum quia sanguis, & lac ex Galeno decimo de usu partium parum admodum ad inuicem distant, & ideo cibi,& medicamenta, quæ generant probum,& copiosum sanguinem simul etiam lac consimile producent, & uicissim quæ sanguinem minuunt, uel corrumpunt, lac quoque ipsum æquè depravant; & Galenus ex Hippocratis sententia decimoquinto de usu partium capite octauo, lac dicit esse germanum cum menstruo sanguine, ut non immeritò quinta aphorismorum dixerit, quod mulieri utero gerenti si copiosum lac ex mammis fluxerit, fœtus redditur imbecillis, quia omne superfluum sursum ad mammas ascendit, nec fœtus imbecillis tantum attrahere ad uterum ipsius sanguinis potest, qui pro sui nutritione sufficiat; & libro de uenæ sectione contra Erasistratum capite quinto habet, quod lactis,& menstrui sanguinis non solum una,& eadem est substantia, sed amborum etiam ijdem sunt riui, & communes fontes, nempè ipsæ uenæ. Ideo ex sanguine fœtus in utero nutritur, & postquam editus est ex eodem ad mammillas delato,& in lac uerso, multo tempore conseruatur & augetur; hinc fit, ut quibus menses per ætatem cessarunt, in mammillis lac amplius non colligitur, & quæcumq; purgandi tempora adhuc habent, & interea lactant, hæ non purgantur; & quinta aphorismorum trigesimoseptimo, lac inquit est pars dulcissima sanguinis; & tandem uniuersalem hāc ueritatem concludens Galenus decimo, illo de usu partium inquit, quod sicuti ex sanguine perfrigerato,& in grumum uerso contingunt læthalia accidentia iam enumerata; ita profectò existimandum est ex alio quocumque homore, postquam refrixerit, & proprium calorem amiserit,

Morbi qui à frigidiori intempérie nascūtur.

Modus exhibendi lac sine nocum.

Qualis sang. generatur tale & lac euadit.

Sāguis & lac parū differūt.

amiserit, eadem aduenire, ac proinde ex lacte a frigore densato, & indurato eadem symptomata contingere posse. sed statim dubitaret aliquis impossibile uideri, quod in humano corpore uiuente tanta reperiatur frigiditas, quæ lac congelare ualeat; cui dicendum, quod dum statuimus a causa perfrigerante sanguinem, & lac densari, & congelari non intelligimus id fieri a frigiditate positiua, sed potius a priuatione proprii caloris, quem dictæ materiæ ammittunt; ita sanguis quamprimũ extra propria uasa reperitur, statim etiam concrescit, & ingrumum uertitur, non quia ab insigni frigiditate illud fiat, sicuti de glatie contingit, sed ob ammissionem illius caloris proprij, quem retinebat, in uasis suis, cui solo debitam suæ naturæ fluiditatem, & motum acceptam refert, & eiusdem amissione sistitur, & concrescit; quodque hoc uerum sit, patet, quia sanguis ex uasis propriis exiens, etiamsi in calidissimis locis reciperetur, ut in Thorace, & propè cor, quia tamen proprium calorem non retinet, ibi quoque concrescit; quod ipsum de lacte etiam dicendum uidetur, præsertim si ex propriis uasis in mammillarum spongiosa spatia dilabatur, vel etiam ob plenitudinem resudauerit. Ex dictis ergo concludendum sanguinem & lac a refrigerantibus causis concrescere, & ueluti congelari. Quod autem a calido etiam idem lac concrescat, uel potius caseetur, diuerso tamen modo, quam ex causa refrigerante contigerit, facilè ostendo; & in primis ratione desumpta à propria vi, & natura caloris, cuius munus est subiectam sibi materiam alterare; attenuare, fundere homogenea congregando, & eterogenea separando, partes tenuiores resoluendo, vel segregando, crassiores uero densãdo, & indurando; ita ignis agens in aquam permixtam, in uaporem illam attollit, & partes aquosas separat, crassas coniungit, & densat. Sic calor in musto separando partes fluidas, crassiores deponit, & coniungit. Ita in corpore humano vi interni caloris cibus coquitur, cuius coctionis terminus est nutritio, & incrassatio, à quo eodem calore calculi etiam, & lapides in renibus, & uesica generantur; hoc eodem modo a calore excedente lac caseatur, quoniã illius vi uniuersa lactis substantia in primis attenuatur, & funditur, partes serosiores separantur, & crassiores in caseum vertuntur, confirmatur ex Galeno quinto de simplicium medicamentorum facultatibus capite vigesimo primo, vbi habet, quod medicamenta diuretica non alia ratione lotiũ prouocant, quam caloris sui vehementia, a quo sanguis, & tota humoralis massa alteratur, incalescit, & funditur, partesque illius aquosiores a crassioribus separantur, quæ a Renibus attractę, per lotium expurgantur, & ita sãguis paucus, & crassior euadit: comprobari adhuc potest ex caseatione artefacta, & ui ipsius coaguli, quod cum calidioris, immò ignei temperamenti sit, ut habetur a Galeno decimo de simplici medicina capite de coagulo, & tertio de alimentorum facultatibus capite decimo sexto, & ab Aristotele etiam tertio de historia animalium capite uigesimo primo; Ideo mirũ esse non debet, si lacti permixtum omnem serositatem separet, crassioresq; partes denset, & in caseum cogat. Hinc patet a causa calefacięnte longè aliter subiectam materiam densari, quam a causa refrigerante; quoniam à frigore

Dubitatio.

Solutio.

frigiditas dup.

lac a calefac. concrescere.

rõ prima.

ratio 2.

3. ratio.

4. ratio.

Cõcretionis lactis rõ diuersa.

frigore vniuersa subiectæ materiæ essentia condensatur, vt patet de glacie, & lato hyemis tempore indurato; densatio verò à calido facta, secundum vniuersam substantiam non fit, sed per separationem, & resolutionẽ partium aquosarum, & tenuium, & crassioribus remanentibus. Modus etiam dissolutionis facile ostẽdit modum coagulationis, quæcumq; enim frigore sunt coagulata, à calore dissoluuntur, & quæ caloris vi densata fuerunt, à frigido moderato emolliuntur, & liquantur. Concludendũ igitur lac in mammis densari earum facultate labefactata ab intemperie frigidiori, & calidiori. Quod si facultas impedita potius fuerit, potest impediri ab internis, & externisq; causis, vt merito internarum, causa ista esse possit in mammis, & extra mammas; si in mammillis, erit ipsum lac copia, aut qualitate peccans, ratione copiæ mammillæ intumescent, simulque dolebunt; ratione autem qualitatis, cum peccare possit in primis, & secundis, si in primis, cum frigidius erit, vt in congelatione contingit, vel calidius, & tunc calor iste uel putredinalis uel citra putredinem erit, si citrà, fetuorem in illis partibus causabit, si secundum, illas partes simul exulcerabit, corpusque totum febre afficiet; si autem peccauerit in secundis qualitatibus, potissimum in crassitie, & lentore uitium etit, quorum causa uiæ obstruentur, ut lac pro consuetudine exire non possit; quod si malum extra mammillas potius fuerit, esse poterit in toto, uel parte, & potissimum erit in ipso sanguine, ex quo tanquam ex materia lac producitur. Ideo qualis fuerit sanguis, tale etiam lac semper generabitur, sed sanguis à suo naturæ statu ijsdem modis recedere potest, sicuti de lacte dictum est. Erit igitur lac concretum symptoma in exeunte mutato, & retento mammillarum, prodiens ab earum facultate tum labefactata à frigidiori, & calidiori intẽperie, tum impedita à causis tum internis, tum externis, per externas eas omnes intelligendo quæ sanguinem, aut lac augere, incrassare, & densare possunt, siue id fecerit propria ui, siue dictas intemperies inducendo; quæ fieri possunt non solum à uictus ratione, uerum et ob ipsis medicamentis.

Quinta ratio.

Fac. quot modis impediatur.

Peccatũ lactis duplex.

peccatũ sãg dup.

Epilogus

De differentijs concreti lactis. *Cap. XXVI.*

SI concretum lac symptoma est, in quo retinetur, quod exire deberet, ergo quot erunt retentionis modi, totidem orientur differentiæ formales; at lac uel omninò detinetur, uel diminute exit, ut cum pars tenuior tantum apparet, uel deprauatè, ut si cum dolore exierit, ergo tres differentiæ à forma ista nascentur; ex parte uerò loci affecti, dicimus in dicto symptomate uel ambas mammillas affici, uel alteram tantum, atque tunc uel dextram, uel sinistrã, & quæcumque ea fuerit, uel principaliter, vel secundariò affecta erit, & si principaliter; uel secundum eadem vasa, & uenas, uel secundum spongiosas partes; si secundario vel totius gratia lęsio fit, ut in morbo totius calidiori, aut frigidiori contingit, uel partis determinatę; meritò uerò causæ efficientis dicimus lac concrescere uel à causis internis, uel externis, si ab internis, uel facultate mammarum

Differentię formalis tres sunt.

Differ. à loco affe.

Differ. à causa effi.

marum labefactata, uel impedita, si labefactata, uel fiet à frigidiori intemperie, & oritur congelatio, uel calidiori & fit caseateo. Si impedita fuerit, impediri potest, ab obstructione uiarum, uel à lactis materia, nempè à sanguine copiosiori, & crassiori. Tandem si ab externis causis eadem facultas impedita fuerit, duplex species orietur, prout causæ istæ vel necessariò occurrentes sunt, uel non.

De signis. Cap. XXVII.

PRopositum affectum in genere cognoscimus non solum ex relatione patientis uerum etiam ex mammillarum duritie tumore, & dolore, species uero formales cognoscemus ex uario modo supressi lactis quoniã si lac omninò detentum fuerit, indicabit symptoma esse, in integra supressione si parum, in diminuta, si cum dolore in deprauata. differentias uerò ob affecto loco desumptas, satis clarè distinguere quisque poterit, tum ex relatione patientis, tum ex semetipso intuente lęsam esse modo unam, modo alteram mammillam, modo utramque simul quæ si principaliter oblesæ fuerint, mulier sm̃ reliquum corpus, & partes eius bene habebit, si alterius causa læsio facta fuerit, & primo ratione totius tunc morbo aliquo totum occupante detinebitur mulier uel sanguis secundum corpus uniuersum quantitate, aut qualitate peccabit; si secus habuerit, causa alicui alteri parti corporis tribuenda erit; quam cognoscemus, si ad illius partis affectæ signa propria accesserimus. Tandem distinguemus differentias à causa effectrice desumptas, quia si ob externis causis ortum habuerit, tunc præcessit uiuendi ratio, quæ lac uel copiosius, uel crassius producere potuit, uel etiam medicamenta quæ per propriam uim lac crassefacere, & sistere possunt. At si in dictis causis nullus error commissus fuerit, indicium erit dictum symptoma ab internis potius causis produci. Ideo si locum habuerit, facultas labefactata à frigidiori intemperie, ad tactum insueta frigiditas mammillarum obseruabitur, quæ si tumore detentæ fuerint, illarum tumor erit inæqualis cum quibusdam eminentiis à grumoso lacte factis in diuersis earum partibus, & præsertim si lac congellatum fuerit secundum partes spongiosas, dolor præterea inde proueniens obtusior erit, & cum sensu grauitatis coniunctus. Quibus signis illa etiam addi poterunt quæ à totius corporis habitu, temperatura, & prægressa uiuendi ratione capiuntur: si autem eadem facultas labefactata fuerit ab intemperie calidiori, & sicciori ad tactum insueta caliditas earundem partium percipietur, tumor nec ita insignis nec inęqualis erit, sed remissior, & maiorem æqualitatem secundum uniuersam mammillarum substantiam seruans; & ratio est, quia à causa calida ea lactis concretio oritur, quæ fit à parte lactis crassiori in caseum versa segregata altera parte serosiori, & magis copiosa, quæ in lacte congelato ab intemperie frigida simul cùm crassiori coniuncta erat. Ideo ratione maioris copiæ materiæ tumorem facientis, mammillæ etiam in maiorem magnitudinem attollebantur, & ob partium diuersitatem ille tumor inæqualitatem seruabat, cuius contrarium habetur in tumore à calidiori intemperie p̃deunte: præterea hoc symptoma la-

Signa in genere.
Signa diff. à forma.
Signa dif fer. à loco affectu.
Signa totius affectu.
Signa dif fer. à causa effic.
Signa externarũ causarum.
Signa causarum internarũ.
Signa fac labefacta ta. ab intemper. frigidi.
Signa in tẽperiei calidioris
Signa disting. lac concretũ à cã frig. & calida.

stantibus potissimũ accidit,& dolor,qui talẽ tumorẽ consequitur erit acutior,& cũ feruore coniũctus,& tẽporis progressu ex superueniẽti putredine febres ẽt nascũtur.mox mãmillæ etiam ulcerãtur,& tãdẽ cancris corripiuntur;Et si quid ex mãmillis egreditur,nõ erit materia tenuis,& serosa, sicut cõtingit in ipsa cõgellatione quãdo spõte naturę,uel arte lac cõcretũ attenuatur,sed potius,erit materia crassior & uiscosior,formã pili oblõgi retinens,& hæc de signis.

De indicationibus. Cap. XXVIII.

Ex proposita essẽntia,& cognitione dicti symptomatis facilè colligitur,quod si lac pro cõsuetudine,& naturæ modo exire nõ põt, illius causę absindẽdę sunt:quare si fuerit lactis copia,aut mala eiusdẽ qualitas, ex parte copiæ,auxilium uacuans indicabitur,meritò qualitatum cum lac crassius,& concretũ sit,indicabitur auxilium attenuans,& dissoluẽs;cumque tale euadat facultate labefactata,uel impedita,& labefactetur ab intẽperie modò frigidiori,modò calidiori,& sicciori,utraque intemperies auxilium alterans in contrariũ significabit.Quare lac congellatũ calefaciẽtibus egebit,caseatũ uerò moderatè refrigerantibus,humectãtibus,& attenuantibus.Si aũt facultas impedita fuerit,& primo ab internis causis, cũ potissimũ concurrat sanguis copia,& qualitate peccans, eadẽ auxilia ortũ habebunt;quæ ẽt de lacte eodem modo peccante proposita fuere; ita ut copia auxilium indicet sanguinem minuens eiusdem qualitas siue prima,siue secunda fuerit,auxilium alterans in contrarium;quemadmodum si qualitas pro spetie humoris capiatur, cum sanguis peccare possit ratione,qua biliosus pituitosus,& melancholicus est indicabit auxilium purgans.Quodcumque autem illius uitium fuerit,cum ab internis,externisque causis producatur,si internæ locum habuerint,cum istæ sumantur ab intemperie totius,vel partis determinatæ auxilium roborans dictas partes indicabitur;si aũt externæ potius causæ dicto symptomati occasionẽ præbuerint,uniuersa uiuendi ratio corrigenda erit.

Indicatio à causa.

De prognostico. Cap. XXVIIII.

Lac quomodocumque concreuerit,siue ratione frigiditatis congellantis,uel caliditatis caseantis, statim auxilia postulat;quia deteriora mala imminent;quandoquidẽ progrediente hoc symptomate,non solum dolores intenduntur,uerũ etiã inflãmationibus,ulceribus,& cancris afficiuntur,inflammatio quidem aduenit,si à sanguinis copia lac crassefactum fuerit;fiunt autem ulcera,si deprauata,erodẽsque qualitas accesserit; Cancer denique superuenit;si ad insignem malitiem humoris corruptio peruenerit,quandoque etiam uicinę partes,immò còrpus totũ afficitur, & præcipuè ipsum cerebrũ,in quod uapores rectè ascendunt, hoc cũ fit ad insaniã, & phrenitidem mulieres perducuntur; vt Hipp. ẽt testatur 5. aphor. quadragesimo;Et quamuis Gal.in illius aphorismi comento asserat se nunquã hoc expertum fuisse,non tñ à rõne alienum esse affirmat;ubi.n. sanguis in mãmis copiosè colligitur,& in lac non uertitur,& cõsueto exitu priuatur, necessarium est,ut primo incalescat,deinde putrescat. Hinc praui uapores nascuntur

Prognosticum in genere.

nascuntur, qui diuersas corporis partes occupantes diuersa symptomata faciunt. Si differentias consideremus, & primo formales, deterius erit hoc malum, qñ lac oĩno supprimitur, quã ubi diminutè exierit, cuius exitus si cum dolore fiat, grauius erit, quã si sine dolore fluxerit; ex parte verò differentiarum materialiũ, cum ambæ mammillæ, uel altera solum affici possit, nemo dubitabit, maius fore malum, si ambæ, quã altera tm̃ læsa fuerit; & adhuc magis, si secundum uasa, & spatia simul afficiantur, quã secundum alterum tm̃; & cæteris paribus maioris momenti malum cẽsendum erit, si mammillæ primario potius, quã secundario læsæ fuerunt. Tandem si discuramus circa differentias à cãis efficientibus, si externæ causæ magis locum habuerint, curationẽ faciliorem pollicebuntur. Inter causas verò internas difficilioris curæ erit, si concurrat facultas labefactata, quam impedita; & dum labefactata est, grauius symptoma producetur ab intemperie calidiori, quã a frigidiori; Ideo a calefactione caseacio facta magis resistit præsidiis attenuantibus, & dissoluẽtibus, quam concretio, & cõgellatio calefacientibus. Quę.n.a frigiditate concrescunt, secundum totam substantiã densantur, ut præter partes crassas latenter ẽt tenues contineant. Ideo a calefacientibus non magno negocio soluentur, vt contra quæ a calefaciẽtibus incrassantur per consumptionem, & separationem tenuium partium eiusmodi fiunt, q̃ oĩa ad sui dissolutionem maiori ingenio indigere uidentur; sic glacies caloris præsentia facilè liquatur, & in aquam soluitur, lateres uerò a contrariis causis alterati duritiẽ suã, quã a calore semel accepere, non facile ammittũt. Deniq; si facultas impedita fuerit, cũ potissimum impediatur ob peccatum sanguinis, vel lactis, rõne copiæ, malæ qualitatis vel utriusque; si a copia impedita fuerit, malum erit graue, si a praua qualitate grauius, si ab utrisque simul grauissimum.

Prognosticum ĩ specie.

De materijs auxiliorum. *Cap. XXX.*

IN hoc affectu minime uerendum est, mittere sanguinem, tũ ratione qua est auxilium euacuans, ac proinde à plenitudine sanguinis indicatum, tũ ẽt vt reuelens est, consequenter a motu eiusdem sanguinis in ipsas mãmas copiosius confluente perscriptum. Quare si nihil prohibuerit, sanguis mittendus erit, cuius auxilii materia cum esse possit venæ sectio, cucurbitulæ, & hirudines, ut inædiam ommittã, si plenitudo magna fuerit rõne totius, uel partis, ut actu ualidè agat, & lædat, uel saltẽ de hac læsione immineat, & uirtus robusta sit, venæ sectio adhiberi poterit, et præcipuè si sanguis euacuandus crassior fuerit, ut per ampliora foramina, quam per angustiora uacuari postulet; locus autem ille sit, ratione cuius non solum plenitudo auferatur, sed etiam illius motus a mammis ad inferiora retrahatur, quod fiet, si vena pedis aperta fuerit; Et si magis laborauerit mamma dextera, quam sinistra, uel uice versa, semper rectitudo cũ parte affecta seruanda erit; Quod si ex æquo utręque mammillę laborauerint, & intumuerint, uel plenitudo magna erit, vel minor, si primum poterimus copiam sanguinis uacuandi partiri, & ex utroque crure in diuersis temporibus sanguinem mittere, quã ratione minori uirium iactura plenitudo minuetur, & diuersio etiam a su-

Sangui. missio.
Materiæ auxi. uacuantis sang.
Materia magni auxilii a quo indicetur.
locus mittendi sãg.
rectitudo seruanda.
Quando bis sang. uacuãdus

pernis partibus melius sequetur. Atsi plenitudo non ita uehemens fuerit, ut semel tantum uacuare sufficiat, etiamsi apertio utriusque uenæ indiferens esse uideatur, nihilominus magis adhuc præstabit venam dextri, quã sinistri cruris aperire, quia per hanc non solum plenitudo minuetur reuelẽdo, uerum et rectitudo seruabitur cum altera mammilla, & cum ipso hepate, quod est fons generationis sanguinis. Cui si contingat, vt calidius sit, a dicta uenæ sectione illius feruor magis contemperabitur; quantitas uerò uacuandi sanguinis ab illius copia, & redundantia perscribetur, & a uirtutis tollerantia metiri simul poterit. Eadem fit ratio de cucurbitulis, hirudinibus, frictionibus, & ligaturis; quæ oĩa sunt pariter materiæ auxilii uacuãtis, & reuelentis sanguinem, quamuis in eo differant, quod ligaturæ, & frictiones insensibiliter, & tardè præstent, quod reliquę meteriæ sensibiliter, ac citius faciunt. Eisdem mammis cucurbitulam etiã applicare sine scarificatione conueniet, ut per illam lac copiosius in illis aggregatum, & retentũ, foràs educatur; Ideo papilis admoueri poterit, qua auxilii materia tunc potissimũ uti debemus, quando nobis deerit puer, uel perita mulier, quæ ore id præstet. Tempus uerò conuenientius erit post usum aliquorum medicamentorum concretum lac dissoluentium; ubi enim aliquo modo lac attenuari incipit, & foràs sponte non exit, opportunum est proposita auxilii materia illud euacuare, & attrahere.

Quãtitas sang.

Cucurbitula sine scarific.

Tempus

De Pharmatia. *Cap.* XXXI.

QVantum ad Pharmaciam hæc respicit tum loca affecta, tũ corpus vniuersum, ut meritò totius corpus purgandum sit, pręsertim si cacochimum fuerit, nihilque prohibuerit; quod autẽ prohibere potest, pręter imbecillitatem uirium est humorum euacuandorum cruditas, & uiarũ angustia; propterea coquentibus, & præparantibus prius utẽdum erit, quorum usus cũ pariter a copia primarũ superfluitatũ in uentriculo, intestinis, & uenis meseraicis ꝓhibeatur. Ideò leniens aliquod medicamẽtũ ante oĩa ꝑmittendum erit, quod esse põt Clyster, uomitoriũ, uel medicamentũ ꝑ os sumptũ, sed ꝑ secessum euacuans. Clysteri vtemur, si dicta excrementa secũdum inferna tantum intestina redundauerint; vomitorio verò, si solum uẽtriculum occupauerint, & præsertim si patiens ad vomitum procliuis fuerit. Atsi dicta excrementa non solum in uentriculo, sed in omnibus etiam intestinorum spatiis præsentia fuerint, cum neutra ex propositis materijs his satisfacere possit; debemus illis prætermissis, leniens medicamentum per os exhibere. Verum quia de lenientibus, præparantibus, & euacuantibus antea satis abundè loquuti fuimus, ideo ne eadem inutiliter hic repetantur, ad topica descendam.

Pharmacia dupl. q̃ prohibeãt purgationẽ. quæ prohibeant preparantia. clysteria à quo indicetur. Vomitoriũ a quo indicetur Leniens per os assumendũ à quo indicitur.

De localibus. *Cap.* XXXII.

LOcalia quædam ad propositum affectum diriguntur, quædam causam affectionis magis respiciunt, ex parte affectus, cum sermo habeatur de incrassato, concretoq; lacte, & intus cohibito, ea conducent, quæ attenuant, & diffiluunt, ac proinde abstrictas vias simul apperiunt; hæc autem pro concretionis diuersitate & causa modo calida, modo frigida, & tenuiũ

par-

partium esse debent. Si namq; de congellatione sermo fuerit, cùm à causa frigida dependeat, calefacientia expostulabit. Si autem de caseatione, refrigerantia potius requiret; semper enim modus cõcretionis indicat modum dissolutionis. Ex parte igitur materierum calefacientium siue simplices, siue compositæ fuerint, & quolibet rerum ordine desumptæ, multæ proponi possunt, ex quibus variæ etiam medicamentorum formæ componi poterunt, huiusmodi autem sunt flores camomelli, anethi, folia betonicæ, saluiæ, menthæ, praxij, sinsimbrij, rutæ, balsamitæ, abrotani, virgæ pastoris, eringij, meliloti, semina lini, fenu græci, fęniculi, aniforum, petroselini, apij, agnicasti, ameos, sesami, cunimi; crocus etiam, raphanus, & dictorum seminum radices addi etiam possunt. Præter hæc adduntur thus, mirrha, amonniacum, cera, mel rosatum, sal, muria, aqua salsa, vinum, aetum, fel, oximel, passulæ, farina triticea, lini, cicerum, lupinorũ, castoreum etiam, & coaguli omne genus, & præsertim leporinum; oleum camomellinum, anhetinum, irinum, liliorum alborum, rutaceum, de costo; inter magis composita extant oximel compositum, scilliticum, quæ & similia in genere materierum calefacientium reponuntur. Inter frigidas autem, & magis temperatas enumerantur folia maluarum, matrum violarum, altheæ, parietariæ, betæ, lactucæ, porrulacæ, solatri, caulium, lapacij, nympheæ, & cicoraceorum omnium. Semina etiam maluarum, matrum violarum, lactucæ, melonum, hordei, cucurbitæ, mulsa, acetum, posca, aqua communis ius carnis, succus citri, limonis, farina lentium fabarum, hordei, tritici, pinguedo gallinæ, vituli, butirum, & huiusmodi; ex quibus materijs quædam habent rationem agentis, quædam adiuuantis, quædam magis excipientis, quibus potissimum compositum omne medicamentum constat. Ex propositis igitur varia medicamenta intus, & extra administranda parari poterunt, quorum alia futuram lactis concretionem prohibent, quædam præsentem dissoluunt, quædam lactis putrefactionem prohibendo, ab omni vlcere mãmas præseruant. Si itaque lactis concretio à causa refrigerante immineat, vel præsens sit impediri, curariq; poterit tali medicamento accipientes florum camomelli, anethi, foliorum betonicæ, menthæ, apij, sinsibrii, an. manipulum vnum, seminum lini, fenu græci, passularum dulcium an. vnciam vnam; radicum petroselini, eringii, singulorum vnciam mediam, omnia simul contundantur, & in aqua cõmuni, vel salsa, ẽt vino excipiantur, & facta decoctione secundum artem seruetur pro illinitione, fomentatione & embrocatione mãmarum. Ad idem valebit inunctio facta cum oleo camomellino, anethino, rutaceo, & aliis propositis, quæ olea si cum cera virginea cum prædicto decocto sępius lota permixta fuerint, lenimentũ parabitur, quod diutius affecto loco adhęrebit; proderit etiam vsus mellis, vel oximellitis, quibus etiam permiscere licebit thus, fel Tauri, vermes terrestres, omnibus in puluerẽ redactis, & cum farina exceptis, iuxta hanc formã, accipiendo prædictas materias iam decoctas, & per cribrũ transmissas ad quantitatem quattuor vnciarum, quibus addere poterimus olei camomellini vnciam unam, rutacei

Materiæ quæ calefaciendo cõcretum lac discu lunnt.
Ex ordine uegetabilium.
Flores.
Folia.
Semina.
Radices.
Gumata.
Ex ordine animaliũ
Olea.
Composita.
Materię q̃ refriger. lac concretum dissoluunt.
Folia.
Semina.
Liquores
Succi.
Farinę.
Pinguadines.
Medic. cõpositũ tribus cõstat.
Medic. arte paratũ
Inũctio.
Leniměntum.
Aliud medic. composi.
Emplast.
Medicamẽta quę intus exhibentur.

vnciam mediam, thuris, fellis Tauri, pulueris vermium terrestrium singulorum dragmã vnam, farinæ, seminum lini, lupinorum vel agni casti quantum sufficit, pro emplastro conficiendo, & mãmis applicando: intus verò accipere poterimus mel rosatũ, oximel simplex singulorum vnciã mediã, syrupum de betonica, de duobus radicibus ad dragmas duas, & permiscere cũ vnciis tribus iusculi alterati cũ betonica, radice fęniculi, & eringio, & in potu singulo mane accipere, quo tempore si in vsũ ẽt venerit conserua de betonica, de eringio, de mentha, pauco croco addito, multũ proderit; vt si acceperimus cõseruuæ de betonica, vel de eringio dragmas duas, mirrhę scrupulum medium, croci grana quinq; missę pro vna vice; omitto theriacam, mitridatũ, & eiusmodi confectiones maiores, quibus pariter intus, & extra in hac lactis cõgellatione à cã refrigerãte prodeunte vti licebit, q̃ tñ magis locum habere videntur in lacte non solũ iam congellato, sed etiam confirmato; pulius etiã conuenienter parari poterit ex propositis seminibus cum zucchero permixtis; ita vt vna sit pars pulueris eorũ seminum, & duæ vel tres zucchari, & mane ante cibum capi poterit à dragma vna vsque ad duas, immò ex eodem puluere cum zuccharo in aqua rosacea dissoluto, rotulæ in eundem vsum confici poterunt.

Emplast. Medic. q̃ intus exhibentur. Potio. Conseruę Magnæ confec. Pulnis. Rotulę.

De curatione caseati lactis à causis calefacientibus. Cap. XXXIII.

SI autem coaguletur lac à causis calefacientibus, vt caseationem imminentem inhibeamus, iam factã curemus, & à conuersione in saniem præseruemus, recurrendum erit ad propositas materias, quæ temperatæ, frigidæ, & humidę sint, tenuiumq; partium, ex quibus eędem medicamentorũ formę cõponi poterunt sicut supra de lactis congellatione dictũ fuit; vt si acceperimus foliorum maluarũ, matrum violatũ, florum Nympheę, liliorum alborum, foliorum etiam Caulium betarum parietariæ Anna pugillum vnum, radicum Altheæ vnciam vnam, seminum maluarum, lactucæ, Caulium, lini hordei, melonum Anna vnciam unam; aquæ communis vel cum Aceto permixtæ, maioris penetrationis, & attenuationis gratia, quantũ sufficit miscæ, & fiat decoctio secundũ artẽ. Ex tali decoctione, & expressione fieri poterunt illinitiones, & si maiorẽ consistentiã cupimus, ita requirente resistentia propositi affectus, addere poterimus oximel simplex, vel syrupũ acetosũ simplicẽ; fieri ẽt poterunt embrocationes, fomenta, emplastra, & alia id genus; quemadmodum si dictas materias iam decoctas acceperimus, & per cribrũ prius transmissas, cum farina hordei, uel fabarum permiscuerimus addentes eiusdẽ decocti, uel mulsæ, aut olei camomellini, quantum sufficit, ꝓ emplastro cõponendo; ex eorundẽ succo expresso, & cum pane trito, & modico Croco super addito cataplasma fieri poterit; nec minus conferet, si acceperimus amonniaci in aceto dissoluti vncias duas, assæ feridæ drag. 2. olei rosati parũ miscæ; ex farina ẽt orobi, & hordei cum mulsa, & oximellite ꝑmixta lac caseari prohibebitur; plurimum ẽt cõmẽdatur oẽ genus coaguli siue extra admotum, siue intus acceptum fuerit, quãuis Gal. 10. de simplicium medicamentorũ facultatibus leporinum magis cõmendet, cuius usus non solum lac coagulatum, sed sanguinem etiã

De coctũ. Illinitiones. Embrocationes fomenta. Emplast. Aliud. Aliud. Coagulũ lepo. aliis præfertur

in uentriculo,& alibi concretum dissoluit. Dubium tñ oritur,quia Auer.5. colliget 47.dicit,qđ oẽ genus coaguli adstringendi facultatẽ hẽt,& alui fluxum sistit, & Gal. ẽt loco nuper citato dicit,illius usum ꝓfluuium muliebre sanare. Ex altera verò parte,cum antea constitutum fuerit coagulum esse calidæ,& igneæ naturę,non aliã uim hẽre uidetur,quã attenuandi,& apperiendi,ae proinde fluxum potius augendi,quã sistendi. Cui dicẽdum qđ coagulum simul attenuat,& incrassat,simul sistit,& fluxionem parit;sed alterum facit ꝑ se,reliquum ex accidenti,ꝑ caliditatẽ.n.non solum attenuat,& apperit,subiectãq; materiã fundit,sed fundendo simul ẽt separat partes tenues a crassioribus,ut tenuiores facile effluãt crassiores uerò, q̃ supersũt,& seorsum a tenuibus impermixtæ manent,nõ solum intus retinentur,verum ẽt sua crassitie uias obstruere possunt,& hac rõne coagulũ secundario,& per accidens põt fluxum sistere,& cum Gal.ẽt ꝓfluuium muliebre sanare,ꝑ se aũt apperire,attenuare,& fluxum facere;eo aũt vti possumus intus,& extra,extra quidẽ,ut si acceperimus dicti coaguli drag.1.& cum Pasta triticea fermentata,& aceto ꝑmixta dictis mãmis applicetur. Cancri ẽt crudi, contriti,& aceto excepti,& dictis mãmis superpositi lactis cõcretionem ꝓhibent,& iã cõcretum dissoluunt;intus uerò accipere possumus dicti coaguli scrupulum unum,& in aceto dissolutum mane accipere;in eundem vsum conuenit ẽt potio syrupi acetosi simplicis,de acetositate citri,oximellitis simplicis;qui ẽt dissolui poterunt cum poscha,uel cum decocto iã ꝓposito,ꝓsertim cum primo decocto Caulium,qđ est magis nitrosum,& maiorem apperiendi uim retinet,sicut ẽt aqua betarum,maluarum uiolarum,& eiusmodi;& ante potionem bolus ẽt parari poterit ex puluere Cancri Crudi,seminum caulium,betarum,maluarũ,ex coagulo,& similibus iuxta hãc formã. Recipe pulueris Cancri,seminum Caulium,betarum, maluarum, coaguli leporini,singulorum scrupulum unum; conseruæ ex floribus maluarum vnc.3 oximellitis quantum sufficit missæ ꝑ electuario, cuius dosis esse poterit a drag.1.usq; ad duas,singulo mane ante cibum capienda;Prohibentia uerò lac caseatum in saniem verti, ea erunt, quæ lac prouocant, et materiæ futuram putredinem impediunt ; cumque ob prohibitam transpirationem putredo potissimum contingat;ideo debent hæc caleface re , apperire , & corpus transpirabile reddere , subiectam materiam moderatè resoluendo , attenuando , & discutiendo ; quorum sylua cum antea fuerit proposita , nulla est necessitas,ut repetantur; cumque ex eisdẽ cõponi ẽt possint multæ medicamẽtorũ formæ intus,& extrà administrãdæ,ut de aliis ẽt proximè dictũ fuit,Ideo ab eorũ tractatione cõsultò desistã. Tãdẽ ex parte doloris,q̃ tumorẽ hũc sequi solet,ne ipsius causa maior materiæ attractio in locũ dolentẽ fiat;ꝑ initia moderari poterit cũ refrigerantibus,& moderatè repercutientibus, ut si loco dolenti applicauerimus vnguentũ rosatum,sandalinum lenimentum simplex,oleum rosatum modico aceto permixto,& similia.Si ẽt accepta farina hordei , fabarũ seminũ lini addiderimus,olei rosati quantũ sufficit,cathaplasma parabitur; in augumento uerò dicti doloris,ac tumoris accipere poterimus farinæ seminum

Dubitã.

Solutio.

Aliud.

Aliud.

Medicamenta intus exhibenda.

bolus.

prohibentia lac in saniẽ uerti.

mitigantia dolorem.

unguẽta.

cataplas.

num lini, fenu græci hordei anna vnciam vnam, butiri, vel pinguedinis gallinæ drag. sex, croci drag. vnam, olei rosati camomillini, anethini ana partes æquales, & quantū sufficit emplastro cōponendo. In statu uerò magis resoluentia locū habebunt, quod si tumor ad suppurationē uergat, nō erit natura ab eo munere impedienda, sed potius adiuuanda; quod fiet, si temperatis, & uim emolliendi habentibus usi fuerimus, & tunc probatur expressio passularū pinguiū, pinguedo gallinę, agungia suilla, oleum amygdalarum dulcium, liliorū alborū, & huiusmodi; ex maluis ēt, uiolis, radice altheæ cum butiro recenti decoctis, contusis & per cribrum transmissis emplastrum componi, & cōmodè adhiberi poterit, in quo ēt tamdiu insistendum, donec sponte naturæ, uel artę suppuratus tumor appertus fuerit.

Suppuratoria.

De victu. Cap. XXXIIII.

Constat quod quemadmodū ꝓ causarum uarietate ꝑseruatio, & curatio concreti lactis uariatur, ita ob eandē rōnem in uictu non minor diligentia adhibenda est. Quapropter si propositum symptoma ortum habuerit à copioso; crassoque sanguine concurrente intēperie frigidiori, ut in grumoso, congellatoque lacte contingit, tunc ꝑter aeris oppositas qualitates illæ etiam victus cōgruus uidebitur, qui aptus sit copiosum sanguinem minuere, & illius crassitiem attenuare, huiusmodi autem cum plerisque alijs illæ esse minime debet, qui pauci sit nutrimenti, & multi excrementi; ex hoc.n. quanto magis sanguis in quantitate minuetur, tanto magis illius malitia, & mala qualitas augebitur. Ideo melius est uictum eligere laudabilis succi, sed illius quantitas modica sit, & à pleniori victu recedēs, ad tenuem potius accedat. Is.n. paucum sanguinem producet, bonum tamen, & undiq; laudabilem; de cuius materijs toties loquuti fuimus; vt repetere nō sit opus; illud tn̄ aduertendum, licere cibum hunc ēt alterare cum attenuātibus ea sēper eligendo q̄ nō solū cū cibis, sed ēt cū nobis maiorem affinitatē habent, cuiusmodi sunt radices ameos, fęniculi, petroscelini; Crocus ēt, & huiusmodi, quibus potissimum uti conuenit in ea lactis concretione quæ futura est, vel facta ob cās refrigerantes. Pariter si idē lac ad concretionē deueniat à causis potius calefacientibus ea potius in usum uenient, q̄ attenuāt quidē, sed refrigerant ut sunt semina quatuor frigidorū; potus aūt in lacte concreto à cā refrigerante sit uinū mediocre, à cā uerò calefaciente esse debet pauciferum, uel ipsius loco poscā ēt dare poterimus; vigiliæ longiores sint, somni aūt breuiores, corpus inaniatur nō solū per lociū, & sedē quotidie, uerū ē t exercitijs & laboribus, & in his, q̄ non possunt sua corpora exercere, frictiones erūt adhibendæ. Et hæc sunt, quæ de morborū muliebriū essētia & curandi rōne conscribēda proposueram, quæ si pro subiectæ rei magnitudine, & legentium dignitate, pertractata fuerunt, scripsi ut uolui, sin minus, ut potui.

Victus uarius.

Victus sāgui. minuens & attenuās improbatio quorundam.

potus.

FINIS.